


Edward Kennard Rand

"Kentucky"; Cambridge

June 25, 1903



PETRONII ARBITRI

SATIRARVM RELIQVIAE

EX RECENSIONE

FRANCISCI BVECHELERI

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXII

probes amesque
qui vis archetypas habere nugas

Petronius is qui fata Encolpii Trimalcionisque cenam narravit, cognomine Arbiter appellabatur. testantur hoc scriptores antiqui, Terentianus Diomedes Victorinus Sidonius quorum verba in appendicula fragmentorum perscripsi una cum Macrobio in somnium Scipionis I 2, 8 'auditum mulcent velut comoediae quales Menander eiusve imitatores agendas dederunt vel argumenta fictis casibus amatorum referta quibus vel multum se Arbiter exercuit vel Apuleium nonnunquam lusisse miramur'. testantur idem libri Petroniani omnes. neque inauditum fuit cognomen illud Romanis, quoniam in Casinati titulo (inter Neapolitanas inscriptiones Mommseni n. 4279) L. Lucius L. l. Arbiter repertus est. in margine codicis Parisini 8049 cognominatur praeterea Afranius, itemque narrantur 'in veteri libro defloratorum qui fuit Ioannis Biturigum ducis non adeo vetusto Petronii frusta hanc inscriptionem habuisse Petronii Arbitri Afranii Satyrici'. *hunc librum cognoverat Scaliger et inspiciebat cum suum Petronii apographon conficeret; itaque in Leidensi quoque Arbitri et Afranii nomina consociantur. denique in scholio Vergiliano quod ad p.* 46, 2 *rettuli, legitur* aput franium in satyria *ut dubitem num librarius corruperit uocabulum Petronii an Afranium appellauerit auctor eum qui has satiras scripsit. originem appellationis illius Pithoeus duxit ab eo iudicio quod de Afranio poeta Quintilianus fecit X 1, 100 'utinam non inquinasset argumenta puerorum foedis amoribus mores suos fassus', apteque Guilelmus Wehlius in observationibus criticis Bonnae hoc anno editis p. 62 'Persium*

Lucillium' et 'Theocritum Calphurnium' comparavit qui nomina haec traxerunt a cognatione studiorum.

De aetate Petronii diu multumque erraverunt, hodie nullum posse spero haesitare. Niebuhrio, qui tertio eum saeculo adsignavit, imposuerat titulus sepulcralis (Orellianae collectionis n. 1175) in via Aurelia prope Romam inventus, quem imperante Alexandro Severo ille, ego potius Tiberio Caesare vel Claudio factum existimo: in illa inscriptione) commemorantur M. Antonius Encolpus plebeius*

---

*) *subieci titulum illum plene descriptum correctis erroribus lapicidae:* **D. M. Cerelliae Fortunatae, coniugi carissimae cum qua vixit ann. XI sine ulla querella. M. Antonius Encolpus fecit sibi et Antonio Athenaeo liberto suo karissimo et libertis libertabusque eorum et posteris excepto M. Antonio Athenione, quem veto in eo monimento aditum habere neque iter ambitum introitum ullum in eo habere neque sepulturae causa reliquias eius posterorumque eius inferri: quod si quis adversus hoc quid fecerit, tunc is qui fecerit poenae nomine pontificibus aut antescolaris Virginum HS L̄ M. nummum inferre debebit: ideo quia me pos multas iniurias parentem sibi amnègaverit.**

et A. Lelio Apeliti clienti karissimo: quem boluerit donationis causa sarcofagum eligat sibi propter quod in tam magna clade non me reliquerit, cuius beneficia abeo.

μή μου παρέλθῃς τὸ ἐπίγραμμα ὁδοιπόρε
ἀλλὰ σταθεὶς ἄκουε καὶ μαθὼν ἄπει.
οὐκ ἔστι ἐν Ἅιδου πλοῖον, οὐ πορθμεὺς Χάρων,
οὐκ Αἰακὸς κλειδοῦχος, οὐχὶ Κέρβερος κύων·
ἡμεῖς δὲ πάντες οἱ κάτω τεθνηκότες
ὀστέα τέφρα γεγόναμεν, ἄλλο δὲ οὐδὲ ἕν.
εἴρηκά σοι ὀρθῶς, ὕπαγε ὁδοιπόρε,
μὴ καὶ τεθνακὼς ἀδόλεσχός σοι φανῶ.

μὴ μύρα, μὴ στεφάνους στήλλῃ χαρίσῃ· λίθος ἐστίν,
μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς· εἰς κενὸν ἡ δαπάνη.
ζῶντί μοι εἴ τι ἔχεις μεταδός, τέφραν δὲ μεθύσκων
πηλὸν ποιήσεις καὶ οὐχ ὁ θανὼν πίεται.
τοῦτο ἔσομαι γὰρ ἐγώ· σὺ δὲ τούτοις γῆν ἐπιχώσας
εἰπέ, ὅτε οὐκ ἤν τοῦτο πάλιν γέγονα.

A. Laelius Apelles in hoc monimento aditum iubeo habere iusso Antoni Encolpi.

Olo Lelio Apelleti: uno sarchofago itum ambitum habere devevet: amico optimo.

barbaries latini sermonis in hoc titulo non magis conspicua est quam in plerisque sepulcris columbariorum prope Romam erutorum quibus familia et

pater familiae et Cerellia Fortunata coniux et A. Laelius Apelles cliens Encolpi et antescolarii Virginum Vestalium, in satira autem Petronii Encolpios adulescens varios incertosque casus expertus et Fortunata Trimalcionis uxor empta de catasta et Apelles nobilissimus cantor p. 76, 10 *et Menelaus antescolarius rhetoris p.* 95, 11. *sed ut mittam errores, scripsisse Petronium circiter Neronis tempora demonstravit Theophilus Studerus in museo Rhenano novo II p. 50 et 202, scripsisse postquam Pharsaliam suam Lucanus coepit publicare, Iustinus Moesslerus carmen de bello civili commentatus Vratislaviae anno 1842 et Hirschbergiae anno 1857. neque homines, res, mores, studia, cultus denique omnis humanus civilisque qualis describitur, neque genus sermonis arsque metrorum in aliud atque Neronianum tempus conveniunt. certum igitur est Senecae Petronium et Lucano fuisse aequalem. ex quo non quidem necessario sed valde probabiliter efficitur eundem esse quem anno post Christum 66 Nero morte damnavit. nam si quidem hominis vita scriptis cernitur, quae de illo Tacitus dixit annalium XVI, 18 'hunc ignavia ad famam protulerat, habebaturque non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu, ac dicta factaque eius quanto solutiora et quandam sui neglegentiam praeferentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebantur', ea dicta sunt in hunc scriptorem satirarum. et quod deinceps severus ille Romanae pravitatis vindex refert 'revolutus ad vitia seu vitiorum imitatione inter paucos familiarium Neroni adsumptus est, elegantiae arbiter, dum nihil amoenum et molle affluentia putat nisi quod ei Petronius approbavisset,' quid vetat Arbitri cognomen per iocum aulae augustae in illam partem acceptum esse credere? huic Petronio, proconsuli aliquando Bithyniae et deinde consuli suffecto, praenomen quod fuerit non liquet*

---

liberti Tiberii et Claudii et Neronis conditi sunt. graecae autem eruditionis studium — de disticho ultimo postremus dixit Augustus Meinekius ad Callimachum p. 298 — ego ualde dubito num in tertii saeculi titulis Romanis aequale reperiatur. ceterum nominum inter hunc lapidem et Petronii satiram similitudo adeo casu evenit ut ne hoc quidem mihi persuadeam quod de Friderico Theophilo Welckero audire me memini, indita hominibus illis nomina esse Fortunatae et Encolpi et Apellis ex libri Petroniani memoria.

culpa librariorum: T. *legitur apud Plinium nat. hist. XXXVII 2, 20 ubi* placebat *vox praecedit, Τῖτος apud Plutarchum de differentia adulatoris et amici cap. 27 p. 60 E,* Publi *apud scholiastam Iuvenalis VI 638,* C. *apud Tacitum XVI 18, deest praenomen apud eundem XVI 17 post* ac *litteras. Titi praenomen Nipperdeius probavit, ego cum in Graeca scriptura T. et Γ. vix discerni queant, malo Gaium vocare cum Scaligero qui* C. *notam nomini Petronii in libro suo praeposuit.*

Misit Petronius moriturus ad Neronem codicellos de flagitiis eius atque stupris, emiserat in vulgus librum copiosiorem, cuius superest particula, inscriptum saturae *sive potius, quia in hoc nomine similibusque* i *vocalis tum coeperat obtinere,* satirae. *qui titulus per saeculorum memoriam varie immutatus, non deletus est. in Bernensi exemplari inscribitur* Petronii Arbitri satiricon, *in quibusdam* Petronii Arbitri satirici *aut* satyrici liber *aut* excerpta, *in Traguriensi* Petronii Arbitri satyrici fragmenta, *in aliis* Petronius Arbiter satyricon *aut* liber *ut auctoris nomini postea demum titulus libri adpositus esse videatur, apud Marium Victorinum fr.* XX Arbiter satyricon *legitur. at in Parisino 8049* Petronii Arbitri satirarum liber incipit, *in Monacensi* Petronii Arbitri satyrarum quae ex suis extat sola integra incipit *et* finis Petronii Arbitri in sathura integra *similiterque in editione carminis de bello civili ab Hermanno Buschio Lipsiae anno 1500 curata* Petronii Arbitri satyra de vitiis Romanorum *et* finis Petronii Arbitri in satyra integra, *in veteribus glossariis quibus Petrus Daniel utebatur ter* Petronius in primo satyrarum (*editionis Frellonianae Lugdunensis anni 1615 p. 299 301 305*), *in scholio Vergiliano* aput franium in satyria *id est* satira. *iam vero quod in glossis ea quae etiam nunc extant e primo satirarum relata esse traduntur, id errore factum est, sive scriba* I *cum* l *nota confudit sive glossator primum se tenere satirarum librum putavit. contra enim in Traguriensi bis scriptum est* fragmenta ex libro quinto decimo et sexto decimo *et in glossario S. Benedicti Floriacensis ea quae leguntur p.* 105: sed video te totum in illa haerere tabula quae Troiae halosin ostendit *sumpta dicuntur* ex libro XV Petronii Arbitri. *nec discrepabat illud exemplum a quo initium*

duxisse recentiores codices Italici videntur, quando quidem Poggius mense Maio anni 1423 ad Nicolaum Treverensem (epist. II 3 p. 91) haec dedit 'allatus est mihi ex Colonia XV liber Petronii Arbitri quem curavi transcribendum modo cum illac iter feci: mittas ad me oro bucolicam Calpurnii et particulam Petronii quas misi tibi ex Britannia.' fidem igitur Traguriensis facit habere nos reliquias XV et XVI librorum, quorum de confinio tametsi traditum nihil est, licebit fortasse terminum prioris ponere in capite 99 extremo ubi ex oppido Campaniae Encolpios cum Gitone et Eumolpo profectus navem conscendit. denique in Parisino codice Fulgentii (fr. VII) ea quae p. 22, 11 *habemus adtribuuntur* libro XIIII *unde res in principio velut usque ad p.* 28, 5 *narratas pertinuisse coniciò ad librum quartum decimum.*

De instituto ac ratione totius operis licet certo iudicare difficillimum sit, ita tamen contexuisse Petronius satiras videtur ut dicta factaque omnia Graeco more ad unam referret personam Encolpii sua fata enarrantis. hinc ille p. 77, 16 etiam recordatio me *inquit* si qua est dicenti fides, offendit *et p.* 83, 18 pudet referre quae secuntur. *deinde res gestas disposuit per varias urbes quas peregrinando Encolpios obierat. et libri quidem quae servarunt, in Campania aguntur et apud Crotoniatas, aliam autem et priorem partem satirarum apud Massilienses actam esse colligo ex fr. IIII et I. ceterum incidisse suscepta ab Encolpio itinera scriptor nescio an finxerit in ultimos annos quibus regnabat Tiberius. nam qui in capite 51 dicitur Caesar, id est imperator, Tiberius Augustus est qui anno post Christum 22 fabrum illum uitri ductilis interfecit. deinde Maecenatianus Trimalcio vocatur: fuerat igitur ut parvolus puer ex Asia venit Romam, in manu Maecenatis anno urbis 746 mortui, ante quam in familiam Gai Pompei, hominis Campani, adsumptus est. huic domino, a quo et ipse et colliberti nomen traxere, quattuordecim annos erat ad delicias, plures etiam serviebat, denique manu missus et per hereditatem atque negotiationem fortunis locupletatus luxu transigebat primam senectutem vitaeque restare annos triginta sibi persuaserat, cum Encolpios in coloniam eiusque domum devertit. haec si contenderis cum agnomine Maecenatiani, in defini-*

endo tempore cenae vix poteris ultra imperium Tiberii progredi. neque contrarium est quod vinum in cena adponitur Opimianum annorum centum: nimirum natum anno urbis 633, diffusum in amphoras signatumque pittaciis anno 733, tunc potaturis depromebatur ex apotheca, ut opinor, circa idem illud tempus quo nullum iam esse Opimianum Velleius Paterculus scripsit. licuit vero in hoc genere fabularum, quod a morosa subtilitate alienum ingenuam sequitur festivitatem, et antiquiora et posteriora paulo negligentius admiscere. velut p. 148, 4 *iter facientes dicuntur a vilico quaesivisse, quod genus negotiationis Crotoniatae praecipue probarent* post attritas bellis frequentibus opes, *tamquam etiam tum civitas illa in sua, non in populi Romani potestate atque universa Italia non dudum pacata esset, et p.* 76, 10 *Plocamus adulescentulum se gloriatur in cantando parem non habuisse nisi unum Apellem, familiarem Caligulae celeberrimumque inter aequales tragoedum* (*Cassius Dio LVIIII 5*), *et p.* 86, 19 *Trimalcio cantica fertur lacerasse Menecratis, si hic est Menecrates quem citharoedum Nero triumphalium virorum patrimonio aedibusque donavit* (*Suetonius Neronis cap.* 30). *Lucanum tamen, cum non fortuito aut per occasionem deductus in memoriam illius sed consulto et accurate eum impugnaturus esset, non indicavit nominatim. infelici autem casu accidit ut coloniam in qua Trimalcio Habinnasque sevirum Augustalium munere fungebantur, cui duo viri aediles praeerant — nempe praetor p.* 77, 22 *minus accurate summus magistratus appellatur — non satis certo possimus explorare. agitur convivium Trimalcionis, nisi fallor, ante diem IIII. kalendas Ianuarias prope oppidum in praedio eius Cumano* (*p.* 61, 1): *quae appellatio ipsa solitam insolentiam Trimalcionis arguit, qui praedium suum a longinquo oppido, non a propinquo voluit denominari, ut scilicet fines illius patere usque ad Cumas crederentur. nam Cumas illam coloniam non fuisse de qua convivae confabulantur probatur eo quod Cumis se suis oculis Sibyllam vidisse p.* 56, 4 *quasi rem raritate notabilem Trimalcio pronuntiat. restant igitur in ora Campaniae, quoniam proximum littori locum secretum Encolpios conduxit p.* 96, 1 *et inde profectus p.* 120, 11 *intravit navigium, neque procul a Cumis sitae neque longius a Baiis et Capua*

(*p.* 61, 15 *et* 73, 6) *remotae Puteoli colonia primum deducta anno urbis 560, tum a Caesare Augusto Iulia Augusta, deinde a Nerone anno post Christum 60 Neronea Augusta, et Neapolis quae quando ius coloniae sit adepta ignoratur. graeca urbs p.* 96, 7 *mirum est profecto si Puteolana civitas vocatur tam diu a Romanis colonis habitata neque graecae magis quam variarum nationum commerciis et frequentia insignis: Neapolim 'quasi graecam urbem' cum prodire in scaenam cuperet delegit Nero (Tacitus ann. XV 33). accedit quod in crebris sermonibus quibus commoda et incommoda coloniae vitaque vulgi inter cenantes versantur, paene nulla fit mercaturae ac rerum nauticarum mentio, quarum adfluentia Puteolanum emporium celebrabatur. haec contra Puteolos pugnant, contra Neapolim illud quod de initiis eius coloniae et ordinatione nulla prodita est memoria. itaque caveamus oportet ne arbitrario iudicio interpretati verba scriptoris qui fortasse unam et eandem coloniam ne ipse quidem statuerat, praepostere nos alteram utram decernamus. velut Ludovicus Friedlaenderus in praefatione indicis scholarum Regiomontanarum hiemis anni 1860 designari Puteolos conclusit ex vigilibus* (*p.* 92, 18) *quod genus militiae Neapolis non videretur habuisse. nihil enim vero cogit ut in illis militari more institutos ab Augusto vigiles respici credamus. nonne Amphitruonis aetate, si dis placet, Thebis 'rex Creo vigiles nocturnos singulos semper locat'? nonne Agrigenti cum Verres templum spoliatum iret, vigiles fanique custodes sustulere clamorem? nonne Romae ante Augustum tres viri nocturni vigilibus et vigiliis praeerant? itaque cohors vigilum defuit Neapoli, defuisse vigiles qui noctu regionem custodirent inhibendorum incendiorum caussa frequentiori urbi cuipiam nego.*

Cum vitam nobis hae satirae proponant luxu atque desidia corruptam et animum in inventione libidinum memoriaque defixum, tum summam ostentant atque variam eruditionem et ingenii elegantiam. artium Graecarum peritus spectator, intellegens studiorum liberalium existimator praecipue comoediam novam et Peripateticorum illos libros videtur tractasse quibus mores hominum describebantur, atque res singulares permultae in Trimalcione eiusque convivis notatae paene ad verbum χαρακτῆρας imitantur Theophrasteo

nomine inscriptos. e Romanis autem non solum Menippeum Varronem habebat exemplum sed etiam qui in altero satirarum genere excelluerant, nec si propositam scriptori utrique rationem spectamus nulla est cenae Trimalcionis similitudo cum cena Nasidieni narrata ab Horatio. dexteritas vero ingenii et sollertia plane unica facillime in eo perspicitur, quod in adumbranda rustici sermonis specie accurationis non minus quam moderationis adhibuit. eius sermonis indicia cum manifesto appareant plurima, unum utpote non omnibus notum hic proferam. Phileronem causidicum *vocat Echion centonarius p.* 53, 14 (*est autem idem ille qui caninam se linguam comedisse ait p.* 47, 10), Niceronem *collibertum Trimalcio p.* 74, 17. *editores qui* Phileronem *servabant, tollebant* Niceronem, *quid rei esset nescire se confitebantur. Petronius enim vero utroque loco vitiosam expressit vulgi consuetudinem non* Eros Erotis *sed* Eros Eronis *declinantis. quod qui quaesierit ab scriptore aliquo aut grammatico, is frustra quaeret; patefactum autem est inscriptionibus Latinis. vide modo in corpore Gruteri p. 201, 3* C. Marci C. l. Phileronis, *p. 580, 12* Fausti Eronis, *p. 621, 4* C. Vari C. Ɔ. l. Anteronis; *in collectione Reinesii p. 887, 24* M. Mannei Eronis l. Suavis *et p. 754, 116* L. Terentii Anteronis; *in tegula a Fabretto publicata p. 501, 54* M. Ati Eronis; *in thesauro Muratori p. 1488, 9* M. Petilio Phileroni, *p. 1591, 3* C. Calventio Eronis lib. Primo, *p. 1606, 10* emit de Cn. Octavio Ɔ. l. Anterone, *p. 1746, 11* L. Signius Eronis l. Eros; *in titulo Etrusco Gori III p. 176, 218* A. Octavio Eroni; *in Maffei museo Veronensi p. 169* T. Vibi Eronis *et p. 290, 2* arbitratu C. Fausti Eronis; *in Neapolitanis inscriptionibus Mommseni 3739 3929 4789 6310* (126) Eronis, *1503 1554 6949* Eroni, *4481* Anteronis, *921* Anteroni, *6310* (204) Phileronis, *1639* Syneronis. *itaque* Phileronem *et* Niceronem *condecet rusticos, Encolpion tamen qui urbane loquitur consentaneum est p.* 72, 11 Nicerotem *appellare.*

Historiarum Paterculi ante quintum saeculum, si bene memini, vestigium reperitur nullum: de Petronii satiris nemo testimonium dixit ante Terentianum Maurum. Sidonius Apollinaris in carmine XXIII versu 155 post Ciceronem Livium Vergilium Terentium Plautum Varronem Sallustium Tacitum, ante Ovidium Senecas Martialem

Lucanum Statium, in carmine VIIII enumerans sine ordine poetas versu 268 inter Septimium et Martialem commemorat Petronium. Priscianus quae adfert (fr. V) ea videtur aliunde hausisse, neque Ioannes Lydus qui de magistratibus I 41 haec dixit: Τοῦρνος δὲ καὶ Ἰουβενάλιος καὶ Πετρώνιος αὐτόθεν ταῖς λοιδορίαις ἐπεξελθόντες τὸν σατυρικὸν νόμον παρέτρωσαν, satiras ipsas umquam inspexerat. sicut 'electae ex Ennio Lucilio Varrone saturae' traduntur fuisse Iulii Flori eius ad quem epistulas Horatius misit, sic etiam Petronii satirae eis qui tamquam arborem praepropera amputandi festinatione coercebant largam praebuere electorum materiam. si fides tribuitur Ioanni Saresberiensi, rettulerat facetissimam de matrona Ephesia fabulam etiam Virius Flavianus Nicomachus, transcriptam sine dubio ex libro Petronii. sed ut Flavianum ille errore deceptus nominaverit, iam sub Theodosii aetatem excerptas esse satiras Petronianas facile credo. exploratissimum autem mihi est inde a septimo saeculo pleniorem quam nos Petronium in manibus habuisse neminem. nono saeculo carmen de bello civili cognoverat Heiricus frater Altissiodurensis eiusdem monasterii a quo optimum et antiquissimum Petronii codicem oriundum esse constat. ille enim cum vitam S. Germani episcopi Altissiodurensis versibus scriptam (edita est in actis sanctorum mensis Iulii Antverpiae 1733) circiter annum 876 ad Carolum Calvum mitteret, et prooemium illius poematis ad verbum et alios versus memoriae mandatos ad sensum expressit. velut haec V 2, 131 p. 246 'hinc subit aerias meritis sublimior Alpes, limes hic Ausonias Gallis disterminat oris' eqs. conspirant cum Petronianis p. 162, 13 *aut haec V 2, 132 p. 246 'quod non fida tumens caperet vestigia gurges' cum Petronianis p.* 165, 8. *posuit idem in praefatione tertii libri 64 p. 234* septifluus *vocabulum, quod reperitur in libris Petronii p.* 187, 5, *alibi videtur reperiri nusquam. decimo aut undecimo saeculo scriptus est codex olim Altissiodurensis, hodie Bernensis de quo statim dicturus sum; duodecimo in Britannia Ioannes Saresberiensis, tertio decimo saeculo Vincentius Beluacensis in Gallia Petronium lectitabat, consimili uterque nostrorum exemplari usus.*

Vnus fuit ante hos mille annos excerptorum liber, e quo quasi

rivi ac fossae ex iusto fluminis alveo exiere codices et apographa quotquot supersunt. nam quantumvis de singulis rebus plerumque inter se discrepent, lacunarum tamen multarum graviorumque corruptelarum communio communem omnibus fuisse originem probat. comprehenderat ille primarius liber praeter excerpta Petronii tum carmina Latina minora tum glossas collectaneas, ut Traguriensem Bernensem Leidensem ad aliquam eius similitudinem compositos esse suspiceris. itaque factum est ut tum Aetnae versiculi a Vincentio Beluacensi et in libro quem Beluacensis bibliotheca Claudio Bineto suppeditaverat epigrammata aliquot, tum in codicibus saeculi XV Vaticano Veneto Florentino fragmentum *vel* excerpta de verborum significatione *vel* de antiquis dictionibus *adscriberentur Petronio. et hanc quidem glossarum colluviem e Gellii Isidori Hieronymi ecclesiasticorum scriptorum lectione natam, de qua post Carolum Beckium accurate disputavit Augustus Reifferscheidus musei Rhenani novi XVI p. 1ss., idcirco repetere inutile duxi, quod Petronii Arbitri nomine nihilo rectius nuncupatur quam Plauti sive Ciceronis sive Martialis.**)

*) *subsidii aliquid ei rationi qua originem illius inscriptionis explicauimus inde paratur quod in duobus codicis Bernensis glossariis quae olim insequebantur, nunc autem antecedunt Petronium, aliquot deprehendi glossas aut omnino aut ex parte concinentes cum illis quas habes perscriptas in museo Rhenano l. s. s. p. 5 n. 1, p. 6 n. 5 et 9 et 11, p. 7 n. 12 et 13 et 18, p. 10 n. 37, p. 12 n. 51. sunt autem haec:*

Nitrum in Nitria nascitur. habet enim virtutem salis et est medicinalis et vestium corporumque ex eo sordes abluuntur.

Excedra absida uel locus subsiliorum separatus modicum a praetorio, quod Greci cyclon dicunt.

Peribolus in Ezechiel murum significat.

Classicus sonus tubarum.

Sinodus conventus, collectio.

Anaglifa supersculpta.

Reuma graece, latine eruptio sive fluor.

Vestibulum dictum eo quod illo vestiuntur fores templi vel domus, aut ab stando. [est] enim coniunctum domui.

Situla serpens dicitur quia quem momorderit, siti perit. idem est et dipsas. *ibidemque non nullae leguntur glossae ad Hebraeos atque res sacras spectantes. plurimae emanarunt ex etymologico Isidori quocum in Beluacensi libro conexa Binetus epigrammata Petronii uiderat. quod autem ne eorum quidem desunt uocabulorum interpretationes quibus Petronius utitur, uelut* grassator

iam vero vetus ille omnium codicum tamquam parens non integer in totumve transcriptus ad nostram aetatem pervenit sed in varias partes, magnas minutas, dispersus. eorum librorum quos aut vidi aut novi extare septem ordines constitui:

I

L: codex Leidensis chartaceus octonaria forma signatus numero L. *61 'ex legato illustris viri Iosephi Scaligeri' qui primo folio imposuerat nomen suum* IOSEPHVS SCALIGER IVLII CAESARIS FILIVS, *plane et adeo pulcre scriptus. Petronium excipiunt collectanea opuscula varia, glossae Graecae Latinae et notae iuridicae et inscriptiones Latinae et Aratea ad veterem codicem collata, nulla fere pagina non aliquo genere litterarum conscribillata. Petronii insunt excerpta praeter cenam Trimalcionis omnia ipsiusque cenae principium, quamquam neque hoc tam plenum quam in Traguriensi legitur et aliae particulae paucae ac modicae velut* p. 22, 14—16 *desiderantur. transcripsit illa Scaliger, nisi fallor, ex Cuiaciano codice* (*cf. ad* p. 14, 15) *eodem quem Tornaesius adhibuit, adiutus praeterea aliis libris compluribus quorum e numero Parisinum 8049 et editionem Sambuci et anthologiam Vossianam fuisse puto. multa videtur ut quae in aperto essent vir egregius suo ingenio emendasse, in obscuris tamen et corruptis accurate expressit archetypon. saepissime in margine adnotavit scripturae discrepantias. excerptis satirarum subiunxit reliquias aliquot: fr.* XX triplici—orbem, *fr. XXI et XVIIII coniunctim*

anus recocta vino
trementibus labellis.
Memphitides puellae
sacris deum paratae.
tinctus colore noctis
manu puer loquaci

fr. XXVI versus 1 et 2, fr. XXV cui—luxus *'ex Fulgentii lib. 4', tum Vincentii Beluacensis speculi historialis XXI 25 locum non in-*

---

heredipeta periscelides, *si quis ob eam caussam huiusmodi collectiones aptas ex satiris Petronii esse probat, is uero nihil probat.*

tegrum, denique in ima margine secundum Dositheum magistrum in proscholio deposui birrum. et demunxi capillos. et sic elevato centrone intro ivi et primum salutavi praeceptores. librum accepi, scripsi quotidiana (*vide interpretes Petronii cap. 81*). *hunc codicem et ego Georgii Guilelmi Pluygersi beneficio ad me transmissum et in usum Ottonis Iahnii Theodorus Mommsenus Leidae diligenter excussimus.*

t *t: Petronii Arbitri Satyricon editum Lugduni apud Ioannem Tornaesium anno 1575, quod Caroli Halmii liberalitate accepi ex bibliotheca Monacensi. sex in prooemio Tornaesius Lebeum edocet ad manum sibi fuisse exemplaria, primarium et vetustissimum in membranis descriptum, alterum Iacobi Dalecampii quod imitandum operis tradidisset, tertium Antverpiense Sambuci, quartum Parisiense anni 1520, cetera fragmenta. horum primum, quod postquam formis librum describere coepit nactus est 'a clarissimo viro cui nos et quotquot Musas Musarumve filios et alumnos in honore habent, tantum debemus quantum vix dici potest' — indicari autem Iacobum*
T *Cuiacium existimant — ille v. c. notavit, ego T. in margine suas Tornaesius aliorumque coniecturas et scholia, partim etiam manuscriptorum lectiones adposuit.*

p *p: Petronii Arbitri Satyricon editum cum catalectis veterum quorundam poetarum Lutetiae apud Mamertum Patissonium anno 1587. administravit hanc editionem commentariisque ornavit, quem in praefatiuncula typographus adloquitur Petrus Pithoeus, non quem plerique statuunt Ioannes Passeratius. adiecta in fine libri 'varietas lectionum' praeter breviores excerptorum libros velut Altissiodurensem et Bituricum praesto illi fuisse ostendit pleniores duos, Tolosanum et vetus Benedictinum exemplar sive vetus exemplar sive veterem. e quibus Tolosanum non pertinuisse per totas satiras inde consequitur quod ad p.* 50, 2 *Pithoeus 'Benedictinum vetus unicum hac in parte exemplar' adscripsit.*

Tolosanus

vetus Pithoei

Mihi tametsi in incerto est relinquendum num plane isdem libris Scaliger Tornaesius Pithoeus usi sint an ex parte diversis et

quam habeant necessitudinis rationem Dalecampianus cum Tolosano et Cuiacianus cum Benedictino illo quem prodiisse opinor ex cella S. Benedicti Floriacensi ad Ligerim, persuasissimum tamen est ex eodem fonte derivatos illos tam inter se omnes quam unum uni similes fuisse. atque ad eandem originem noli dubitare quin testimonia revocanda sint Petri Danielis, Claudii Puteani, Hadriani Turnebi, Henrici Memmii, Iani Douzae patris qui vel Benedictinum vel Tolosanum vel comparia eorum apographa tenuerint. cui iudicio aliquid adiungit auctoritatis Scaliger qui ad carmen Priapeum LIII ubi Petroniana p. 173, 6 *commemoravit, 'ita enim' inquit 'habet manu scriptus codex, non ut ille quem citat Turnebus,* diutius cinctos. *qui tamen codex, quo usus est Turnebus, ex eo ipso exemplari veteri, quod hodie est in manibus clarissimi iurisconsulti domini Iacobi Cuiacii, descriptus fuerit'. hi codices quoniam periisse videntur universi inter seditiones turbasque belli civilis quo XVI saeculo Gallia flagrabat, quo facilius natura eorum atque congruentia cognosceretur, non modo t et p praeter L plene contuli verum etiam si qua inde viri docti illorum temporum rettulerant singillatim destinavi perscribere. Memmiani memoriam nisi ab ipsius Memmii* *Memmianus* *notulis aut a Turnebo Lambino Sambuco arcessivi, prodidisse scito Boschium et Burmannum secundum collationem eius libri exemplari Tornaesiano adscriptam, cui cave nimium credas. neglegendum autem duxi codicem Parisinum 8790 A, in quem Petrus Claudii filius Puteanus anno 1605 sententias aliquot transcripserat e Petronio non manuscripto sed typis expresso.*

Non despero quidem fore ut alicubi reperiatur Petronii codex qui totidem excerpta quot Lpt comprehendat vel ut exemplo utar, non omittat p. 11, 8 iam pro cella meretrix assem exegerat; *nos tamen nullum investigavimus praeter apographon Scaligeranum. nam quod adservatur in bibliotheca Monacensi n. 12479 'Petronii Arbitri Satyricon castigatum, exscriptum ad verbum ex ms. R. P. Iacobi Bidermani S. I.' saeculo XVII vel XVIII forma duodenaria, foedissime interpolatum mutatis nominibus velut pro stupro et fornice ganea dicitur et miseriarum cloaca, inversis rebus velut in capite 11 supponitur aleae lusus, adfictis ineptiis velut incipit* lassa-

tus odiosa Melantychi garrulitate non continui porro fractam iam decies patientiam. et post multa quae calescens identidem ira suggesserat, num, inquam, alio genere: *hoc ego exemplar ne memoratu quidem dignum existimarem, nisi ab alio homine litterato non omnino illud contemni comperissem.*

II

A *A: codex Parisinus 7989 bombycinus quaternaria forma saeculi XV, Tragurii Delmatiae in bibliotheca Nicolai Cippici a Marino Statilio circiter annum 1650 inventus, inde Romam translatus et Roma Parisios. 'codex emptus Romae an. 1703. Reg. 5623'. in primo folio 'questo libro siach mi polatonio cipico'.*

p. 1 albii Tibulli poete illustris liber incipit. et primo prohemium. quod spretis diuitiis *et cetera.*

p. 44 Monobiblos sexti Propertii Aurelii Naute ad Tullum. Incipit liber Primus feliciter.

p. 132 Liber Catulli *et post versus Benvenuti Campesanii de resurrectione Catulli* Catulli Veronensis poete illustris Ad cornelium liber incipit. *p. 179 ubi desinit Catullus in ima margine perparvis litteris ab eadem manu scriptum*

1423 di 20 nobr p cy . . . . .
eple 6 . . uersus 228. . . . . .

p. 180 Saphos Lesbia Vates ad phaonem. ex grecis in latinas litteras versa per Nasonem sulmonensem ut ferunt nonnulli epla aurea. *subscriptum p. 184* Versus CCXX. Saphos Vatis Mitilenee epla explicit.

p. 185 Petronius Arbiter. *et primum quidem ad p. 205 usque pertinent eiusdem modi excerpta qualia in ceteris huius ordinis libris leguntur cum inscriptione et subscriptione eis quas Petronii p.* 2 *et p.* 199 *adnotavi. subsequitur deinde a p. 206 ad p. 229 inscriptione carens cena Trimalcionis H quam seorsum ab illis excerptis recensebo* Venerat iam tercius dies — ex incendio fugimus (*p.* 28. 6—92, 22).

p. 229 post fugimus *interiecto vacuo spatio* Iam nox hibernas

et reliqui Moreti versus. subscriptum p. 232 versus centum XXIIII^or^. Moreti liber virgilii pueri explicit.

p. 233 Claudiani poetae de phenice carmen incipit *quod desinit in* nocendi *p. 237.*

in Petronio pagina una quaeque versus habet ad p. 208 quadragenos octonos, a p. 209 quae novum quaternionem inchoat quadragenos singulos litterarum magnitudine longius disiunctos. totius codicis folia extrinsecus in margine inferiore fecerunt vitium, quod latitudo marginis impediebat quo minus in verba quoque contexta invaderet. ab latere paginae eadem manus praeter correctiones crebro adiunxit vocabula inusitata vel inaudita et scholia, velut p. 206 atraliptae (*p.* 29, 16), coccinea (*p.* 29, 18), Polectice (*p.* 29, 19), symphomacũ (*p.* 30, 2), edictum (*p.* 30, 6), caduceum (*p.* 30, 16). *scriptura nusquam obscura est sed neglegentius composita culpa velocitatis.* n *et* u *vel* c *et* t *et in compendium redacta* quod *et* quia *vel* et *et* etiam *haud ita facile est discernere.* tã *et* tam *valet et* tan, *itaque* tanquam *et similia per* n *efferenda sint an per* m, *nisi ubi plena exscribitur syllaba, nescimus. continentes voces non nunquam perperam distribuunter velut illae* interimi atraliptae, *saepius grandis littera exorditur princeps enuntiati vocabulum, membra orationis articulique fere puncto aut obliqua lineola aut posito super punctum sicilico distinguuntur, raro si carmina exceperis perpetuus tenor verborum interrumpitur. capitum numeris marginem notisque ipsum exemplum novus grammaticus instruxit postquam in capita satiras distraxit Ioannes Boschius 'secundum Ioannis Merceri editionem' quae Genevae anno 1629 prodierat. huius codicis apographon ab Ioanne Lucio Delmata Romae anno 1668 exacte confectum publicavit Amstelodami anno 1670 Ioannes Blaevius iteravitque anno 1671. recognovere codicem Parisiis Ottonis Iahnii gratia Conradus Bursianus ad Bipontinam et diligentissime Henricus Keilius ad secundam illam Amstelodamensem. quorum ego sequebar auctoritatem ubicumque de A et H sive reticens sive praedicans contra Lucium testatus sum.*

B: codex Bernensis membranaceus quaternaria forma saeculi *B*
X *aut XI signatus* MSS. LIT. *357, duabus amplioris voluminis par-*

tibus male ita compactus ut quaterniones XIIII XV XVI XVII antecedant reliquias quaternionum VIII et VIIII. quattuor illis continentur GRECA VERBA ET ALIQVA LATINORVM CVM GLOSIS SVIS, *tum uberius glossarium Latinum cui* EXPLICIVNT NOMINA *subscriptum est et* INTERPRETATIONES ALFEBETVM HEBREORVM, *denique excerptae* EX HISTORIA SALVSTII CRISPI *orationes et epistulae. quaternionibus autem VIII et VIIII extrema pars decurtati Nonii* (*capitis IIII de varia significatione sermonum a* TENET *p. 411 ad* VIX *p. 421*) *cum hac subscriptione:* EXPLICIT, *tum* PETRONII ARBITRI SATIRICON, *denique in eadem pagina qua finitur Petronius post aliquod intervallum carmen Prisciani de mensuris et ponderibus quod incipit* Pondera Paeoniis ueterum memorata libellis *et desinit in hemistichium* Nec non et sine aquis. *pertinebat Petronius a folio secundo verso quaternionis VIII usque ad quintum folium versum quaternionis VIIII; nunc vero quoniam e quaternione VIII, quippe cuius haec fuerit condicio*

1 = 8
2 = 7
3 = 6
4 = 5

non supersunt nisi exteriora folia 1 2 7 8, non amplius sex folia et dimidiata duo tenet. evulsa enim sunt folia quattuor inter secundum et septimum interposita, 3 cum 6 et 4 cum 5, post aetatem Pithoei;

Altissiodurensis

nempe is quae enotavit ex Altissiodurensi, quia nihil differre a Bernensi intellexi, pro certo dico librum olim Altissiodurensem asportatum e Gallia per Iacobum Bongarsium factum esse Bernensem. itaque deficit Bernensis hodie post prius *p.* 6, 2 *et initium rursus capit a* Phoebo *p.* 135, 2. *hoc cum valde dolerem in eo codice quo nullus ad emendandum Petronium plus adferret utilitatis, ecce Theodorus Mommsenus in bibliotheca Leidensi adligata invenit libro ante Petaviano, mox Vossiano catalogi n. XXX qui Plautum continet, duo ex illis foliis quae absunt a Bernensi, tertium et quartum. eorum alterum incipit a .....* quam id quod putant *p.* 6, 2 *et desinit in* causa huc uenisse *p.* 19, 4, *alterum incipit a .....* magis uestra commoueor *p.* 19, 5 *et desinit in* dissimulata perit *p.* 95, 10. *neque igitur nunc desiderantur nisi folia quintum et sextum*

quae nec diu tamen *p.* 95, 11 *usque ad* infelix modo crinibus nitebas, at nunc leuior aere uel rotundo ridentes fugis et times puellas *p.* 135, 5 *complectebantur. paginae huius codicis una quaeque binorum ordinum, ordo unus quisque fere tricenum versuum. scriptura clara, orthographia quam emendatissima nisi quod* ae *vel* ę *et* e *frequentius permiscentur, compendia praepositionum multa, syllabarum pauciora, verborum nulla. una duaeve saepius litterulae rasae, quod perraro notavi quia librarius ita peccata sua correxerat ut non appareret quid antea scriptum fuerit. haec* ·/. *signa lacunarum recentior manus interiecit fortasse Bongarsii qui librum possederat. Bernensia folia post Orellium diligentius contulimus ab Steigero bibliothecario commodata Theodorus Mommsenus cum Bipontina et ab Ottone Ribbeckio accepta ego cum Amstelodamensi Traguriensis exemplo, Leidensia solus Mommsenus cum Bipontina. in ea particula excerptorum quae neutris illorum comprehenditur stabimus Pithoeanis de Altissiodurensi testimoniis.*

C: codex Vaticanus ordinis N n. 119 (670) Vrbinas membranaceus quaternaria forma saeculo XV pulcre scriptus. in titulo aureoli variique coloris haec leguntur C

IN HOC
CODICE CONTI
NENTVR PVBLII RVTI
LII SCHEMATA ET
PETRONIVS ARBITER
ET FVLGENTI MITHO
LOGIARVM ET EX
POSITIO SERMO
NVM ANTIQVO
RVM

Petronius finibus terminatur foliorum 38 et 66. contulit eum cum Bipontina Otto Iahnius Romae mense Novembri anni 1838.

D: codex Florentinus Laurentianus plutei XCVII n. 31 membranaceus quaternaria forma saeculo XV pulcre scriptus et minio D

auroque pictus. continet epistularum Plinii libros VII, Rutilium Lupum et Aquilam, deinde Petronium. contulit eum cum Bipontina Otto Iahnius Florentiae nonis et postridie nonas Septembres anni 1839.

E *E: codex Messaniensis monasterii Benedictinorum S. Placidi membranaceus saeculo XII bene scriptus. deest initium usque ad* ma]gna *p.* 5, 2. *folia sunt 31. in fine haec leguntur:*

PETRONIVS · SATYRICON ·
ARBITER · FELICITER ·
EXPLICIT ·
TEΛOS

contulit eum cum Bipontina Otto Iahnius Messanae decimo kalendas Iunias anni 1839.

F *F: codex Leidensis Vossianus 265 catalogi oct. 81 membranaceus saeculo XV properanter scriptus. insunt Priapea et catalecta Vergiliana, tum a folio 27 ad 54 Petronius, denique tres viri Amoris. pagina viginti quinque vel viginti octo versuum. recens manus quae correxit aut explicando addidit, referre pigebat. hunc codicem et ego olim a Iacobo Geelio Bonnam missum contuli cum Burmanniana priore et Leidae commoratus Theodorus Mommsenus Ottonis Iahnii gratia cum Bipontina.*

G *G: codex Guelferbytanus extravag. 299 membranaceus quaternaria forma saeculo XV eleganter scriptus. continet Senecae apocolocyntosin, tum a folio 17 Petronium, denique Leonardi Arretini interpretationem oeconomicon Aristotelis et contionem Heliogabali nomine ad meretrices habitam. pagina septendecim versuum. corrigendi curam alius homo egit aut certe alio atramento usus. sententiose vel facete dictis nota adposita est in margine. hunc codicem intercedentibus Friderico Ritschelio et Antonio Klettio Bonnam delatum contuli cum Bipontina.*

p *P: codex Parisinus 8049 membranaceus quaternaria forma (Colbertinus 1781, Regius 5622) ex tribus partibus conglutinatus:*

I prolegomena de satira (Satire proprium est ut uera humiliter dicat — prosiliunt) *et Persius.*

II extremi saeculi XI ut Keilius, extremi saeculi XII ut Froehnerus ait: Ciceronis de divinatione libri secundi finis (ptolomeum facile sanaret *II 66, 135* — dicta essent surreximus), *in folio 17 verso* Marci Tullii de diuinacione liber II[us] explicit. Petronii arbitri satirarum liber incipit, *in folio 25 recto* explicit Petronius. incipit egloga *Calpurnii* (Nundum solis equos *I 1* — quicquid id est siluestre *et cetera IIII 12*)

III saeculi XII: Senecae proverbia.

de hoc codice quamquam satis poteram existimare ex illis quae cum Ottone Iahnio olim Henricus Keilius et Conradus Bursianus communicaverant, tamen cum totum Petronium officiosa erga me voluntate Guilelmus Froehnerus ad exemplar Hadrianidis contulisset, religio mihi erat tam strenuam operam aspernari. quia autem difficilior lectu liber est, non tantum quae e Colbertino Burmannus, sed etiam quae Keilius Bursianus Froehnerus rettulerunt, paululum aliquando inter se discrepant, verum non adeo ut quid cuique visum sit discernendum putarem. ceterum cum P tot mendis atque erroribus concordabat is codex qui fuit Ioannis Biturigum ducis, quem ego Pithoeum secutus nominavi Bituricum, ut exscriptum alterum ex *Bituricus* *altero credam. itaque exhibui quidem in editione mea sicubi pretii alicuius esse videbantur de Biturico testimonia, sin vero consonabant cum P vel tenui separabantur discrimine aut omnino inutilia erant, praetermittere solebam. at tamen ut ostendam cognitum hunc librum habuisse Scaligerum, ignorasse Palmerium qui de p.* 38, 9 *testem dedit 'veterem codicem Britannicum' — nempe 'v. c. Br.' aut 'v. c. Brit.' notatur a Tornaesio Bituricus — congessi in hunc locum quaecunque Pithoeus inde cum Tornaesio prodidit:*

p. 4, 10 adsignes exerc. excessisse. et ideo grandis et uelut ita dicam pud. o. n. e. masculosa sed turgida *p.* 5, 10 ipse etiam scola fundauerat *p.* 6, 1 Cicio *p.* 6, 6 moriatur *p.* 8, 7 armigenae *p.* 9, 1 ingenuus *p.* 10, 11 Intesticulos inuidasque m. interspat. *p.* 18, 12 detexit *p.* 19, 2 regia *p.* 26, 7 Parrhathis nostra *p.* 27, 10 uocantium

p. 63, 4 memorata est *aut potius* est *deerat* *p.* 63, 7 Publicum *p.* 64, 6 cara tibi bacca *p.* 100, 2 instruere *p.* 104, 8 attigisset *p.* 115, 3 iam iam *p.* 115, 16 ligneis *deerat* *p.* 116, 8 iniuriamq. Eumolpi aduocationemq. commèdabam *p.* 132, 6 heros *p.* 132, 8 superno *p.* 133, 13 exsonat ergo cantibus *p.* 133, 14 exultans captabat *p.* 151, 8 inundauerit *p.* 151, 9 itaque fiat *p.* 153, 6 Ac se pyrecum *p.* 153, 8 accusat *p.* 155, 6 quae sensim trahat *et ut videtur* hoc sterile *p.* 159, 10 fatentur *p.* 161, 2 accresce *p.* 161, 5 pande *p.* 162, 2 manantia *p.* 179, 16 haec frater *p.* 182, 6 aquis errantibus *p.* 182, 8 yasdon *p.* 182, 10 suasura *p.* 184, 3 poterat contingere, langorem simulaui *p.* 184, 12 supplicit *p.* 189, 4 nomen *pro* moram *p.* 190, 10 stare dracones *p.* 193, 1 finxerat astu *p.* 195, 1 uexat cubitum ipsa stipite ardenti *deerant.*

s *s: Petronii Arbitri Satyrici fragmenta edita Antverpiae apud Christophorum Plantinum anno 1565 cura Ioannis Sambuci, qui* *S* *quem adhibuit 'vetustum suum codicem', eum ego signavi S. hoc exemplar quod Christiani Baehrii liberalitate accepi cum aliis ex bibliotheca Heidelbergensi, idcirco potissimum opus erat conferri, quia Lt in eis excerptis quae habent communia cum s, multis locis ex auctoritate eius vidi pendere.*

Laurentianus *codex Florentinus Laurentianus plutei XXXVII n. 25 chartaceus quaternaria forma saeculo XV scriptus. continet Petronium, praeexercitamina Prisciani, septem philosophorum sententias, Rutilium Lupum, Aquilam, fragmenta rhetoricorum ad Herennium. contulit primas eius paginas cum Bipontina Otto Iahnius Florentiae postridie nonas Septembres anni 1839.*

codices Vindobonenses CCXVIII membranaceus (fol. 1—29 Petronii Satyricon) *et CVIII chartaceus (fol. 42 v.—63* Petronii Satyric.) *saeculo XV scripti, de quibus certior factus ab Ioanne Vahleno haec perscribam:*

p. 197, 4 cum protuli anserem anus *uterque* sustulit clamorem *uterque* 7 miseretur *CCXVIII* 8 et loqueris nescius *uterque* 11 scierit *uterque* 12 ante hunc diem *omittunt deficiunt versu* 13 pellat, *pergunt p.* 198, 8 quisquis 9 contemperet *CCXVIII* 10 *et* 11 daphnem *CCXVIII utrobique,* daphenen *et altero loco* daphenem *CVIII* 12 componat *uterque* 14 habento *uterque* *p.* 199, 1 quiduis *uterque* opta *sed recentiore manu* tat *super scriptum CVIII* 2 archa *uterque*

post iouem *subscriptum* Petronius. Arbiter. Satyricon *CCXVIII,* Petronii Arbitri Satyricon lib feliciter explicit. MCCCCXL. Georgii Antonii Vespurii *et praeterea Θῶ δόξα CVIII.*

codex Parisinus 6842 D (olim 6029) Petavianus membranaceus quaternaria forma saeculo scriptus ut ait Keilius XII, ut Bursianus XIII, ut Froehnerus XIIII. in primo folio '*Palladius de agricultura et Petronius satyricus francisci barbari Veneti quondam domini*' ('*quidam dicunt*' *legebat Bursianus*) '*Candiani*'.

f. 1 PALLADI RVTILI EMILIANI TAVRI VIRI CLARISSIMI OPVS AGRICVLTVRE.

f. 74 INCIPIVNT EXCERTA PETRONII SATIRICI (Cum aliogenere — archa iouem).

f. 92 DE DIFFERENTIIS SERMONVM (Inter auxilium et praesidium et subsidium hoc interest — Redibium est quod primum nascitur, rediuiuum quod iterum).

ex hoc codice in usum Ottonis Iahnii pauca enotaverat Bursianus Keiliusque cum Bipontina contulerat principium carminis de bello civili ubi signatus est R. hinc ego cum proximum propinquitate intellexissem illum esse Bernensi et prae ceteris dignum qui excutiatur, precibus adii Guilelmum Froehnerum, ut saltem eam particulam excerptorum quae erepta e B est attentiore cura examinaret. nec mora, accepi collationem codicis diligenter factam cum Nodotiana per capita 81—110, unde cum meo exemplari sic discrepare illum perspicitur: *R*


p. 95, 11 hec diu tamen lachrymis 12 aut scolanus diuersorio *deficit p.* 96, 3 plantibus pectus, *pergit p.* 99, 12

qui pelago 14 hostro 15 quis sollicitat 17 ac inopi *p.* 100, 1 coepit inspicere hodium 4 iactantur itaque quacumque *deficit versu* 5 positi, *pergit p.* 103, 5 priscis enim 8 diutius lateret. itaque ercula herbarum omnium *p.* 104, 1 reuertar 3 comprehendit 7 cultissima uia? quis unquam 11 extulerit *correctum ex* extollerit 12 sestercium *p.* 105, 3 exorat 4 dis 5 phidies *sine* que 6 *omissum* Troiae 8 decuma ancipite 9 obsedebat uotis 11 praefante ferro cesi 13 roboret immanem quae figurabant 14 atrum et obductis pectus *p.* 106, 3 *omissum* equi 6 ad fata 7 mendatium semper in dampnum potens 8 turbata 9 manant gentie 10 lachrymas 12 crimen 14 tardunt 17 pertemptat *p.* 107, 11 fructus 14 luminibus flumineum 18 laocoenti *p.* 108, 1 paruulos 2 adorare ferunt 4 perdet 6 inuadit 9 profanatos 15 temptant ceubi solet 16 nudo quadrupedes 17 excussum 19 graie usis alius 21 auaris 22 inuocant Troa sacra *tum pergit p.* 112, 19 o felicem inquid *p.* 113, 4 iusseris ibo nec 10 eiumodi *deficit versu* 13 exi, *pergit p.* 114, 18 dum ludit diuersitor 19 iacentium uolutationem *p.* 115, 2 me mercedem 3 iam enim saxo 4 sed marcii. mammutii 6 liber urceolum 10 hospitum *sine* que 13 inter incoantes insulariique multant 14 oculis 16 linteo *correctum ex* linneo inparibus *p.* 116, 1 *omissum* nos 2 ansa hostiali rupta lapsauerat 4 hostium 5 capud 6 flens quidem 7 ego uero alternos 8 iniuriāque Eumolpi aduocationemque commendabam cum 10 perfertur *deficit versu* 14 rixa, *pergit p.* 131, 25 stante *omissa* non tralaticium *p.* 132, 2 inducias 3 oleae 6 hostis 9 contentus et mihi 11 nec uincite 12 imponite 13 effudit erexitque paulisper 15 Eumolpus 16 lycha *p.* 133, 2 queraris 3 curabis et ut nihil 4 repugnanti nam non 6 lica 7 neque uultu *deficit versu* 10 deponimus, *pergit versu* 13 exsonat 14 et quo cursu ex-

ultans 15 conuellebat *p.* 134, 1 antemnam considerant 2 texis harundinibus 3 inligate 4 pinnasque 6 pargebat 7 stincmososque 10 solum 11 hyemps 13 astrictis *p.* 135, 1—5 *hoc ordine* infelix —, at nunc —, ridentis —, Phoebo pulcrior —, horti — 9 triphene 12 acnouit *deficit versu* 13 dedit, *pergit p.* 136, 6 ceterum Eumolpos et periclitum aduocatus 7 actor ni sileret 11 seculis dicta 13 sic orsus est.

Hos codices quorum similes atque gemini non mirabor si ex aliis bibliothecis protrahentur in lucem, propterea in eodem universos ordine collocavi, quod particulas satirae comprehendunt nullo lacunae signo diremptas sed perpetuae narrationis instar congregatas plane easdem, si discesseris a paucissimis et perquam exiguis vel dictionibus vel enuntiationibus quas alii habent, alii non habent. velut p. 131, 25 non tralaticium *absunt ab omnibus praeter Altissiodurensem* (*B*) *et P, p.* 189, 7 utique die feriarum quo etiam lugentes rident *in nullo leguntur praeter B, p.* 189, 12 his auditis Oenothea inter utrumque consedit motoque diutius capite *omissa in ABCFGPs extare videntur in DE, nisi forte quid humani Iahnio accidit hos libros percurrenti. ceterum quae continet haec codicum multitudo, quoniam ea in exemplari meo rectis lineis et in margine impressa O littera distinxi* *O*
ab illis quae L adiunxit aut Traguriense cenae apographon, singillatim hoc loco indicare supersedeo. vetustate simul et eximia bonitate excellit B qui ceteros sine dubio et in omni genere procul a se relinquit; inter hos quo quisque propius accedit ad B, eo videri debet praestantior. attingit eum propinquitate, ut supra dixi, Parisinus 6842 D (*R*), *magna cognatione etiam P. longius ab illo remotus A est quem aemulatione vitiorum F sequitur. Traguriensem adaequant utilitate libri XV saeculo in Italia scripti CD Laurentianus et deteriores aliquanto GS. neque E, si exceperis quae de eo collegi ex silentio Iahnii, quamquam antiquitate plurimos superat, ullum ostendit singularis virtutis vestigium. nam quod p.* 151, 4 *comprobavi* portum feliciorem, *ne artis plena oratio deformaretur* facilis *vocabuli repetitione insulsa, hac in re vix plus valebat libri Messaniensis auctoritas quam*

viri docti opinio. ad summam, si licet in describenda codicum progenie speciem adumbrare familiae, B quasi avunculus est, P et AF et CDGS quasi filii fratris et sororum; B autem et archetypos primi ordinis fratres germani fuere, hic maior et ornatissimi patrimonii heres, ille minor et parcius peculiatus.



III

H *H: cenae Trimalcionis ex satiris Petronii singulariter excerptae apographon Traguriense unicum adnexum alteri electorum Petronianorum exemplari A in codice Parisino 7989, de quo generatim dixi p.* XVI*s. incipit H a p. 206* Venerat (*p.* 28, 6), *desinit in p. 229* fugimus (*p.* 92, 22), *interiectarum paginarum principia haec sunt: p. 207* in postibus (*p.* 31, 9), *p. 208* pertundimus (*p.* 35, 8), *p. 209* Ita quotiescunque (*p.* 39, 13), *p. 210* etiam inter (*p.* 42, 20), *p. 211* -ta hic aper (*p.* 45, 2), *p. 212* nigertanquam (*p.* 48, 4), *p. 213* illius et (*p.* 51, 3), *p. 214* -tersa fronte (*p. 53, 19*), *p. 215* -ti mensam (*p.* 56, 7), *p. 216* puercalicem (*p.* 59, 8), *p. 217* automatum (*p.* 62, 14), *p. 218* de negocio (*p.* 65, 12), *p. 219* coruorum (*p.* 68, 4), *p. 220* tectum (*p.* 71, 8), *p. 221* lupus factus (*p.* 73, 16), *p. 222* ad os (*p.* 76, 10), *p. 223* quam candidum (*p.* 78, 17), *p. 224* clamante (*p.* 81, 4), *p. 225* in loco (*p.* 83, 11), *p. 226* ponas (*p.* 85, 5), *p. 227* -ca fictiles (*p.* 87, 4), *p. 228* Sed uiuorum (*p.* 89, 16), *p. 229* inquibus (*p.* 92, 1).

IIII

florilegium *florilegium Parisinum: codex Nostredamensis 188 membranaceus foliorum forma scriptus saeculo XIII. continet electa variorum*

scriptorum quos Conradus Bursianus enumeravit ad Senecam rhetorem p. XVIIII. is quae de Petronianis detulerat ad Iahnium, ea ego renuntiavi in meo exemplari. nunc autem benevolentiam expertus Guilelmi Froehneri a quo facile impetravi ut librum illum diligentius exquireret, excerpta Petronii sic ut in eo leguntur perscribenda duxi:

in folio 70 verso

EX PETRONIO DE QVORVMDAM SCOLARIVM RVDITATE.

Ego adolescentulos existimo in scolis stultissimos fieri, quia nichil ex his quae in usu habemus aut audiunt aut uident *p.* 3, 8—9.

Qui inter haec tamen nutriuntur, non magis sapere possunt quam bene olere qui in culina habitant *p.* 4, 1—2.

DE FALLACIIS ADVLATORVM.

Ficti adulatores cūm cenas diuitum captant, nichil prius meditantur, quam id quod putant gratissimum auditoribus fore. Nam nec aliter impetrabunt quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint *p.* 6, 1—4.

SIMILITVDO DE PISCATORE ET DOCTORE.

Piscator nisi eam imposuerit hamis escam quam scit appetituros esse pisciculos, sine spe praedae moratur in scopulo. Doctores nisi direxerint que adolescentuli probent, soli in scolis relinquentur *p.* 6, 5—7 *et p.* 5, 14—6, 1.

QVE SEQVENDA SINT VEL FVGIENDA STVDERE VOLENTI.

Artis seuerae — pectore uerba *p.* 7, 7—9, 9 *cum hac discrepantia scripturae: p.* 7, 8 more *p.* 8, 1 polleat 3 cliensque cenas inpotentum 4 perdictis 5 in cena 6 ystrioni 9 Sirenumque 10 frontem 11 mutet *ex silentio Froehneri p.* 9, 1 ingestis quatiet 2 hunc 3 exhonerata 9 diffundens.

Tardum est differe quod habes *p.* 13, 7—8.

QVOD IVSTICIA DESTRVATVR PER AVARICIAM.

Quid fatiunt leges — uincere nulla potest *p.* 15, 7—8.

Iam nunc iuditium nichil est nisi publica merces *p.* 15, 11.

CONSILIVM IN DAMNIS.

Tutius est paruo ere rem perditam recuperare quam in ambiguam litem descendere *p.* 15, 5—6.

VOX ANIMOSI.

Nolo quod cupio statim tenere, placet mihi parata *p.* 17, 14—15 *in quibus* nec uictoria *errore puto Froehnerum omisisse.*

VERSVS.

Contepni turpe est — abire solet *p.* 20, 12—15 *ubi* 14 flectit *et* 15 uigilat *scriptum est.*

DE AVARICIA ET CVPIDITATE DIVITVM.

Periculosum est alienis interesse secretis *p.* 22, 4—5.

Non bibit inter aquas — ore famem *p.* 97, 13—16 *ubi* 15 faties *et* 16 conquerit *scriptum est.*

QVOD VIVENDVM BENE SIT DVM LICET.

Heheu nos — bene *p.* 37, 5—7 *ubi* 5 homuntio *et* 6 Nil erimus *scriptum est.*

CONTRA NIMIS CREDVLOS.

Nunquam recte faciet qui cito credit *p.* 47, 18.

CONTRA HVMANAM CECITATEM.

Nemo celum putat, nemo ieiunium seruat, nemo Iouem pluris faciat, sed omnes opertis oculis bona sua conputant *p.* 50, 1—3.

DE FLVXV HVMANE VITE.

Quod hodie non est, cras erit, sic uita truditur. Quod non expectes, ex transuerso fit et super nos fortuna negotium curat *p.* 50, 9—10 *et p.* 62, 23—63, 1.

Spes ideo pungunt quia ubicumque dulce est, ibi et acidum inuenies *p.* 65, 10—11.

DE VGO (de iurgio *margo Tornaesianae*).

Semper in hac re qui uincitur uincit. Nemo nostrum peccat, homines sumus non dei *p.* 70, 9 *et p.* 89, 5—6.

DE AMICIS TANTVM IN PROSPERIS.

Nomen amicitie si quatenus — ora fuga *p.* 95, 3—6.

QVOD VICIOSI HONORENTVR, LITTERATI ET HONESTI CONTEMPNANTVR.

Qui pelago — inuocat artes *p.* 99, 12—17 *ubi* 13 *post* 14 *collocatus et* 14 pictor iacet hebrius *scriptum est.*

QVOD MALVM DISPLICET CVI BONVM PLACET.

Non dubie ita est si quis uitiorum omnium inimicus rectum uite iter respicere cepit primum propter mori differentiam odium habet, quis enim post probare diuersa *p.* 99, 18—100, 2.

DE DIVITIBVS.

Qui solas extruere diuitias curant, nihil uolunt inter homines melius credi quam quod ipsi tenent *p.* 100, 2—4.

DE BONA (*suppleas* mente sorore) PAVPERTATIS.

Nescio quomodo bone mentis soror est paupertas *p.* 100, 6.

DE INSTANTIA.

Nihil tam arduum est quod non inprobitas extorqueat *p.* 102, 9—10.

DE PROBITATE ANTIQVORVM ET IGNAVIA MODERNORVM.

Priscis temporibus cum — tantum docemus *p.* 103, 5—104, 6 *in quibus p.* 103, 6 artes *correctum ex* partes 8 succis 10 Eudoxus in excelsissimi montis cacumine consenuit 11 deprehenderet crisippus 12 eleborro *p.* 104, 1 Verum ad 2 extinxit Miron 3 ferarumque conprehendit 4 ne per artas.

Quis dudum uenit in — peculio exorat *p.* 104, 7—105, 3 *in quibus p.* 104, 10 aliis donum permittit 11 aliis si 12 sextertium.

QVOD RARA SIT SAPIENTIA CVM FORMA.

Raram facit mixturam cum sapientia forma *p.* 113, 1.

SAPIENTIVS CAVTELA.

Ego sic semper et ubique uixi ut ultimam quamque lucem tanquam non redituram consumerem *p.* 119, 13—14.

QVOD QVAEQVE OPTIMA NATVRA FECIT COMMVNIA.

Quid non commune est quod natura optimum fecerit sol omnibus lucet, luna innumerabilibus comita (*super scriptum* ta) sideribus etiam feras ad pabulum mittit. Quid aquis formosius dici potest in publico tamen manere (re *obscurius*) *p.* 120, 12—15.

DE CALICIO.

Quod summum — rapis *p.* 134, 10—15 *in quibus* 10 *omissum* est 11 ademit hyemps 13 atritis 15 gaudia prima dedisti Et tanti nostre gaudia prima rapis.

EXEMPLVM FEMINEE (*suppleas* levitatis).

Matrona quaedam — isset in crucem *p.* 136, 15—142, 4 *in quibus p.* 137, 2 sparsis 5 ypogio 6 afflictantem 8 comploratаque ab omnibus singularis exempli femina quintum 9 assidebat 10 lacrymas commendabat 11 quotiens defecerat 12 solum illud affulsisse p. 138, 1 affigi 3 corpora 4 monumenta 6 pulcherima 8 lacrymas 10 attulit 12 et nihil defuturo 13 eundem exitum esse sed et 15 *omissa* ruptosque crines super pectus *p.* 139, 1 nec recessit exortatione 3 *omissa* certe ab eo 4 uicta 5 pertinatiem inquid 7 indempnatum 8 et manes 9 reuiuiscere muliere erore 10 commonere debet et *omissa* nemo — *p.* 140, 1 uiuere 3 quid temptare soleat humanam 4 inpetrauerat 5 aggressus 9 *omissus* 10 corporis partem 12 sed et postero ac *p.* 141, 1 monumentum venisset putasset 4 cruciarii unius parentis 6 suppremoque 7 residet *ex silentio Froehneri* 9 commodet modo 10 *sine lacuna* 11 nec istud inquid dii 12 *omissa* hominum duo 13 inpendere *p.* 142, 1 ex area 2 affigi.

DE VARIIS MODIS MORIENDI.

Illum bellantem — naufragium est *p.* 147, 6—10 *ubi* 7 uota soluentem *et* 9 fragilitas *scriptum est.*

QVOD NON MVLTVM CVRANDA SIT SEPVLTVRA.

Nichil interest periturum corpus r̄o que consumat ignis an fluctus an mora. quicquid feceris omnia haec eodem uentura sunt *p.* 147, 11—13.

Multos nimirum carmen decepit — eliconem uenisse *p.* 150, 18—151, 3.

DE LVXVRIA.

Ingeniosa gula — frondibus aule *p.* 155, 9—156, 3 *in quibus p.* 155, 10 producitur 11 littoribus *p.* 156, 2 littore 3 aspirant.

DE AVARICIA.

Ad praedam strepitumque — corrupta iacebit *p.* 156, 5—9 *in quibus* 5 uertit *et* 8 excidit et sparsis *scriptum est.*

DE LVXVRIA.

Quaerit se natura — nomina uestis *p.* 154, 9—155, 2 *in quibus p.* 155, 1 nerui *scriptum est.*

ITEM.

Aedificant auro — rebellant *p.* 159, 4—6.

DE EGESTATE.

Arma placent—tuta est *p.* 157, 7—8 *ubi* 8 inobs *scriptum est.*

DE GVLA

(*pertinet hoc lemma ad uersus supra descriptos p.* 155, 9—156, 3).

Tres dederat fortuna — reddit honores *p.* 157, 12—158, 1 *in quibus p.* 157, 12 omnis 14 Lybico 16 tellus tot.

DE FORTVNA.

Rerum humanarum — relinquis *p.* 158, 14—16 *in quibus* 15 fors tibi *et* 16 tu noua *scriptum est.*

Inferni quoque regna petunt — fatentur *p.* 159, 7—10 *in quibus* 8 mollibus *scriptum est.*

ITEM DE LVXVRIA.

Ales phasiacis — optimum uidetur *p.* 111, 25—112, 8 *in quibus p.* 111, 26 *collocatus post p.* 112, 2 *p.* 112, 1 atque aerie 3 ab horis 6 mulus 8 quidquid.

Incultis asperisque regionibus diutius niues herent. ast ubi aratro domefacta tellus nitet dum loqueris leuis pruina dilabitur. Similiter in pectoribus humanis ira considit feras mentes obsidit eruditas prelabitur *p.* 119, 19—120, 3.

Vestes diutius iunctas ruga consumit et carte alligate mutant figuram *p.* 124, 12—13.

Literatos odisse diuites solent *p.* 99, 6.

Heu quantum male extra legem iuuentibus quicquid meruerunt semper expectant *p.* 172, 15—16.

DESCRIPTIO SOMPNIANTIS.

Nocte sopifera si quando sompnia ludent — imagine uersat *p.* 178, 3—11 *in quibus* 5 in lucet *et* 6 perluit arcus *scriptum est.*

Quisquis peccat inobs minor est reus *p.* 187, 11.

QVANTVM PECVNIA REGNET INTER HOMINES.

Quisquis habet — arca Iouem *p.* 198, 8—199, 2 *in quibus*

p. 198,11 Arisum iubeat 12 conponet 15 quidquid *p.* 199, 1 parua loquor. quod uis nummis praebentibus 2 eueniet.

procedit igitur in summa hoc florilegium eodem ordine quo ceteri codices. nam duo illa disticha de Tantalo imagine avaritiae, quae nunc leguntur in p. 97 *pristina sede depulsa, ab omni parte probabile est interponenda esse inter p.* 22 *et* 37. *poematis autem de bello civili versus ut incomposite recenserentur, factum est paginarum perturbatione non dissimili illius qua vetus codex Tornaesii affectus erat. iam vero apponam quae Vincentius Beluacensis perscripsit in speculo historiali XXI 25 (secundum exemplar Norimbergense anni 1483, XX 25 secundum exemplar anni 1474):*

De quodam libro Petronii partim metrico partim prosaico pauca haec moralia quae sequuntur excerpta notaui. PETRONIVS:

Quid faciunt leges ubi sola pecunia regnat aut ubi paupertas uincere nulla potest. Iam nunc iudicium nihil est nisi publica merces *p.* 15, 7—8 *et* 11.

Tutius est paruo ere rem perditam recuperare quam in ambiguam litem descendere *p.* 15, 5—6.

Periculosum est alienis interesse secretis *p.* 22, 4—5.

Non bibit inter aquas poma aut pendentia carpit Tantalus infelix quem sua uota premunt. Diuitis hec magni facies erit omnia cernens. Qui tenet et sicco conquerit ore famem *p.* 97, 13—16

Heu heu nos miseros quam totus homuntio nil est. Nil erimus cuncti postquam nos auferet orcus. Ergo uiuamus dum licet esse bene *p.* 37, 5—7.

Omnes opertis oculis bona sua computant *p.* 50, 2—3.

Cum fortuna manet uultum seruatis amici. Cum cecidit turpi uertitis ora fuga *p.* 95, 5—6.

Raram facit mixturam cum sapientia forma *p.* 113, 1.

Ego sic semper et ubique uixi ut ultimam quanque lucem tanquam non redituram consumem *p.* 119, 13—14.

Quid non commune est quod natura optimum fecerit *p.* 120, 12—13.

Nescio quomodo bone mentis soror est paupertas *p.* 100, 6.

Nihil tam arduum est quod non improbitas extorqueat *p.* 102, 9—10.

Ingeniosa gula est *p.* 155, 9.

Ad predam strepitumque lucri suffragia uertit. Venalis populus uenalis curia primum. Ipsaque maiestas auro corrupta iacebit *p.* 156, 5—6 *et* 9.

Querit se natura nec inuenit. Omnibus ergo scorta placent fractique nerui corpore gressus. Et laxi crines et tot noua nomina uestis *p.* 154, 9—155, 2.

Quisquis habet nummos secura nauigat aura, fortunamque suo temperat arbitrio. Carmina componit declamat concrepat omnes Et peragit causas sitque cathone prior. Parua loquor. quod uis nummos prebentibus opta. eueniet clausum possidet archa iouem *p.* 198, 8—9, 12—13, *p.* 199, 1—2.

O maxima rerum et merito pietas homini tutissima uirtus *p.* 227 LIII*.

unde clare apparet quanto opere a Vincentio compilatus liber Petronii congruerit cum florilegio, sive numerum spectas et ordinem excerptorum sive scripturas singulas. denique florilegio et Vincentio adiungo Iacobi Magni Zophilogium vel sophilogium, cuius nunc demum nactus exemplar incerto anno locoque editum transcribenda duxi quotquot in illo indagavi de Petronio testimonia, non ostentandae caussa diligentiae verum ut aliis compendium facerem infructuosi laboris:

in libro II tractatu 1 capitulo 4 teste priomo nichil est tam arduum quod inprobitas non extorqueat *p.* 102, 9—10.

II 2, 8 petronius. Cum Fortuna manet uultum seruatis amici. Cum ceciderit turpi uertitis ora fuga *p.* 95, 5—6.

II 2, 10 Petronius. O maxima rerum pietas homini tutissima uirtus *p.* 227 LIII*.

II 2, 13 Petronius. Adulatores ficti cum cenas diuitum captant nichil prius uel posterius meditantur quam id quod gratissimum auditoribus putant fore *p.* 6, 1—3.

II 3, 3 petronius. Quid faciunt leges ubi sola peccunia regnet Aut ubi paupertas uincere nulla potest. Iam nunc iudicium nichil

est nisi publica merces. Tucius est paruo ere rem perditam recuperare quam ius ambigue prebere liti. Venalis populus, uenalis curia primum. Ipsaque maiestas auro corrupta iacebit *p.* 15, 7—8 *et* 11; *p.* 15, 5—6; *p.* 156, 6 *et* 9.

II 3, 5 Petronius. Nolo quod cupio statim tenere nec uictoria michi placet parata *p.* 17, 14—15.

II 3, 11 petronius. nunquam recte faciet qui cito credit *p.* 47, 18.

II 3, 13 iuxta illud petronii. Omnes apertis oculis bona sua conputant *p.* 50, 2—3.

II 4, 12 teste petronio Ingeniosa gula est *p.* 155, 9.

II 4, 18 iuxta illud petronii. Diuites hec magna facies erit omnia cernens Qui tenet et sicco conquerit ore famem *p.* 97, 15—16.

II 4, 19 Nam diebus istis omnia storta placent et laxi crines habent innumerabilia noua nomina uestis, ut inquit petronius *p.* 155, 1—2.

II 4, 22 petronius. Quisquis habet nummos secura nauigat aura Fortunamque suo temperat arbitrio. Carmina conponit declamat increpat omnis *p.* 198, 8—9 *et* 12.

III 1, 1 petronius. Heu heu nos miseros quam totus homuncio nil est. Nil erimus cuncti post quam nos afferet ortus *p.* 37, 5—6.

III 3, 1 petronius sic ait. Quid faciunt leges ubi sola peccunia regnat Aut ubi paupertas nulla uincere potest. Nam nunc iudicium nichil est nisi publica merces *p.* 15, 7—8 *et* 11.

III 3, 6 patronius. Venalis populus uenalis curia primum Iamque maiestas auro corrupta iacebit *p.* 156, 6 *et* 9.

III 4, 8 petronius. Raram facit mixturam cum sapiencia forma *p.* 113, 1.

V

M *M: codex Monacensis chartaceus foliorum forma exaratus anno 1408 signatus zz 713. continet Ovidii remedia amoris, deinde a folio 15 ad 21 rectum Petronii carmen de bello civili, tum Ovidii Heroidas, denique Iuvenalem. eclogae Petronianae inscriptio haec*

est: Petronii Arbitri Satyrarum que ex suis extat sola integra Incipit, *subscriptio post* iussit *p.* 171, 6 *haec:* Finis Petronii Arbitri In Sathura Integra. *paginae vicenum ternorum quaternumve versuum, compendia non multa, litterae non pulcrae sed firmae et constantes.* c *et* t *paene nequeunt discerni. rubricas per marginem sparsas enotavi, neglexi glossas et adnotationes quas per totum librum eadem manus adiunxerat vel interseruerat minutius scriptas. contuli hunc codicem a Carolo Halmio mihi subministratum sine memorabili emolumento, quod neque exemptus est turba vitiorum qua reliqui premuntur et praeterea ut novicius male interpolatus. adhibuisse eundem olim Hermannum Buschium Pasiphilum Monasteriensem qui anno 1500 Lipsiae evulgandam curavit* Petronii Arbitri Satyram in qua vitia Romanorum reprehenduntur, *vel hinc apparet quod p.* 153, 6 spolia cum saeuus laudabat miles *edidit. vetustior huius generis liber non venit mihi in notitiam, quando quidem in Vossiano catalogi fol. 111 quo comprehendi carmen de bello civili ad Iahnium Beckius scripserat, reperiri illud Mommsenus negavit, et de 'chartaceo codice ms.' eius carminis 'insigniter bono' quem Goldastus ex bibliotheca Pauli Stephani Genevensis typographi impetraverat nihil aliud compertum est.*

VI

codex Parisinus Mazarinaeus 1261 quaternaria forma saeculi XII de quo Keilius Iahnio haec significavit:

Boethius (*pars mathematica*). Bruno episcopus (*commentarii in Genesin et Exodum*).

Seneca de causis. Exigitis rem magis iocundam — malo inuentus. Explicit liber actionum Senecae.

Petronius de muliebri leuitate dicit qm̃ facile amatur. qm̃ cito etiam filiorum obliuiscitur. Nullamque esse feminam tam pudicam quę non peregrina libidine usque ad furorem auertatur.

Matrona quedam ephesi tam note erat pudicie — qua ratione mortuus isset in crucem.

haec historiola e p. 136 — 142, 4 *excerpta unum folium et dimidiam paginam capit.*

VII

codex Leidensis Vossianus catalogi fol. 111, quem Theodorus Mommsenus perlustravit, Petronii continet carmina quattuor, quorum duo in satira leguntur p. 15 *et p.* 99, *duo in fragmentis numeravi* XXVIIII *et* XXX. *at enim epigrammata pleraque quae in libris anthologicis singularia inveniuntur Petronii nomine inscripta, fateor mihi non satis constare utrum reapse adsumpta ex satiris Petronii an ab aliis composita et casu inter Petroniana relata sint. nam cum natura satirae ita ferret ut varia poemata et aliquando permediocria includerentur in narrationem scriptoris, tum vero quia primarius codex excerpta Petronii simul et carmina minora selecta comprehendebat, non mirum est si obscurorum poetarum epigrammata ut illustriore ornarentur auctoritate perinde Petronio atque Ciris Moretum Priapea alia Vergilio transcripta sunt. accedit quod non nulla velut fr.* XXVII *inferioris aetatis mihi videbantur apertam prae se ferre originem. itaque quod illorum eandem esse caussam arbitror atque eorum quae Fulgentius servavit, ut et vera esse possint et aliena vel falsa, cuncta quidem adiungi reliquiis Petronianis volui, sed plurima asterisco insignivi. fides autem eorum erit penes Iosephum Scaligerum qui primus inter catalecta veterum poetarum adscivit Petroniana illa Lugduni anno 1573, et Claudium Binetum qui cum alia et nova Pictavii anno 1579 ederet, 'Petronii Arbitri aliorumque epigrammatum bonam partem' habuisse se testatur 'ex bibliotheca Ecclesiae Bellovacensis: quae cum veteri Isidori Ethymologico connexa erant'.*

Horum ego librorum auxilio adiutus principalem satirarum formam studui redintegrare, his copiis alii post me paratiores accedent ad emendandum Petronium. nempe dum menda librariorum prope innumerabilia sublata e verbis scriptoris litteris consigno, vereor ne mihi saepius acciderit ut immani tot monstrorum specie quasi occaecatus non acrius viderem nec plus saperem quam qui codicem archetypon scripsit. ulteriora expectamus ut alii praestent, si didicerint primum non continuas nos habere Petronii satiras sed electa quae excerptor decurtaverit non numquam et immutaverit, tum codices pro eo quantum quisque vetustate et integritate et cura

librarii excellat aestimandos esse atque permultum valere plurium consensum, minimum dissensionem singulorum, deinde variasse Petronium urbanorum hominum et rusticorum orationem et posse Trimalcionem tam fui quam vos estis, *non posse Encolpion* impraesentiarum *dicere, denique refugiendum esse ab inani atque lubrica illa coniectatione cui vel Heinsius vir optimi vel Reiskius vir pessimi in hac litterarum parte exempli nimium indulserunt. ceterum non debere ratus evitari inconstantiam orthographiae, cum facile esset aequalem sibi eam reddere et ad normam monumentorum directam, ne supra modum moles adnotationis cresceret, exprimere ego solebam Bernensem, in eis excerptis quae B non continet Leidensem, in cena Trimalcionis moderatius quam ut prober plerisque Traguriensem. Petronius enim vero potest quidem pronuntiantes fecisse rusticos* Chrisantus *et* abiit at plures *et* quod annos *et* scemas *et* Orchus *et* dissileo *et* berbex *et similia qualia in inscriptionibus vulgi inde ab Augustea aetate sexcenta comparent, sed cum Encolpio quoque librarius adsignaverit* Ganimedes *et* circha *et* fasceis *aliaque ab urbano sermone abhorrentia, quis talia a Petronio potius quam a mala elocutione insequentis aevi profecta esse affirmet?* Agamenonem *autem quoniam ne tantum quidem liquet Petronium scribere potuisse, etiam si non perstarent in hac scriptura AFH, tamen usquequaque deberi librariis contenderem. editorum exemplarium pst orthographicam discrepantiam prorsus omisi.*

Editiones Petronii primas neque inveni in eis bibliothecis quarum in potestate mea usus erat neque curiosius alibi inquisivi quod non ita utiles mihi videbantur esse, multo minus necessariae, et inopia illarum abunde compensatur copia deteriorum quos collatos habui codicum. possederat 'Petronii festivi poetae elegantissimique Satyrarum quas Varronis more scripsit fragmentum vorsa et prorsa oratione scriptum suo in armario' Ioannes Baptista Pius. publicasse primus fertur 'fragmentum Petronii Arbitri incuria temporum mancum et adeo mutilatum ut vix cognosci possit' Franciscus Puteolanus una cum Plinii aliorumque panegyricis et Agricola Taciti Mediolani anno 1476 aut 1482. in principis loco editionis Burmannus

et Antonius habebant Venetam anno 1499 per Bernardinum Venetum de Vitalibus emissam, in qua 'infinitas lacunas et maiori parte defectum fragmentum potius quam librum exhiberi' aiunt. proximo anno Lipsiae prodiit carmen de bello civili editum ab Hermanno Buschio e codice ut opinor Monacensi. tum anno 1520 Parisiis a Reginaldo Chalderio 'Petronii Arbitri, quatenus extare comperitur, Satyrae fragmentum ad exemplar, quod unicum habuit, excusum' est. id cum 'nulla linea sine mendis aut aliquo defectu legeretur, cum vetusto suo codice diligenter contulit, integras paginas addidit, loca praeter alios plus quam quinquaginta restituit' Ioannes Sambucus. et hanc quidem Plantinianam anni 1565 totidem complecti excerpta quot O supra dixi. addidit illis ea quae L continet primus Ioannes Tornaesius Lugduni anno 1575. Tornaesianam repetendam eodem anno Parisiis curavit Petrus Pithoeus, ut Iani Douzae ostendunt praecidanea anno 1583 et recognitio Petronii anno 1585 Lugduni Batavorum ex officina Ioannis Paetsii vulgata). mihi Patissoniana non erat in promptu praeter disparem Tornaesianae insignitam anno 1587 et notis Richardi Biturigis Pithoeique collectaneis instructam quae Parisiensis quarta a Goldasto dicitur. hoc exemplar satis emendatum cum proximi sint imitati, non tam male quam alii scriptores Petronius traditus est per successionem editorum. nihil fere novavit Ioannes Wouwerius, qui nonam ut ipse loquitur editionem renati ante annos fere XXCIV Petronii Iosepho Scaligero tradidit Lugduni Batavorum anno 1595 adiectis variorum observationibus, Iani Douzae filii spicilegio, suis animadversionibus. iterata Lutetiae Parisiorum anno 1601 Wouweriana ego utebar. plura mutavit Melchior Haiminsfeldius Goldastus, qui Georgi Erhardi sibi nomen asseruit, in amplissimo volumine emisso Francofurti anno 1610 cuius ego habui exemplaria repetita Lugduni apud Paulum Frellonum anno 1615 et Francofurti in officina Wecheliana anno 1621. acceperat ille 'membraneum codicem ms. optimae quidem no-*

*) *praefationi Petronii 'ex editione Lutetiana' repetitae subscriptum est* KL. MAII. M. D. LXXV *et praecidaneis praeposita sunt veterum de Petronio testimonia 'ex editione Pithaeana'. alii primam Patissonianam ad annum 1577 referunt.*

tae sed iam Pithoeis quoque visum et collatum' et 'chartaceum codicem ms. ex membraneo illo expressum' ex bibliotheca Iacobi Bongarsii et praeterea 'chartaceum codicem ms. carminis de bello civili', sed parum eos in usum suum vertit, certe quidem denuo se recensuisse Petronium immerito professus est. congessit autem in illud volumen cum alia ab aliis publicata tum Hadriani Iunii observationes quas Lotichius Ioannis Aurati dicit, incerti auctoris coniecturas ex bibliotheca Iacobi Bongarsii quas Lotichius Errico Emmio sive Memmio adtribuit, innominati auctoris emendationes ex bibliotheca Bongarsiana quas Lotichius Alfonso Delbeno adtribuit, Francisci Danielis notas ex bibliotheca Bongarsiana quas Lotichius Claudio Puteano adsignat, anonymi auctoris notas ex eadem bibliotheca quas Lotichius ipsius Bongarsii dicit, Petri Danielis notas 'quas ipse vivus sub nomine Pierii Aureliani edere destinaverat' ex eadem bibliotheca, Germani Colladonii notas in Petronii Arbitri Satyram de vitiis Romanorum, Conradi Rittershusii notas, Casparis Barthii racemationes, Georgi Erhardi symbolas. maximam enim partem huius voluminis iterum Francofurti anno 1629 Ioannes Petrus Lotichius edidit, cuius interpretatio est παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορὸν ἀλλ' ἐλεεινόν. interim Parisiis anno 1618 Ioannes Bourdelotius Petronium 'emendavit' id est codices manuscriptos varie causatus Patissonianam deformavit et 'supplevit' id est ex appendicula Patissonianae fragmenta Petronii suo arbitrio in continuitatem satirarum inculcavit. velut inter p. 142, 4 crucem *et* 5 risu *hoc interpolans distichon* Foemina nulla bona est, aut si bona contigit ulla, Nescio quo pacto res mala facta bona est *in commentariis suis 'huc' inquit 'inseri volui epigramma in mulieres, attribuitur Ciceroni, an Quinto fratri, incertum, natat inter fragmenta Ausonii et Petronii'. nempe ex Patissoniana quae ne alterum quidem neglexit distichon (vide Meyeri anthologiam n. 245) didicerat 'videatur illud fortasse Eumolpi de muliebri levitate, nisi sit potius Porphyrii poetae sub Constantino in exilium missi, cuius pleraque video Petronio nostro vel a criticis tribui. at Ciceroni tribuitur in veteri Defloratorum exemplari'. plurima huius generis importata a Bourdelotio alii, pauca nunc demum ego rursus sustuli. similiter fraudi fuere*

omnibus supplementa '*extremae editionis ex musaeo D. Iosephi Antonii Gonsalii de Salas*' *Francofurti anno 1629 emissae cui Gonsalii commenta et Casparis Scioppii symbola critica adhaerent, tametsi ad primum illorum* dum ancilla restitens in haec erupit *p.* 143, 14 *ipse Gonsalius haec adnotavit* '*sublestae, ut puto, fidei istud fragmentum Parisinae editionis mihi iam supra laudatae*' (*quae quia non est Bourdelotiana, non potest esse nisi quam in conspectu totius operis praedicat Lutetiana editio anni 1595 mihi incognita*) '*hic haut importune inseri passi sumus. quod deinceps et aliis condonare in animo habemus, illis praecipue quae prisci sensus nimirum praebeant aliquod etsi levidense vestigium. quod semel hic — nam supra aliis locum usque adhuc non fecimus — lectorem commonere satis sit, praeterquam quod ipsa characterum differitas signanter abundeque propalet spurium ipsorum genus*'. *neque minus turpi errore tamquam scholiastam veterem Boschius et Burmannus et recentiores aliquot observabant Rutgerum Hermannidem qui glossarium Petronianum male compilatum ex Wouwerii et Goldasti commentariis publicavit primum simulato nomine Lugduni Batavorum anno 1645, tum Amstelodami anno 1663. cuius auctoritatem ex uno volo exemplo perspici: Goldastus enim ad p.* 12, 11 '*significat*' *inquit* '*aperte fugitivum illum in arenam damnatum et cum foeda muliere aliqua commissum ruina pegmatis praeter spem evasisse. Lips. de amphitheatr. cap. 23*', *glossator scilicet plenioris compos Petronii factus* '*fugitivus in arenam damnatus et cum foeda aliqua muliere commissus, quae praeter spem ruina pegmatis evasit*'. *Simon Abbes Gabbema quam Vltraiecti ad Rhenum anno 1654 curavit editionem praeterirem silentio, nisi eam se esse secutum Hadrianides testaretur. itaque dum excerpta Petroniana quot in LO reperiuntur secundum Patissonianam propagantur a Goldasto Bourdelotio Gonsalio immutatam, Marinus Statilius Traguriensis ex bibliotheca Nicolai Cippici municipis et amici sui protraxit cenam Trimalcionis H, cuius apographon inventoris manu confectum et Romam missum* '*correctis dumtaxat nonnullis gravioribus orthographiae mendis*' *in publico proposuit Patavina typis Pauli Frambotti expressa anno 1664. repetiit Patavinam suasque adiecit ἐπανορθώσεις et coniecturas Ioan-*

nes Caius Tilebomenus Lutetiae Parisiorum exeunte anno 1664. Tilebomenus iste est Ioannes Iacobus Mentelius cuius exemplar Petronianum in praefatione praedicatur 'felicibus coniecturis ditatum'. at vero is quae super decem versibus carminis de bello civili scripsit in codice Parisino 8820 enotata mihi a Froehnero, aliunde mutuatus est, praecipue a Colladonio. vix autem in notitiam virorum doctorum cena Trimalcionis perlata erat cum de veritate eius coeperant dubitare: Hadrianus Valesius 'nova haec omnia falsa, ficta suppositiciaque esse, barbara futilia, iudicii doctrinaeque vacua ac plane omni ex parte ridicula ac reicienda, eademque tam in verbis quam in rebus ab Arbitri genio, elegantia ac nitore longe recedere', Ioannes Christophorus Wagenseilius 'confictum esse a plano quodam istud Trimalcionis convivii supplementum', Thomas Reinesius saltem 'aliquam partem Petroniastri alicuius esse' sibi persuasit. lis ea de re instituta licet nobis hodie satis mirabilis videatur, effecit tamen ut attentiore cura codicem examinarent et in emendanda cena elaborarent. prodiit igitur Traguriense fragmentum cum annotationibus Ioannis Schefferi Vpsaliae anno 1665, cum epicrisi et scholiis Reinesii Lipsiae anno 1666, cura Christophori Arnoldi Norimbergae anno 1667. nihil Arnoldus praestitit, aliquantum Reinesius, multo plus Schefferus qui postea spicilegium notarum inter lectiones academicas publicavit, plurimum omnium Nicolaus Heinsius morte impeditus quo minus ipse Petronium ederet. Ioannes Fridericus Gronovius de cena cum Scheffero pauca per litteras communicaverat, 'dictata' eius (ms. Gronov. 53) quae Pluygersius Leidensis bibliothecae praefectus mihi commodavit scripta sunt ante repertum codicem Traguriensem. ex eadem bibliotheca accepi Iacobi Gronovii 'annotata ad nuper inventum Petronii fragmentum' (ms. Gronov. 125) quorum Burmannum video bonam partem depeculatum esse. Delmatici codicis exemplari exactissime facto a Ioanne Lucio Romae et ad typographum Amstelodamensem misso adiutus Michael Hadrianides anno 1669 apud Ioannem Blaevium primus compositis excerptis omnibus talem qualis hodie circumfertur Petronium concinnavit: fuse egit de novo codice p. 73ss., de cetero tam inertem se praebuit iudicem quam interpretem futilem. Ioannis Boschii 'pro-

peratum potius quam elaboratum opus' Amstelodamense anni 1677 quicquid novi habuit, habuit ex disciplina Heinsii. ipse nihil profecit quamquam Scaligeranum codicem et Tornaesianam 'ad cuius oram trium codicum ms. collationes adscripserat Ianus Douza pater, videlicet Memmii, Pithoei et veteris cuiusdam' et viginti editiones 'non tralatitia diligentia' contulerat, immo etiam novos de memoria librorum errores procreavit elusus Bourdeloti aliorumque fallaciis. flagrat doli mali infamia Franciscus Nodotius qui 'Petronii Satyricon nunc demum integrum' edidit Parisiis anno 1693, mentitus accessisse 'fragmenta quotquot ea desiderabantur' ex manuscripto codice quem expugnata inter Turcicum bellum Alba Graeca anno 1688 nobilis Gallus ab apostata Graeco illius urbis dono acceptum secum asportasset, cuius exemplar sua pecunia a mercatore Francofurtano redemisset. quorum specimen fragmentorum hoc libet perscribere a quo satiras ille voluit exordiri: Iam dudum quae mihi acciderunt vobis ita narrare pollicitus sum, ut hodie promissis stare decreverim: nobis ad scientias non solum explicandas sed etiam ad hilaria colloquia fabulis iucundioribus animanda oportune congregatis. Fabricius Veiento de Religionis erroribus iam nunc ingeniose locutus est et detexit quo doloso Vaticinandi furore Sacerdotes mysteria illis saepe ignota audacter publicant. Sed num alio genere furiarum *et cetera. atque haec fraus, ut Richardus Bentleius statim iudicavit, omnium turpissima simulque stolidissima pudet reminisci quanto opere non Gallis solum placuerit atque adeo sociis academiarum sed etiam Batavis quibusdam et Germanis qui subinde Nodotianam repetivere. bis publicanda Petrus Burmannus curavit 'Titi Petronii Arbitri Satyricôn quae supersunt cum integris doctorum virorum commentariis' Traiecti ad Rhenum anno 1709 et Amstelaedami anno 1743, magna quidem mole litterarum quia interpretes omnes, notos ignotos, tamquam alter Goldastus descripsit, sed ex qua fructum capias perquam exiguum si exceperis Nicolai Heinsii notas antea ineditas. secundum autem librum, in quem Colbertini codicis P et Scaligerani L et Tornaesianae a Boschio olim adhibitae collationes Burmannus addiderat, postquam mortifero ipse morbo correptus est, Ioannes Iacobus Reiskius correctoris munere abusus ita administravit, ut iuvenili li-*

centia verba Petronii insolentissime mutaret, semel atque iterum non infeliciter, centies prorsus insane. Burmannianae recensionis 'passim refictae' quasi compendiariam Conradus Aenotheus Antonius invenit, dum hebraicis studiis subtractum aliquid temporis impertit Petronio, quem ideo aliquoties commemoravi quod exemplar eius vulgatum Lipsiae anno 1781 et a Bipontina societate iteratum anno 1790 in manibus omnium versatur. nec postea quisquam satiras edidit propriis viribus et inexpertis praesidiis instructus, ludebant autem de corio Petronii sagati togati. raritate insignis est liber non absolutus quem anno 1798 de la Perte du Theil scripsisse fertur, qui ex bibliotheca Stephani Quatremeri in Monacensem regiam migravit emptus ab Halmio. insunt in eo 'fragmenta in quatuor partes distincta, authenticam a primo editore typis Mediolanensibus prolatam), genuinam quam suppeditavit P. Pithoei codex, dubiam ex codice Traguriano excerptam, supposititiam quam Belgradi repertam F. Nodotius obtrudere ausus est' et dissertationes Gallicae de nomine fratris et phratriis Neapolitanis, de gymnasiis Neapolitanis, de caussis corruptae eloquentiae Romanorum, de picturae arte immutata ab Aegyptiis. pararant autem novam recensionem praeter alios Fridericus Iacobsius suo ingenio fretus et qui cum manuscriptorum librorum tum Iacobsii copias acquisivit OTTO IAHNIVS. hic vir ubi meum edendi Petronii institutum comperit, summa illa benevolentia qua me semper amplexabatur instrumentum diutina sedulitate ab se et amicis suis collectum mihi totum tradidit, consilio et re dum compono hunc librum me iuvit, nec defuturam promisit operam suam posteriori volumini quo commentarios indicesque comprehensurus sum. itaque stupefactus profecto mediocri mea facultate, cum intueor quantulum id sit quod multos annos versatus in hoc scriptore contuli ad emendationem, rogo ex*

**) 'eam' partem 'unice repraesentant vetusti duo optimae notae in percelebri Galliarum nostrarum bibliotheca asservati codices' id est PR. verum tametsi in titulo operis 'fragmenta ad duorum optimae notae manuscriptorum codicum nec non ipsiusmet Traguriani libri fidem recensita' dicuntur, Pithoeanae tamen et Nodotianae similius quam illorum librorum exemplar extitit.*

animi sententia Iahnium ante omnes, tum ceteros viros quibus codicum editionumque notitiam debemus, ut illos ne poeniteat negotiorum quibus mihi gratificati sunt.

Scribebam Friburgi Brisigavorum mense Decembri MDCCCLXI.

Quamvis conixus sim ut exemplar meum plene perficerem omnesque eximerem mendas, factum tamen est partim mea typothetaeque socordia partim studiis aliorum ut corrigenda et addenda habeam non pauca.

p. 8, 6 *in adnotatione lege* dicta *pro* picta.

p. 9, 5 *in adnotatione lege* distinta *pro* distincta.

p. 10, 12 conspatiantes *nullo exemplo probatum muta in* spatiantes.

p. 14, 15 suturae *non puto recte emendatum*; *opus enim erat praeterea scribi* adhuc suturae quidem non attulerat rusticus curiosas manus sed; *itaque repone primarii libri lectionem hanc* adhuc ne furtive quidem — sed, *donec certa inventa emendatio erit.*

p. 18, 2 *post* et *tolle comma.* ita me *coniecit Otto Ribbeckius.*

p. 25, 9 profluebant *correxit Ribbeckius.*

p. 30, 17 deinque *aut* denique *in H legit Otto Kellerus Tubingensis qui nuper eius codicis collationem a se factam aliaque subsidia sua mecum officiose communicavit. atque ille quae animadvertit non visa a ceteris aut ad componendas ceterorum controversiolas opportuna, operae pretium erat excerpere. contulerat autem praeter AH etiam reliquos duo codices Parisinos, P de quo saepius dissentit a Froehnero et R cuius ego particulam supra exhibui. his collationibus nihil attinebat hoc opusculum dilatare, ut quae parum adportarent lucelli, etiam si R consimilis Bernensi et ceteris eiusdem ordinis codicibus plerisque praestantior quasdam habet sive mendas*

sive coniecturas librarii quae non comparent in aliis velut p. 64, 10 calcedonios. *idem servavit cum Bp* utique — rident *p.* 189, 7, *omisit* his — capite *p.* 189, 12 — 13.

p. 32, 15 donauerat *H secundum silentium Kelleri.*

p. 33, 10 tamen *H teste Kellero.*

p. 37, 14 steriliculam *H teste Kellero.*

p. 39, 13 itaque *Lpt:* ita *H quod praetermisit typographus.*

p. 41, 14 quomô incuboni *H teste Kellero.*

p. 43, 10 sup̃ *id est* supra *et* 20 facio *H teste Kellero.*

p. 49, 13 set *per compendium H teste Kellero.*

p. 49, 14 *lege* itaque *pro* itaque.

p. 51, 4 manicarios aliquot *coniecit Otto Kellerus in museo Rhenano novo XVI p. 536 quo loco alia coniecit in cenam Trimalcionis quae in meo exemplari aut commendata vides aut recepta, alia quae consideratius iudicanti ipsi sperem improbatum iri.*

p. 53, 3 neruas *H teste Kellero. verum vidit Bursianus.*

p. 54, 17 petauristarios *H secundum silentium Kelleri.*

p. 55, 17 b.ibliotecas *ut primo scriptum* bubliotecas *fuisse videatur H teste Kellero. id ego probo.*

p. 57, 8 *lege* quam *pro* Quam *et* 9 consideraret *pro* considererat.

p. 57, 10 Corinthea *correctum eadem manu ex* Corinthia *H teste Kellero.*

p. 58, 5 tamq̃; *id est* tamque *et* tamquam *H teste Kellero.*

p. 62, 14 *primo* seruos *H teste Kellero.*

p. 65, 9 dicuntur *in H etiam Kellerus legit.*

p. 65, 15 colaris *mutatum in* calaris *H teste Kellero.*

p. 68, 10 im publicum *H teste Kellero.*

p. 68, 16 *dixit fortasse impudico usus gestu collibertus:* δεῦρο deiecit *ut bellum puerum pathicum significaret.*

p. 69, 4 nobis *H secundum silentium Bursiani et Kelleri.*

p. 70, 4 euadit *H quod poteram tolerare.*

p. 71, 2 dunariā *H teste Kellero.*

p. 71, 18 refacit *primo fuisse scripturus librarius Kellero visus est.*

p. 73, 5 *induxit me Reiskius ut* ecraginavi *ederem. verum quon-*

iam in H egi aginaui *legitur, servare debebam* aginavi *quod verbum* μηχανᾶσθαι *interpretantur glossae Labbaei. tum Schefferus* ego *correxit, ego tamen dubito an explicaturus insolitum vocabulum illud librarius* egi *addiderit.*

p. 76, 10 qñ *id est* quando *H, quod cave probatum eas.*

p. 79, 20 Scintilla *et p.* 80, 15 au au *H secundum silentium Kelleri.*

p. 81, 13 *sufficere puto sententiae quod mihi quoque olim in mentem venerat* erudibam.

p. 87, 14 *primo* fiero *H teste Kellero.*

p. 89, 8 frunis canis *et* 11 artissellium *in hoc quidem dissidens cum ceteris collatoribus ex H enotavit Kellerus.*

p. 90, 13 '*post* facti *rasa lineola, primo fortasse* factu' *Kellerus. videtur hoc valere ad* factũ.

p. 90, 19 dii *secundum silentium et primo* conrotundaui *secundum testimonium Kelleri H.*

p. 91, 5 tantum quod *et* 10 *sic ut Iahnius coniecit* etiam nunc *in H Kellerus legit.*

p. 92, 7 *fortasse* gloriosius *et* 17 *fortasse* inter omnes honestissimus.

p. 94, 2 *quia post* torum *intercidisse plura possunt — nempe surrexit Encolpios, advolavit ad Ascylti lectum, Gitona in amplexibus illius dormientem contemplatus est — uncis eximendum est* ego. *quin etiam addendum* ut *ante* ego *censeo conlatis p.* 74, 16 si qua fides est, ut mihi pili inhorruerunt.

p. 99, 14 *in adnotatione lege* 13 *pro* 12 *et* 14 *pro* 13.

p. 103, 8 *nescio an* herbularum *eruendum sit ex memoria librorum.*

p. 106, 3 *mutilatum versum nunc redintegrare ad hunc modum tentavi:* Danai recessus et in equo tuto latent. *rectam viam in L Scaliger monstravit, nisi quod* voto *ego depravatum duco. de elisione* Danai et *scrupulum iniecit Lucianus Muellerus de re metrica poetarum Latinorum p. 288.*

p. 106, 15 letusque resilit *in Parisino 6842D legit Kellerus,* ictusque resilit *quod B habuerat Froehnerus.*

p. 107, 14 *comma quod post* consentiunt *debebat collocare, post* luminibus *typographus transtulit;* luminibus *enim et* sibilis *inter se respondent. ceterum vitii emendationem non repperi meliorem quam propositam in exemplari meo, si quidem* luminibus en fuluum iubar *displicet.*

p. 115, 13 *in adnotatione lege* mulcăt *pro* muclăt.

p. 133, 3 et ut *invectum ab Hadrianide dixi Parisinum 6842 D habere, quia discrepare eum a Nodotiana Froehnerus non rettulit. sed secundum Kelleri silentium in illo quoque* ut tu *legitur.*

p. 144, 1 *in margine capituli numerus* 114 *omissus est.*

p. 147, 12 mora *defenditur his verbis Senecae de remediis fortuitorum 5, 2 'quid interest, ignis me an fera consumat an tempus ultima omnium sepultura?'*

p. 155, 11 tendunt *coniecit I. F. Gronovius. idem p.* 160 *versum* 14 *sic ut ego poni post* 16 *voluit.*

p. 166, 10 *cum bis recte* fervere *typographus expressisset, tertium effecit* Fervere.

p. 173, 21 *restituas* perduceret *quod B habet conlatis p.* 11, 7 *et* 188, 12.

p. 175, 7 ego *inclusi in orationem Encolpii auctore Iahnio. at rectius, opinor, primo coniunxeram* inquam ego *velut p.* 123, 9 *vel* 183, 3.

p. 184, 3 *non* contingere *sed simplex* fingere *expecto.*

p. 192, 2 *in adnotatione lege* adūsum *pro* adusum.

p. 194, 5 *consulto praetermiseram quod e Memmiano enotarunt* Battiadae vatis, *quia hanc Baptistae Pii et Petri Danielis coniecturam in codice ullo repertam esse non credo. itemque errore Memmianus p.* 195, 6 *fertur* prosseram *habuisse.*

p. 228 *amatorium carmen quod Patissoniana rettulit ad Petronium, etsi non modo liber nullus esse illud Petronii verum non esse Petronii complura indicia patefaciunt — velut* sublimandi *verbo praeter antiquissimos et recentissimos Latinitatis auctores nemo usus est — tamen plenum in hunc locum transcripsi ex anthologiis Burmanni III 253 et Meyeri 183, quia potest aliquis hos versus composuisse lectione satirarum Petronii institutus atque narrationem de

Circe et Polyaeno, in primis p. 201, 1 *sive recordatus sive imitatus. quod si ita est, ex consimili studio lusuque facile credemus illas interpolationes carminum ortas esse quas in p.* 178 *et* 190 *Wehlius et ego deprehendisse nobis videmur. epistula autem illa amatoria haec est:*

Candida sidereis ardescunt lumina flammis,
fundunt colla rosas et cedit crinibus aurum,
mellea purpureum depromunt ora ruborem
lacteaque admixtus sublimat pectora sanguis,
ac totus tibi servit honor formaque dearum
fulges et Venerem caelesti corpore vincis.
argento stat facta manus digitisque tenellis
Serica fila trahens pretioso stamine ludis.
planta decens nescit modicos calcare lapillos
et dura laedi scelus est vestigia terra.
ipsa tuos cum ferre velis per lilia gressus,
nullos interimes leviori pondere flores.
guttura nunc aliae magnisve monilibus ornent
aut gemmas aptent capiti: tu sola placere
vel spoliata potes. nulli laudabile totum est:
in te cuncta probat si quisquam cernere possit.
Sirenum cantus et dulcia plectra Thaliae
ad vocem tacuisse reor, qua mella propagas
dulcia et in miseros telum iacularis amoris.
[langueo, deficio, marcesco, punior, uror,
aestuo, suspiro, pereo, debellor, anhelo]
cor grave vulnus alit nullo sanabile ferro,
sed tua labra meo saevum de corde dolorem
depellant morbumque animae medicaminis huius
cura fuget, ne tanta putres violentia nervos
dissecet atque tuae moriar pro crimine causae.
sed si hoc grande putas, saltem concede precanti
ut iam defunctum niveis ambire lacertis
digneris vitamque mihi post fata reducas.

p. 229 *illa quae dixi errore Danielis in Petroniana adsumpta esse, nunc potitus Iacobi Magni sophilogio scripsisse Galterum de Castellione didici XII. saeculi poetam. Iacobus enim in libro II tractatu 4 capitulo 4 haec tradit:* teste Galthero li. allexandreydos. Quam frivola gloria mundi quam rerum fugitivus honor. Et planctus.qui preesse cupit prodesse recusat Et iterum Galtherus ubi supra li. X. in fine. Magnus in exemplo est cui non suffecerat orbis. Sufficit excisa defossa marmore terra Quinque pedum fabricata domus quam nobile corpus. Exigua requievit humo. Et loquitur de allexandro *quae omnia excerpta sunt ex Alexandreide Galteri. nam* plāctus, *quo modo nomen Plauti solet scribi in eo sophilogii exemplari quod mihi est in manibus, corruptum est ex* p̄latus. *nempe Galterus in libro VIII* (*f. LXXXIXb editionis Ingolstadiensis anni 1541*) *sic exclamat:*

quam frivola gloria rerum
quam fugitivus honor, quam illius nomen inane
praelati qui praeesse cupit, prodesse recusat

tum in libro X (*f. CXV b*)*:*

Magnus in exemplo: cui non suffecerat orbis,
sufficit exciso defossa marmore terra
quinque pedum fabricata domus, qua nobile corpus
exigua requievit humo, donec Ptolemaeus
cui legis Aegyptum partem cessisse, cruenti
depositum fati toti venerabile mundo
transtulit ad dictam de nomine principis urbem.

Scripsi kalendis Maiis MDCCCLXII.

A: *codicis Traguriensis excerpta vulgaria*
B: *codex Bernensis*
C: *codex Vaticanus*
D: *codex Florentinus*
E: *codex Messaniensis*
F: *codex Vossianus Leidensis*
G: *codex Guelferbytanus*
H: *codicis Traguriensis ea pars quae cenam Trimalcionis continet*
L: *codex Scaligeranus Leidensis*
M: *codex Monacensis in carmine de bello civili*
P: *codex Parisinus 8049*
R: *codex Parisinus 6842 D in principio carminis de bello civili*
S: *codex Sambuci*
T: *codex Tornaesii*
p: *editio Pithoeana*
s: *editio Sambuci*
t: *editio Tornaesii.*

in marginibus indicat

L summam excerptorum quae Lpt tradiderunt
O vulgaria excerpta quae B comparesque eius continent
H cenam Trimalcionis Tragurii inventam

ut facile discernas quae in uno, quae in compluribus, quae in omnibus libris legantur.

PETRONII ARBITRI

SATIRARVM

EXCERPTA EX LIBRIS XV ET XVI

Inscriptio: Petronii arbitri satirarum l. INCIPIT *et in margine ab eadem manu uel ab alia fere aequali* Petronii arbitri affranii Satirici lib. incip̄. *P*, Petronii Arbitri Satyri fragmenta ex libro quinto decimo et sexto decimo *A*, PETRONII ARBITRI SATIRICON *B*, PETRONV ARBITER LIBER INCIPIT FELICITER *C*, PETRONIVS ARBITER SATYRICON INCIPIT FOELICITER *D et minoribus litteris G*, *cum principio deest in E*, Petronius Arbiter *manu recentissima F*, Petronii Arbitri Satyrici fragmenta *s*, Incipiunt excerta petronii satirici *Parisinus 6842 D:* PETRONII ARBITRI AFRANII SATYRICI LIBER. DESVNT PLVRIMA * * * *L*, Petronii Arbitri Satyricon * * *pt*

*

LO 'num alio genere furiarum declamatores inquietantur, qui clamant: "haec vulnera pro libertate publica excepi; hunc oculum pro vobis impendi: date mihi ducem, qui me ducat ad liberos meos, nam succisi poplites membra non sustinent"? haec ipsa tolerabilia essent, si ad eloquentiam ituris viam facerent. nunc et rerum tumore et sententiarum vanissimo strepitu hoc tantum proficiunt, ut cum in forum venerint, putent se in alium orbem terrarum delatos. et ideo ego adulescentulos existimo in scolis stultissimos fieri, quia nihil ex his, quae in usu habemus, aut audiunt aut vident, sed piratas cum catenis in litore stantes, set tyrannos edicta scribentes, quibus imperent filiis ut patrum suorum capita praecidant, sed responsa in pestilentiam data, ut virgines tres aut plures immolentur, sed mellitos verborum globulos et omnia dicta factaque quasi pa- 1

---

1 'num alio genere] contra delicatos lectores Petronius in primo Satyrarum et Persius in illa Satyra "nempe hoc assidue" et Plinius lib. 19. Ep. *ex uet. grammatico' P. Daniel* Num *Bpt*: Cum *ÁCFGLPs Parisinus* 6842 *D et Laurentianus natum fortasse ex SATYRICVM*, Quum *D.* Non *Lipsius*, Tum *Nicolaus Heinsius* dedamatores *C* 2 pro *ante* uobis *delendum censeo* 3 inpendi *FG* *eleganter omitti* ducem *Friderico Iacobsio uidebatur* 4 substinent *ACF* nec *AF* tollerabilia *CFP* essent *om. F* 5 turis *F*, nuris *P* facent *C* rerum]runici *F*, uerborum *margo t.* *addendum* inani *aut simile adiectiuum O. Iahnio uidetur* et *om. AFLs* 6 strepita (*correctum in* strepitu) hoc tamen *P* 7 orbem terrarum *BGPp*: terrarum orbem *ceteri* 8 ego — 9 uident *est in florilegio Parisino* ego *om. Memmianus* adulescentulos *BCGP*: adolescentulos *reliqui* scolis *sine* h *libri praeter GL* *sic* (*non* quia.... nihil) *A.* qui nihil *C*, qr nihil *G.* nichil *P cum florilegio* 9 his *BFP cum florilegio*: iis *reliqui* pirhatas *F*, pyratas *G* 10 cathenis *ACGL* littore *ACG*, lictore *F* sed *Lst*: et *reliqui omnes cum Tp* tirannos *AF* 11 increpent *sed in margine* imperent *A* 11 *et* 13 set *F* 12 pestilentia *AF* ut uirgines — 13 dicta *margini G imposita* īmolentur *A*, imolentur *FP* 13 papauere et sesamo *Bpt*: pauere et se sanxo *ACDFG Laurentianus*, pauore et sesamo *P*, papauere et sampsucho *s*, '*quidam codices* sansuco' *Wouwerius*, sesamo et papauere *L*

2 pavere et sesamo sparsa. qui inter haec tantum nutriuntur, non magis sapere possunt, quam bene olere, qui in culina habitant. pace vestra liceat dixisse, primi omnium eloquentiam perdidistis. levibus enim atque inanibus sonis ludibria quaedam excitando effecistis, ut corpus orationis enervaretur et caderet. nondum iuvenes declamationibus continebantur, cum Sophocles aut Euripides invenerunt verba, quibus deberent loqui. nondum umbraticus doctor ingenia deleverat, cum Pindarus novemque lyrici Homericis versibus canere timuerunt. et ne poetas solum ad testimonium citem, certe neque Platona neque Demosthenen ad hoc genus exercitationis accessisse video. grandis et ut ita dicam pudica oratio non est maculosa nec turgida, sed naturali pulchritudine exsurgit. nuper LO

1 qui — 2 habitant *est in florilegio Parisino* haec *om. G* tantum *p, florilegium, uetus codex Douzae: om. ceteri* mutriuntur *F*, interiuntur *P* 2 culina] coria *fortasse pro* colina *B*, '*in alio c.* curia' *margo L idemque Puteanus et Heinsius testantur.* coriaria *Salmasius. cf. Ioannes Saresberiensis policrat.* III 10 *p.* 193 *ed. Oxon.* '*illis qui huic uitio dediti sunt non magis placere virtutem quam illos bene olere qui in culina habitant*' 3 diceat *CD Laurentianus*, deceat *G.* liceadixisse (t *supra*) *B* pmi⌒omnium (1 *supra*) *A*, *non* primitus omnium *unde profectus* primi uos omnium *Heinsius coniecerat.* primi omnem *BPpt*, '*unus ex ueteribus* primi eloq.' *Puteanus* elloquentiam *A* perdidisti *P* 4 efficitis *G* 5 caderet] areret *Heinsius* 5 *et* 7 nundum *AF* 6 conterebantur *Douza et Heinsius*, declamatoribus committebantur *Iacobsius* quom *G et sic saepius* sophodes *F* aut] atque *post Heinsium Burmannus* erripides *P* 7 debere *G.* quibus loqui debemus *T Tolosanus*, '*uetus glossarium S. Dionysii*' *a Daniele memoratum.* '*unus ex ueteribus* deberemus' *Puteanus.* deceret *incertus aliquis* umbraticis (u *supra*) *D* 8 deleuant *CD Laurentianus.* detriuerat *Iacobsius*, debilitauerat *Haasius in programmate Vratislauiensi quod dum typos corrigo adfertur p.* 15 pyndarus *BG*, pydarus *P* lirici *AF*, liricis *C*, lyricis *D* 9 canere] '*al. c.* tonere' *margo L.* tonare sustinuerunt *Heinsius*, canore retinnierunt *alius* tomuerunt *G*, timierunt *P* solum *Ls, teste Heinsio codices Scaligeri:* quidem *reliqui omnes* 10 certe *om. T*, certum est *margo t* nec platonem nec *F* demosthenen *B*, demostenen *P:* demostenē *G*, demostenem *ACF*, Demosthenem *reliqui* adsignes exerc. excessisse *Bituricus* excitationis *F* 11 accessesse *P*, accesse *CD Laurentianus*, accesso *F* uideo *Cp*, *Turnebus:* et ideo *ABDFGLPt Laurentianus*, et iam grandis et ideo ut ita dicam *S.* Plato neque Demosthenes — accessisset. nam grandis *coniecit Sambucus* et ut *Lpt:* et uel ut *B*, et uelud *P*, et uelut (uelud *F*) ut *ACDFG Laurentianus* loquar (*supra*) dicam *L* 12 masculosa *Bituricus. inde Heinsius* musculosa *coniecit*, macienta *Iacobsius* neque *C* set *F et sic plerumque* pulcritudine *FP* exurgit *ACFG*

LO ventosa istaec et enormis loquacitas Athenas ex Asia conmigravit animosque iuvenum ad magna surgentes veluti pestilenti quodam sidere adflavit, semelque corrupta regula eloquentia stetit et obmutuit. ad summam, quis postea Thucydidis, quis Hyperidis ad famam processit? ac ne carmen quidem sani coloris enituit, sed omnia quasi eodem cibo pasta non potuerunt usque ad senectutem canescere. pictura quoque non alium exitum fecit, postquam Aegyptiorum audacia tam magnae artis compendiariam invenit.'

non est passus Agamemnon me diutius declamare in porticu, 3 quam ipse in scola sudaverat, sed 'adulescens' inquit 'quoniam sermonem habes non publici saporis et, quod rarissimum est, amas bonam mentem, non fraudabo te arte sêcreta. nimirum in his exercitationibus doctores peccant, qui necesse habent cum insanientibus furere. nam nisi dixerint quae adolescentuli probent, ut ait

---

1 isthaec *Lpt: om. reliqui* conmigravit *BFG:* emigravit *T et 'alii libri apud Scaligerum' quos Heinsius appellat,* commigravit (e *supra* o) *L,* commigrauit *reliqui* 2 animos *sine* que *ACDFGs Laurentianus* magna] *a* gna *syllaba incipit E* surgens *ACDFGs Laurentianus* 3 sydere *EG* adflauit *B:* afflauit *reliqui* simulatque *s,* simulque *inde a Goldastiana propagatum* regula eloquentia *scripsi, item Haasius:* eloquentiae (elloquentie *A*) regula *libri omnes.* eloquentia regula *ut* corrupta regula *ablatiuo efferrentur Crusius,* incorrupta eloquentiae regula substitit *H. Iunius,* eloquentia sine regula *ego olim conieceram* ommutuit *B.* obtinuit *Wouwerius* 4 ad summam (sumam *C*) *quod post* postea *legitur in libris, huc ego transposui, item Haasius* qui *ABCFGP.* Quis *deleuit et commate anteposito* quis *super scripsit L* tuchididis *A*, tuchidides *BP*, thucididis *C*, tucididis *E*, tuchitidis *FG* qui *G* hiperidis *FG*, s *proxima et* hy *litterae in rasura B*, yperidis *P* 5 processit processit *L* carmen quidem *BLpst:* quidem carmen *P*, carmen quod *reliqui* enitui *G* 6 tabo depasta *Heinsius* potuere *AEFs* usque *om. t, non T* 7 cepit *susp. Heinsius* egiptiorum *AF*, egytiorum *P.* topiariorum *susp. C. F. Hermannus de Romanorum amore artium operumque p.* 35 *conl. Vitruuio VII* 3 8 audatia *BG* tum *A* conpendiariam *F*, compendiaria *E*, compendiarum *G* 9 est *BLPpt: om. reliqui* agamenon *AF*, Agamennon *s* diutius me *transponit L.* diutilis *F* portico *B*, porticum *P* 10 qua *L* quam etiam ipse scola *P.* scola *etiam ABCF* adulescens *CG:* adhulescens *corr. ex* adhulencens *B*, adolescens *reliqui* inquid *P* quoniam] quō *B*, quo *P* 11 sct *G* quod] quia *CDFG, margo s cum Laurentiano* qui amas *Memmianus* 12 artis secreto *margo t* nimirum *libri nisi quod* Hi mirum *F habet.* minimum *Gulielmus; fortasse* nimirum nihil in] etiam *P* iis *CDG* 13 doctore *F* putant peccant *D* necessarie *F* 14 fuere *F* nisi — 6, 1 relinquentur *adfert florilegium*

Cicero, "soli in scolis relinquentur". sic ut ficti adulatores cum cenas divitum captant, nihil prius meditantur quam id quod putant gratissimum auditoribus fore: nec enim aliter impetrabunt quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint: sic eloquentiae magister, nisi tanquam piscator eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos, sine spe praedae morabitur in
4 scopulo. quid ergo est? parentes obiurgatione digni sunt, qui nolunt liberos suos severa lege proficere. primum enim sic ut omnia, spes quoque suas ambitioni donant. deinde cum ad vota properant, cruda adhuc studia in forum propellunt et eloquentiam, qua nihil esse maius confitentur, pueris induunt adhuc nascentibus. quod si paterentur laborum gradus fieri, ut studiosi iuvenes lectione severa inrigarentur, ut sapientiae praeceptis animos componerent, ut verba atroci stilo effoderent, ut quod vellent imitari diu audirent,

---

Parisinum in quo doctores *ante* nisi *additur*   nisi *cum florilegio BLPpt*: qui *reliqui*   dixerunt *hoc est* dixerint *corr. ex* dixerunt *A*   adulescentuli *G*, adolescentem *P*   ut ait Cicero *om. florilegium*

1 Cicio *Bituricus. pro M. Caelio* 17, 41 '*prope soli iam in scolis sunt relicti*'   scolis *sine* h *ABCFP florilegium:* solis *L*, '*al. c.* scholis' *margo L*   relinquuntur *L*   Sicuti *ut uidetur L*   ficti — 4 fecerint *habet florilegium Parisinum*   *num* sciti *an delendum est* ficti *tanquam repetitum* sicuti   2 cenadiuitum *B*, cenam diuitum *P*, cenas ad nutum *G*   meditantur *hodie abest a B cf. praefatio*   id *om. t*, *non T aut uetus Pithoei.* ad *F*   putent *A*   3 Non enim *L*, nam nec *florilegium*   4 nisi — fecerint *om. t, non T*   elloquentie *A*   magistri *sine* nisi *LT qui post* piscator *addunt* qui nisi   5 tamquam *CF*   piscator — 7 scopulo *descripsit excerptor Parisinus*, *itaque post* piscator *addidit* nisi   eam *om. P*   6 sciret *G*   discipulos   sine . . . . spe moritur *B.*   morabitur *A:* moratur *reliqui mei*, moriatur *p cum Biturico*   7 ergo] igitur *F*   sunt *om. ACEFGs*   uolunt *EF Laurentianus*   8 proficisci *F*   enim *om. L*   9 quoquo *B.*   quoque suas *om. Memmianus*   ambitione *ABCEFGLpt Laurentianus*, *non DPs*   donauit *F*   dum *praestat*   10 ruda *sed rasa ante* r *littera P*   propellunt *pt:* impellunt *libri mei cum T*, inpellunt *FP*   et eloquentiam *om. AFs*   11 magis *ABDFGP Laurentianus.* prodesse magis *Iunius*   indunt *s*   innocentibus '*unus ex scriptis*' *Boschii hoc est commenticius Bourdeloti codex*, discentibus *susp. O. Iahnius*, adulescentibusq. *ego tentaueram sed praeterea haec uerba inde ab* et eloquentiam *ante* deinde *u. 9 collocanda esse, post* propellunt *autem non nulla intercidisse suspicor:* lactentibus, dentientibus, vagientibus, crescentibus, pascentibus *alii*   12 qui si *F*   pateretur *G*   grados *B*   et *t, non T*   stidiosi *C*   13 seuere *E*   inrigarentur *B:* irrigarentur *reliqui.* mitigarentur *p*, *Douza;* initiarentur *susp. Heinsius*, incitarentur *Iacobsius*   sapiẽ *A*   conponerent *FG*   14 quod] quam *Memmianus*, quem *ex editis adfert Puteanus*   inmi-

LO . . . . . sibi nihil esse magnificum, quod pueris placeret: iam illa grandis oratio haberet maiestatis suae pondus. nunc pueri in scolis ludunt, iuvenes ridentur in foro, et quod utroque turpius est, quod quisque perperam didicit, in senectute confiteri non vult. sed ne me putes improbasse schedium Lucilianae humilitatis, quod sentio, et ipse carmine effingam:

artis severae si quis amat effectus
mentemque magnis applicat, prius mores

tari *F*, mutari *P* auderent *L* audirent uel sibi *unus P. patet tale quid ut discerent periisse. si sibi Orellius indicis lectionum Turicensium a.* 1836 *p.* 2

1 esset *ELpt* *aliquando legebatur* placent grandis illa *transponit L* 2 magestatis *F* scolis *sine* h *ABCFP* 'lucent *u. c.' margo L*, laudantur *suspicati eramus Iacobsius et ego* uidentur *Laurentianus*, rident *G* 3 utriusq. utroq. *L* est *om. G* 4 quisque (is) *B*, quisquis *Pp* puer iam *N. Faber*, puer perperam *Iacobsius* didicit *A*: dicit *B*, discit *reliqui* corrigere *susp. Iacobsius* 5 inprobasse *FP*, imbrobasse *G*. illa probasse schedio Lucilianae improbitatis *Iacobsius* carmine *delens* schedium *ELp*: schadium *et in margine* ł studiū *B*, studium *ACDFGPst Laurentianus. 'l.* syrma' *margo L* Lucillianae *pt*, luciniane *F*, Lucianae *LPs, sed in ima margine L seorsum scripta sunt* schedium Lucillianae humilitatis *t*: improbitatis *set in margine eadem manu* humilitatis *B*, uel improbitatis ∧ humilitatis *et in margine* ∧ uel *L*, improbitatis *quod ortum est ex* improbasse *reliqui omnes*, inprobitatis *FP* 6 carmen *F* effringam *B* *hoc carmen est in florilegio Parisino. peruersissimo autem ordine in P sic dispositum legitur:*

fol. 18a:	*1*	*19 sine* canore
	14 in fine canore	*8*
	2	*20*
	15 sine graio	*9*
	3	*10*
	16 incipiens a graio	*21 desinens in* sic
	4	*11*
	17	flumine largo plenos
	5	*12*
	18	*22 sine* plenus
fol. 18b:	*6*	*13*

septimus igitur uersus totus deest 7 amat *cum florilegio et Laurentiano ABCDFGLPpst*: adamat *Caspar Barthius;* hamat *E, Scaliger in margine L ad Nonium (p. 69) prouocans;* ardet *Iunius et Sambucus*, ambit *margo t*, '*leg. ex u. c.* amat seuerae si quis artis e.' *Delbenus* 8 magis *AF* pus (ı) *E* mores *B*, *Heinsius*: more *ACDEFGpst cum florilegio*, in ore *P*, morem *Laurentianus*, merae *T*, mere (ent) *L*, '*al.* more. *f.* morã' *Laberii u.* 18 *Ribb. comparans Scaliger in margine L*

frugalitatis lege poliat exacta.
nec curet alto regiam trucem vultu
cliensve cenas inpotentium captet,
nec perditis addictus obruat vino
mentis calorem; neve plausor in scaenam
sedeat redemptus, histrioniae addictus.
sed sive armigerae rident Tritonidis arces,
seu Lacedaemonio tellus habitata colono
Sirenumve domus, det primos versibus annos
Maeoniumque bibat felici pectore fontem.
mox et Socratico plenus grege mittat habenas

---

1 poliat *Heinsius:* palleat *LT uetus Pithoei*, polleat *reliqui omnes* exactos *Haasius p. 17* 2 nec *LPpst cum florilegio:* ne *E*, ne *ABCDFG Laurentianus* curet] aure *A* alio *B* regina *G* 3 cliensue *Ep:* cliensque *ABCDFGLPst, florilegium, Laurentianus* inpotentum *BFP cum florilegio*, impotentum *ADG*, impotentium *reliqui.* impotentum ne captet *uetus Pithoei.* captat *P* 4 ne *Memmianus* perditis addictus *Lpst, Memmianus:* perditis *margo A;* addictus *P et florilegium.* perdictis *ABCDFGP cum florilegio et Laurentiano*, prodictis *E;* addictis *B*, abdictis *CDF Laurentianus*, abditis *AE*, abdytis *G.* praediis abductus *Heinsius*, nec in popinis *Iunius* obuiat *P* 5 necue *ACDFG Laurentianus*, necne *E* scenam *Heinsius:* scena *libri*, scaena *s*, cena *florilegium* 6 se det *Crusius* redeptus *C*, redimitus *LT uetus Pithoei sed* redemtus *margo L* histrioniae *Spt margo L:* histrionei *ABCD Laurentianus uetus Pithoei*, hystrionei *F*, histrionē *G*, histrioni *ELPT*, ystrioni *florilegium*, histriones *Memmianus*, 'al. histrioniue' *margo t* additus *AE*, additus *F.* histrionis ad nutus *Antonius*, histrionis ad rictus *Otto Ribbeckius. fortasse* histrionis ad picta 7 seu crinigerae *L sed* 'siue armigerae *al. c.*' *margo L*, crinigerae *etiam T.* fine armigero *P.* armigeri *F* uideant *E.* arrident *de coniectura Iunii et Sambuci t* trinonidis *florilegium* artes *A Tolosanus* 8 *post* tellus *addit* que *margo E* Sirenumue *scripsi; siue Athenae siue Tarentum siue Neapolis:* Sirenumque *omnes*, Syrenumque *B* domos *ACDFG Laurentianus* de primis *P.* primis *D* 10 Maconiumque *P* bibam *CD*, biba *G* frontem *florilegium* 11 grege mittat *BLpt cum florilegio:* grege mutat *P*, grege mutet *ACDEFGs cum Laurentiano.* 'grege *non comparet in scriptis, cuius loco libri ueteres* immittat *uel* immutet' *Heinsius qui* sine mittat *uel* sine mutet *coniecit*, Socraticum plenasque immittat *Iunius*, plenus permittat *Brouckhusius*, plenas grege mittat Athenas *Burmannus secundus anthologiae uol. I p. 381 qui etiam alia aliorum commenta commemorat*, rore et Socratico pectus riget antequam habenas liberet ingentisque aptet *Iacobsius*, mox et Socratico componat dogmate pectus, tum demum ingenio plenas immittat habenas liber et ingentis quatiat *Haasius*

liber et ingentis quatiat Demosthenis arma.
hinc Romana manus circumfluat et modo Graio
exonerata sono mutet suffusa saporem.
interdum subducta foro det pagina cursum
et fortuna sonet celeri distincta meatu.
dent epulas et bella truci memorata canore
grandiaque indomiti Ciceronis verba minentur.
his animum succinge bonis: sic flumine largo
plenus Pierio defundes pectore verba.'

dum hunc diligentius audio, non notavi mihi Ascylti fugam 6

et dum in hoc dictorum aestu in hortis incedo, ingens scolasticorum turba in porticum venit, ut apparebat, ab extemporali declamatione nescio cuius, qui Agamemnonis suasoriam exceperat.

---

1 ingenuus *P* ingestis quatiet *florilegium* demosteris *F* arma *A quoque, non* artes 2 huic *ABFGP*, huc *L*, hunc *margo L, pt florilegiumque* circunfluat *Lt* ut *Crusius* oraque Graio *et* mutent *Heinsius. hunc uersum et qui eum secuntur, ita dedi ut in libris leguntur, quoniam probabiliter emendati non sunt* 3 exhonerata *florilegium et primo A.* exornata sono mutet structura *uel* scriptura *Burmannus,* Graios exonerando sonos *I. F. Gronouius* mutent *Haasius* soporem *florilegium,* laborem *G* 4 uersum *Heinsius* 5 furtiua *et* fortuita *Heinsius,* cortina *Palmerius* sceleris *Tolosanus* distincta *F.* discincta *Barthius,* districta *I. F. Gronouius* 6 *ante* 5 *poni iussit Haasius p. 18* 'dent *uetus, non* dein' *Pithoeus.* dein det epos det bella *Heinsius,* dein pugnas et *Rutgersius,* dent elegos dent bella *Burmannus* memoranda *t* 7 *post* 3 *collocandum Burmannus censuit, post* 4 *Haasius* grandique *D* 'Titionis *al. c.*' *margo L,* '*tres manusc.* Titionis' *Pithoeus* 'minetur *Heinsius,* imitetur *Faber* 8 subcinge *E* 9 plenos *P* pyerio *A,* piereo *C,* piero *P* defundes *E, margo L:* diffundes *BLpst,* diffundens *G,* diffundens *ACDFP cum florilegio Laurentianoque.* fundes de *Haasius olim* nectare *Barthius post* uerba *habet* DESVNT *L.* uersus XXII *subscriptum A* 10 Cum *ACGPtLaurentianus,* um *et in margine* c *F* hunc *Bt, Memmianus:* haec *EPp,* '*al.* haec' *margo t,* hoc *Ls,* homo *ACDFG Laurentianus.* hominem *susp. Heinsius* ascilti *F,* asciti *P,* Ascyltae *s,* '*ex u. c.* Ascyltae *ut mox* Ascyltan' *Brassicanus,* '*in uno ex uet. cod. et eo quidem integriore constantissime scriptum est* Aschiltos *et* Gniton' *Puteanus intercidenunt non pauca,* et *interpolatum est. ab epitomatore hanc formam orationis profectam esse etiam Wehlius iudicauit obseruationum criticarum in Petronium Bonnae a. 1861 editarum p. 48 ss.* 11 in hoc aestu rerum *B* in ortis *ADFL Laurentianus,* motus *BPpt.* dum hoc dictorum aestu totus incendor *Heinsius* scolasticorum *sic ABCFP* 13 cuius *BPpt,* 'cuius *u. c.*' *margo L:* cur *ACFGLs Laurentianus,* cuur *E,* qui cur *D* quis *Ls* agamenonis *AF* excepit *ACEFGLs Laurentianus, non BDPpt*

dum ergo iuvenes sententias rident ordinemque totius dictionis infamant, opportune subduxi me et cursim Ascylton persequi coepi. sed nec viam diligenter tenebam quia..... nec quod stabulum esset, sciebam. itaque quocunque ieram, eodem revertebar, donec et cursu fatigatus et sudore iam madens accedo aniculam quandam, quae agreste L O
7 holus vendebat, et 'rogo' inquam 'mater, numquid scis ubi ego habitem?' delectata est illa urbanitate tam stulta et 'quidni sciam?' inquit, consurrexitque et coepit me praecedere. divinam ego putabam et ..... subinde ut in locum secretiorem venimus, centonem anus urbana reiecit et 'hic' inquit 'debes habitare'. cum ego negarem me agnoscere domum, video quosdam inter titulos nudasque meretrices furtim conspatiantes. tarde, immo iam sero intellexi me in fornicem esse deductum. execratus itaque aniculae insidias operui caput et per medium lupanar fugere coepi in alteram partem, cum ecce in ipso aditu occurrit mihi aeque lassus ac moriens Ascyl-

---

1 ieiunas *uel* inanes *Heinsius*, iuuenis *Barthius* *potius* declamationis 2 oportune *ABFP et primo G* cursum *C*, cursum *D*, cursum *E* ascilton *F*, Ascyltum *Lt*, Ascyltam *s* 3 quia *libri omnes*, *itaque lacunam significaui: om. Goldastiana* quod *scripsi:* quo *libri.* quo loco *p sic ut in cap. 8*, qua *Scioppius et Heinsius*, ubi *Brassicanus* 4 quoɔque *A*, quecunque *C*, quaecunque *D* donec in cursu *Ppt.* '*al.* ex cursu' *Pithoeus* 5 agreste *om. A.* agresta *P* 6 holus *BEP:* olus *reliqui* uendeba *C* et] te *Ls*, '*Leid. cod. et quinque alii*' *Boschius* rogo] ego *A* nunquid *AGL* habito *E*, *ante Sambucum* 7 delectata — 8 praecedere *om. P* est *addidi: confirmauit hanc emendationem postea repertus B* 8 diuinam *BPpt*, 'diuinam *u. c.*' *margo L:* ducinam *ACDG*, dutinam *Laurentianus*, ductinam *F*, ducturam *Ls*, ductoriam *E* 9 at *Ep.* et subsequor: inde *Gulielmus*, subsequi coepi *Petronii fuisse credo conl. cap. 72. libri iungunt* et subinde ubi *P* secretiorem *Bp:* secretum *ceteri* 10 reierit *F*, iniecit *Lst*, 'ante urbañ. reiecit *u. c.*' *margo L* his *G* inquid *P* ergo *B* 11 agnoscere *scripsi idque postea in B repertum est:* cognoscere *libri* inter ticulos *FGP*, inter uiculos *st*, internuculos *quod nullum exemplar habere Pithoeus tradit L*, 'intesticulos *u. c.*' *margo L; sic Bituricus.* '*u. c. Pit.* titulos, uitulos, puellulos' *margo t.* inter hystriculos *Heinsius*, intus titulos *Heraldus*, uideo pueros quosdam meretriculos *Iacobsius:* titulos *praeter ceteros B* nudas] udas *margo t*, inundas *P* 12 furtim spaciantes *Bp*, interspaciantes *P*, 'interspatiantes *u. c.*' *margo L.* confertim spatiantes *Heraldus* '*in u. c. erat* tandem' *Douza* ymo *A*, imo *FLP* serio *t* sero sensi intellexi *L* 13 fornice *CEF Laurentianus*, fornicem *B*, *quod stare potest deleto* deductum *cf. p. 11, 1* exacratus *E;* execratus, *non* exsecratus *ABCFGLP* anibalecule *C* 14 capud *P* coepi fugere *transponit L* alteram *BP:* aliam *reliqui* 15 ecce etiam ipso auditu *P*

**LO tos; putares ab eadem anicula esse deductum. itaque ut ridens eum
consalutavi, quid in loco tam deformi faceret quaesivi. sudorem ille 8
manibus detersit et 'si scires' inquit 'quae mihi acciderunt'. 'quid
novi?' inquam ego. at ille deficiens 'cum errarem' inquit 'per to-
tam civitatem nec invenirem, quo loco stabulum reliquissem, acces-
sit ad me pater familiae et ducem se itineris humanissime promisit.
per anfractus deinde obscurissimos egressus in hunc locum me per-
L duxit prolatoque peculio coepit rogare stuprum. || iam pro cella
LO meretrix assem exegerat, || iam ille mihi iniecerat manum, et nisi
valentior fuissem, dedissem poenas**

*

L || adeo ubique omnes mihi videbantur satyrion bibisse

*

iunctis viribus molestum contempsimus

*

**quasi per caliginem vidi Gitona in crepidine semitae stantem et 9
in eundem locum me conieci**

cum quaererem num quid nobis in prandium frater parasset, consedit puer super lectum et manantes lacrimas pollice extersit.

---

lapsus *ACFLPpst Laurentianus*, *non BDEG* Ascyltus *Lt*, ascylta *ACDGs*, aschylta *B*, ascilta *F*, asilta *P*

1 putare *F* anicula *om. G* *fortasse* eo esse deductam *B*. seductum *Munckerus* 2 consultaui *AF*, cumsalutaui *P* 3 scisciret inquid *P* 4 noui, inquam, ego? *interpunxit s* 5 inuenirem] m *ex* t *corr. F* 6 a me *C* familiae *ABCDFGPs Laurentianus:* familias *ELpt* se ducem *transponit Memmianus* permisit *F et primo L* 7 per *om. s* antefractos *G* dehinc *L* per *post* deinde *iterat E* oscurissimos *F*, obscurissimo *G* ingressus *G*. *corrigas* praegressus egressus me in hunc locum produxit *L*, '*al.* perd.' *margo L*. produxit *etiam T et uetus Pithoei*, duxit *G* 8 prelatoq. *C* peiulio *B*, pecuo *ante Sambucum*. '*uetus lexicon* peculium pro asse uel denario ponitur. Petronius: prolatoque peculio' *Bongarsius* struprum *A*, strupum *EF* sella *t*, *liber Danielis* 9 minum *F* et — poenas *ab superiore narratione segreganda censeo* 10 dedissam *P*. poenas dedissem *Hadrianides* poenas. adeo *iungunt Lt*, *asteriscum interponit p* 11 *sic p:* mihi *inter* ubique *et* omnes *superscriptum L*, omnes ubique mihi *t* *post* bibisse *asteriscus in Lpt*. DESVNT *margo L* 12 con temsimus *L*. *tum asteriscus in Lpt*, MVLTA DESVNT *margo L* 13 Encolpius. *praemittit L;* EVCOLPIVS. *margo p* Gnitona *L cf. adnotatio ad p. 9, 10*. '*uetus constanter* Gyton, *non* Giton' *Pithoeus* 14 *lacunam significaui quoniam quae subsecuntur, non foris set in cellula aguntur*

15 quaere∧m *et in margine* ∧re *L* nunquid *Lt* 7 frãter in p̃randium *L* lacrumas *L* extersit *Pithoeus:* expressit *libri*

perturbatus ego habitu fratris quid accidisset quaesivi. at ille tarde *L* quidem et invitus, sed postquam precibus etiam iracundiam miscui, 'tuus' inquit 'iste frater seu comes paulo ante in conductum accucurrit coepitque mihi velle pudorem extorquere. || cum ego procla- *LO* marem, gladium strinxit et "si Lucretia es" inquit "Tarquinium invenisti"

|| quibus ego auditis intentavi in oculos Ascylti manus et 'quid *L* dicis' inquam 'muliebris patientiae scortum, cuius ne spiritus *quidem* purus est?' inhorrescere se finxit Ascyltos, mox sublatis fortius manibus longe maiore nisu clamavit: 'non taces' inquit 'gladiator obscoene, quem de ... ruina arena dimisit? non taces, nocturne percussor, qui ne tum quidem, cum fortiter faceres, cum pura muliere pugnasti, cuius eadem ratione in viridario frater fui, qua nunc in deversorio puer est?' 'subduxisti te' inquam 'a praeceptoris col-
10 loquio.' 'quid ego, homo stultissime, facere debui, cum fame morerer? an videlicet audirem sententias, id est vitrea fracta et somniorum interpretamenta? multo me turpior es tu hercule, qui ut foris cenares, poetam laudasti'

itaque ex turpissima lite in risum diffusi pacatius ad reliqua secessimus

*

rursus in memoriam revocatus iniuriae 'Ascylte' inquam 'intelligo nobis convenire non posse. itaque communes sarcinulas

---

1 ergo *t* 2 posteaquam *L* et iracundiam *pt* *fortasse post* miscui *addendum* tandem 3 seu comes *non debebat demere scriptori Wehlius p. 49* aucucurrit *t, non T* 5 gladium *non deest in A* si *om. F* Lucrecia *A* 6 *rursus aliqua intercidisse oportet: neque enim interfuisse Gitonis narrationi Ascylton p. 11, 15 docemur* 8 impatientiae *et in margine* .... *L* nec *margines Lt.* quidem *ego suppleui* 10 '*al.* risu' *Wouwerius* inquit *superuacaneum, nisi potius antea periisse non nulla credamus* 11 de * ruina *t:* de ruina *Lp.* de arena ruina *transposuit Scioppius. cf. cap. 81. genetiuus uelut* pegmatis *aut secundum cap. 81* terrae *deesse uidetur* 13 cuius ego eadem *L, et recte quidem addidisse* ego *Scaligerum censeo* 14 diuersorio *libri* pueri es *Barthius* inquam *pt:* inquit *LT huc fortasse ex u. 15 depulsum* 15 ergo *t:* ego *etiam margo t* 16 id est] . i . *L: deleri uoluit Wehlius p. 49,* inanes *Iacobsius; ego* id est sententias *glossam duco* uitrea facta *margo L;* uitream fractam *libri* 17 *fortasse* mehercules turpior es tu 18 *lacunam posui, quod finitam fuisse illis uerbis litem mihi non persuadetur* 20 *asteriscum habent pt, non L*

L partiamur ac paupertatem nostram privatis quaestibus temptemus expellere. et tu literas scis et ego. ne quaestibus tuis obstem, aliud aliquid promittam; alioqui mille caussae quotidie nos collident et per totam urbem rumoribus different’. non recusavit Ascyltos et ‘hodie’ inquit ‘quia tanquam scholastici ad cenam promisimus, non perdamus noctem. cras autem, quia hoc libet, et habitationem mihi prospiciam et alium fratrem’. ‘tardum est’ inquam ‘differre quod placet’

*

hanc tam praecipitem divisionem libido faciebat; iam dudum enim amoliri cupiebam custodem molestum, ut veterem cum Gitone meo rationem reducerem

*

postquam lustravi oculis totam urbem, in cellulam redii, oscu- 11
lisque tandem bona fide exactis alligo artissimis complexibus puerum fruorque votis usque ad invidiam felicibus. nec adhuc quidem omnia erant facta, cum Ascyltos furtim se foribus admovit discussisque fortissime claustris invenit me cum fratre ludentem. risu itaque plausuque cellulam implevit, opertum me amiculo evolvit et ‘quid agebas’ inquit ‘frater sanctissime? quid? vesticontubernium facis?’ nec se solum intra verba continuit, sed lorum de pera solvit et me coepit non perfunctorie verberare, adiectis etiam petulantibus dictis: ‘sic dividere cum fratre nolito’

*

veniebamus in forum deficiente iam die, in quo notavimus 12

---

1 quaestionibus *cum Memmiano t, non T.* quaestus rationibus *susp. Heinsius* 2 temptemus *p*, tentemus *L*: conemur *t* aliquid aliud *inuertunt pt* 3 alioquin *L* nos quotidie *transmutant pt* 4 different *p*, *margo L*: deferent *Lt* *fortasse* set *conl. c. 79 ultimo* 6 habitionem *Memmianus* 7 alium *scripsi*: aliquem *libri* tardum est differe quod habes *legitur in florilegio Parisino* 8 placet] ‘*A. o. ex.* habes *pro* aues’ *Pithoeus*, ‘*uet. Loisel.* habes’ *Bongarsius* *asteriscus est in libris*, DESVNT *margo L* 9 iandudum *L* 10 cupiebam amoliri *inuertunt pt* Gnitone *L* 11 reducerem *scripsi*: deducerem *L*, diducerem *pt* *asteriscus est in libris*, DESVNT *margo L* 14 feruentibus. frequentibus *margo t* 17 ‘*glossarium S. Dionysii* opertum’ *Daniel qui* opertam *in lemmate scripsit* 18 uesticontubernium *pt*, *margo L a recentiore manu*: uerticontubernium *L*, ‘*uetus* .i. verticontubernium’ *Pithoeus*. ‘*lege* Vestae contubernium *cum Pithoei, Sambuci, Memmii aliisque optimis codicibus*’ *Boschius aperte falsus* 21 uerbis *L* *duos tresque asteriscos interponunt libri*, DESVNT *margo L*

frequentiam rerum venalium, non quidem pretiosarum sed tamen L quarum fidem male ambulantem obscuritas temporis facillime tegeret. cum ergo et ipsi raptum latrocinio pallium detulissemus, uti occasione opportunissima coepimus atque in quodam angulo laciniam extremam concutere, si quem forte emptorem splendor vestis posset adducere. nec diu moratus rusticus quidam familiaris oculis meis cum muliercula comite propius accessit ac diligentius considerare pallium coepit. invicem Ascyltos iniecit contemplationem ..... super humeros rustici emptoris ac subito exanimatus conticuit. ac ne ipse quidem sine aliquo motu hominem conspexi, nam videbatur ille mihi esse, qui tuniculam in solitudine invenerat. plane is ipse erat. sed cum Ascyltos timeret fidem oculorum, ne quid temere faceret, prius tanquam emptor propius accessit detraxitque humeris
13 laciniam et diligentius tentavit. o lusum fortunae mirabilem. nam adhuc nec suturae quidem attulerat rusticus curiosas manus, et tanquam mendici spolium etiam fastidiose venditabat. Ascyltos postquam depositum esse inviolatum vidit et personam vendentis contemptam, seduxit me paululum a turba et 'scis' inquit 'frater, redisse ad nos thesaurum, de quo querebar? illa est tunicula adhuc, ut apparet, intactis aureis plena. quid ergo facimus, aut quo iure rem nostram vindicamus?'

exhilaratus ego non tantum quia praedam videbam, sed etiam quod fortuna me a turpissima suspitione dimiserat, negavi circuitu

1 preciosarum *libri* tamen] talium *Iacobsius* 2 furem *Daniel.* male labantem *Heinsius*, male uacillantem *idem antea* facilli- difficilli me] male *set in margine* facillime *L* 5 emtorem *L* splendor *LT:* splendida *pt.* splendidior *Scriuerius* 6 inducere *malebat Heinsius* 7 meis *pt:* tnis *L*, teneris. mis *margo L* diligentius *om. t, non T* 8 tunicae pendenti *intercidisse mihi uidentur* 9 emtoris *L* 10 ne] nec sine *L* motu *Lt:* metu *Tp* nam mihi uidebatur *L* 13 emtor *L* 14 tentauit *Burmannus:* tenuit *libri* 15 adhuc *fortasse post* quidem *ponendum* suturae *pt, Scaliger in margine L cui haec inscripsit* 'furtiuae *Cuiac.* | futura, sectura | *l.* suturae': futurae *L*, furtiue *T*, furtiuae '*uetus exemplar, quo uno hac in parte ut in aliis pluribus usi sumus*' *Puteanus* furtiue *coniciens* et *scripsi:* sed *libri* 17 contemtam *L* 19 querebatur *Memmianus* 20 igitur *pt* faciamus *Antonius* 21 uindicemus *Antonius* *post* uindicamus *tres asterisci in L,* DESVNT *margo L. at deest quidem nihil nec lacunam agnoscunt pt* 22 quia non tantum *transponit t, non T* 23 me *corr. ex* mea *L*

L agendum, sed plane iure civili dimicandum, ut si nollet alienam rem
domino reddere, ad interdictum veniret. contra Ascyltos leges ti- 14
mebat et 'quis' aiebat 'hoc loco nos novit, aut quis habebit dicentibus fidem? mihi plane placet emere, quamvis nostrum sit, quod agnoscimus, et parvo aere recuperare potius thesaurum, quam in ambiguam litem descendere:

LO || quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat,
aut ubi paupertas vincere nulla potest?
ipsi qui Cynica traducunt tempora pera,
non numquam nummis vendere vera solent.
ergo iudicium nihil est nisi publica merces,
atque eques in causa qui sedet, empta probat.'

---

2 domino *ante uersum a* reddere *incipientem positum in L*; *om. t, non T* *inter* ueniret *et* contra *libri carmen proximum inserunt a nobis in inferiorem locum translatum. similis iam Antonio sensus fuerat. eundem cum libris ordinem secuntur Vincentius Beluacensis spec. hist. XXI 25 et florilegium Parisinum* 4 quanuis *L* 5 tutius est paruo aere rem perditam recuperare quam in ambiguam litem descendere *adferunt Vincentius Belu. l. s. et florilegium,* tutius est paruo aere rem perditam recuperare quam ius ambiguae praebere liti *Iacobus Magni in Zophilogio V 5* pŏtius recŭperare *L* 6 *post* descendere *in L notis quibusdam Scaliger transponenda esse indicauit quae breui post (p. 16, 2) scripta sunt* ne — discederet 7 *legitur hoc carmen in codice Leidensi Vossiano (catalogi fol. CXI) in folio 38 sic inscriptum* Versus Petronii faciant *Bpst:* faciunt *ACDEFGLPT Laurentianus Vossianus, denique Vincentius l. s. et excerptor Parisinus qui uersus 1 2 5 descripserunt* pugnat *Vossianus,* '*al.* pugnat c. c.' *margo L* 8 atque ubi *E* uiuere *AE et in margine D Laurentianus* nuda *BLT Vossianus sed* nulla *margo L.* haud ibi *et* nuda *Heinsius* 9 cinica *AF Vossianus.* cynico *Iacobsius* pera *Heinsius:* cera *BLP Vossianus,* caera *t,* cena *uel* coena *ceteri;* '*al. c.* coena *al.* sera *als.* uera' *margo L in quo praeterea* sera *uocabulo* secta *subscripsit Scaliger.* coeno *Iacobsius* numquam, *non* nunquam *BF;* nunque *A,* unquam *L* nummiis *G,* muneris *P* uendere uera solent *Vossianus:* uendere uerba solent *pt,* uerba uendere uerba solent *L,* uerba solent emere *ABCDEFGPs cum Parisino 6842 D et Laurentiano.* iura solent emere *Orellius p. 2* 11 ergo] iam nunc *Vincentius et florilegium,* '*al.* iam nunc' *margo t* iudicium — 12 probat *non nominato auctore usurpat Ioannes Saresberiensis pol. V 15 p. 329* merces *est merx. cf. Ritschelius mus. Rh. X p. 451. imitatur Petronium Io. Saresberiensis pol. III 13 p. 205* '*filia decentior — publica merces est, exposita quidem si emptorem inueniat*' 12 aeques *B* causa] cera *LT,* '*al. c.* caussa' *margo L* '*alter ex ueteribus* in cera, qui probat empta, sedet' *Puteanus eandemque scripturam memorat Pithoeus* empta *ABCFGP:* emta *cum reliquis L* uersus VI *subscriptum A* *deesse pauca puto quibus consentire se Encolpius dixerat*

|| sed praeter unum dipondium, quo cicer lupinosque destinaveramus mercari, nihil ad manum erat. itaque ne interim praeda discederet, vel minoris pallium addicere placuit, ut pretium maioris compendii levior faceret iactura. cum primum ergo explicuimus mercem, mulier operto capite, quae cum rustico steterat, inspectis diligentius signis iniecit utramque laciniae manum magnaque vociferatione 'latrones: tenete' clamavit. contra nos perturbati, ne videremur nihil agere, et ipsi scissam et sordidam tenere coepimus tunicam atque eadem invidia proclamare, nostra esse spolia quae illi possiderent. sed nullo genere par erat caussa nostra, et cociones qui ad clamorem confluxerant, nostram scilicet de more ridebant invidiam, quod pro illa parte vindicabant pretiosissimam vestem, pro hac pannuciam ne centonibus quidem bonis dignam. hinc Ascyl-
15 tos bene risum discussit, qui silentio facto 'videmus' inquit 'suam cuique rem esse carissimam; reddant nobis tunicam nostram et pallium suum recipiant.' etsi rustico mulierique placebat permutatio, advocati tamen iam paene nocturni, qui volebant pallium lucri facere, flagitabant uti apud se utraque deponerentur ac postero die iudex querellam inspiceret. neque enim res tantum, quae viderentur, in controversiam esse, sed longe aliud quaeri, *quod* in utraque parte scilicet latrocinii suspitio haberetur. iam sequestri placebant,

1 dipondium sicel lupinosque quibus destinaueramus *libri*, cicer *ad* sicel *adscriptum margo t*, *qui praeterea* ac sicilicum quibus lupinos d. *exhibet: emendauerunt incertus a Boschio memoratus, I. F. Gronouius, Heinsius.* scilicet *pro* sicel *Turnebus*, siser *Puteanus*, praeter dipondium sicilicumque quibus lupinos d. *Scaliger* 2 erat. itaque ne — discederet, uel m. *margo t:* erat, ne — discederet. itaque uel m. *libri* interim *pt:* uiritim *L probatum Scaligero. cf. ad p. 15, 6* 3 cum pretium *Iacobsius*, ut spes *Burmannus* 4 leuior *I. F. Gronouius:* leuiorem *libri* *fortasse* efficeret iactura *I. F. Gronouius:* iacturam *libri* 5 operto *Wouwerius ad cap. 16:* aperto *libri* 6 utranque *L* 7 tenete '*alii*' *apud Douzam, Heinsius:* tenere *libri*, *quo seruato se addendum fuisse iam Douza sensit. tolli uerbum Oudendorpius iussit* 10 nostra *pt:* Nam *L. fortasse delendum* cociones qui *scripsi cum Salmasio:* conciones quae *libri* 12 inscitiam *margo t*, nostra *et* inuidia *Heinsius* preciosissimam *L* 13 pannuceam *L* hunc *Burmannus* 14 bene *p:* pene *Lt.* periculum *I. F. Gronouius*, opportune rixam *Iacobsius*, paene rem risu *O. Iahnius* uidemus *Iungermannus, Rittershusius:* uideamus *libri*, *quod tueri possis praeposito* cum 17 pene *Lt.* bene *Scioppius.* nocturni *potius corruptum* 19 iudex querelam iudex *L* uideretur *t. fortasse* uindicarentur controuersiam *L Memmianus*, '*scripti*' *Heinsii:* controuersia *pt* quaeri quod in *margo t:* quaeri, in *libri* utra *p*, *margo L*, *Daniel* 21 suspicio *L*

L et nescio quis ex cocionibus, calvus, tuberosissimae frontis, qui solebat aliquando etiam caussas agere, invaserat pallium exhibiturumque crastino die affirmabat. ceterum apparebat nihil aliud quaeri nisi ut semel deposita vestis inter praedones strangularetur, et nos metu criminis non veniremus ad constitutum

idem plane et nos volebamus. itaque utriusque partis votum casus adiuvit. indignatus enim rusticus, quod nos centonem exhibendum postularemus, misit in faciem Ascylti tunicam et liberatos querella iussit pallium deponere, quod solum litem faciebat

*

et recuperato, ut putabamus, thesauro in deversorium praecipites abimus praeclusisque foribus ridere acumen non minus cocionum quam calumniantium coepimus, quod nobis ingenti calliditate pecuniam reddidissent.

nolo quod cupio, statim tenere,
nec victoria mi placet parata

*

LO || sed ut primum beneficio Gitonis praeparata nos implevimus 16
cena, ostium non satis audaci strepitu impulsum exsonuit

cum et ipsi ergo pallidi rogaremus, quis esset, 'aperi' inquit 'iam scies'. dumque loquimur, sera sua sponte delapsa cecidit

1 cocionibus *scripsi cum Salmasio:* concionibus *libri* 2 aliquando] alioqui *margo t* etiam ad caussas *L*, et ad causas *p*, et causas *t* 4 ueste is *margo L* 5 *nulla lacuna in libris. suppleas:* rusticus autem et mulier uestem suam quam primum recuperare uolebant 9 querela *L* *asteriscum interponit p. deest aliquid huivsmodi:* deponimus ergo pallium 10 diuersorium *libri* 11 cocionum *scripsi cum Salmasio:* concionum *libri* 12 criminantium *margo t* 14 *hos uersus quos non haesisse credo superioribus habet florilegium Parisinum in quo* 15 placet mi 15 *tres uel duo uel unus asteriscus in Lpt.* DESVNT MVLTA *margo L* 16 beneficio *om. ACDEFGs, non BPpt, in L additum in margine* gytonis *BCG*, gythonis *AP*, Gnitonis *L* inpleuimus *F* 17 hostium *ABCDFGP* non *et in margine* ..... *ut deleretur L.* 'non uidetur abundare' *Tornaesius.* nostrum *conieceram*, non satis [firma sera munitum] audaci *alius*, ostiolum *Barthius* non . . . audaci *B* inpulsum *F* exsonuit impulsum *transponunt LP, item B sic continuans* impulsum. C . . . . ergo pallidi exonuit *CEFG* *intercidisse aliquid significaui; metuentis, opinor, Gitonis mentio facta erat* 18 cum ergo et ipsi *inuertit t.* et *delebat Antonius.* cum ergo gypso pallidiores *Iacobsius* palladi *A*, palidi *F* quid *G* 19 que *om. p* fera *P* sera iam sua *Memmianus* cedit *G*

reclusaeque subito fores admiserunt intrantem. mulier autem erat *LO* **operto capite, illa scilicet quae paulo ante cum rustico steterat, et 'me derisisse' inquit 'vos putabatis? ego sum ancilla Quartillae, cuius vos sacra ante cryptam turbastis. ecce ipsa venit ad stabulum petitque ut vobiscum loqui liceat. nolite perturbari. nec accusat errorem vestrum nec punit, immo potius miratur, quis deus iuve-**
17 nes tam urbanos in suam regionem detulerit.' tacentibus autem adhuc nobis et ad neutram partem adsentationem flectentibus intravit ipsa, una comitata virgine, sedensque super torum meum diu flevit. ac ne tunc quidem nos ullum adiecimus verbum, sed attoniti expectavimus lacrimas ad ostentationem doloris paratas. ut ergo tam ambitiosus detonuit imber, retexit superbum pallio caput et manibus inter se usque ad articulorum strepitum constrictis 'quaenam est' inquit 'haec audacia, aut ubi fabulas etiam antecessura latroci-

---

1 reclusaeque *pt*, '*al. c.* reclusaeq. fores' *margo L:* remissaeque *ex* admiserunt *natum ABCDEFGLPs* admiserant *G* ěrat ǎutem *A* 2 illam *G.* illa — steterat *interpreti adsignauit Iacobsius coni. p. 16 u. 5* paulo *om. G* et me *cum ceteris A*, et der. i. uos me putatis *Memmianus.* ecce me *Heinsius. dubito an quid omissum sit ante* me. *sic* impune me derisisse *Iacobsius primo*, delituisse *idem postea* 3 inquid *P* uos *superscriptum L* putabitis *G* cuius *BCLPpt*: cur *AFGs*, quur *DE* sacra *Salmasius, Heinsius:* sacram *ADEFGLPpst Memmianus, I. F. Gronouius qui* ante *pro aduerbio habebat.* uos ante sacram criptam *C.* sacrum *uetus Pithoei. in B deest totum uocabulum* 4 ante cryptica *Heinsius*, inante crypta *Salmasius* criptam *BG cum C*, crypta *P* 5 uobisɔ *A* liceat loqui *transponit t* pertubari *F* ne accusat *G* 6 ymo *A*, imo *FL* decus *sed* c *erasa F* 7 religionem *G.* regionem suam *transponit L* autem adhuc *Cs:* adhuc autem *ADE*, *tantum* adhuc *BFLPpt*, ad̤ *G* 8 et — flectentibus *addita in margine E ab eadem manu* adsentationem *B:* assentationem *reliqui;* assensionem *margo t*, *Gulielmus* mirauit *F* 9 comitata *ex* comitato *corr. F* thorum *ABCFGP* fleuit diu *transponit L* 10 at *F* ullum nos *inuertit G* set actoniti *F* exspectauimus *DE.* sp^h^ectauimus *coni. Sambucus* 11 lacrymas *L*, lacrimas *G* ostentationem *BLPpt:* ostentionem *FG*, ostensionem *ACDEs* peratas *A* ergo] uero *Lp* 12 ymber *B*, i^h^mber *G* detexit *Bituricus* opertum *Iacobsius* capud *P* 13 interius in articulorum *LT*, *Tolosanus.* ad *deest in B* crepitum *Boschius* constrictis *L*, *Tolosanus:* contritis *BPpt*, strictis *ACDEFGs* 14 '*al. c.* inquit haec' *margo L:* inquit haec *om. L.* inquid *P.* haec *om. ACDEFGst, non BPp.* ista *Heinsius* ubi] Ibi *F* fabulas etiam *om. E* etiam *LT:* et *ABCDFGPpst quod ante* fabulas *transposuit Heinsius* antecessuras *L*, '*al. c.* et antccessura' *margo L*

LO nia didicistis? misereor medius fidius vestri; neque enim impune quisquam quod non licuit, aspexit. utique nostra regio tam praesentibus plena est numinibus, ut facilius possis deum quam hominem invenire. ac ne me putetis ultionis causa huc venisse, aetate magis vestra commoveor quam iniuria mea. imprudentes enim, ut adhuc puto, admisistis inexpiabile scelus. ipsa quidem illa nocte vexata tam periculoso inhorrui frigore, ut tertianae etiam impetum timeam. et ideo medicinam somno petii iussaque sum vos perquirere atque impetum morbi monstrata subtilitate lenire. sed de remedio non tam valde laboro; maior enim in praecordiis dolor saevit, qui me usque ad necessitatem mortis deducit, ne scilicet iuvenili impulsi licentia quod in sacello Priapi vidistis, vulgetis deorumque consilia proferatis in populum. protendo igitur ad genua vestra supinas manus petoque et oro, ne nocturnas religiones iocum risumque faciatis, neve traducere velitis tot annorum [consilia] secreta, quae vix mille homines noverunt.'

secundum hanc deprecationem lacrimas rursus effudit gemiti- 18

---

1 neque — 2 aspexit *om.* *F* 2 utque *G*, uiteque *C* regia *P* tam *ante* plena *collocandum censeo* 3 est *BLPt: om. ACDEFGs* muninibus *P* prosit *P* 4 inueniri *B* caussa *L* aetate *periit in B*, *cf. praefatio* aetatis magis uestrae *L*, *Memmianus quod* flore *addito Heinsius probauit.* '*al. c.* aetate uestra' *margo L.* aetate uestra magis *G* 5 iniuria uestra mea *L* mea ....dentes *B* inpudentes *F* 6 *post* nocte *deesse uocabulum O. Iahnius putat* 7 inorrui *F* terciane *A* et *G* impetu *C* 8 timeam *B:* timebam *ACDEFGLPs*, timerem *pt* adeo *C*. a deo *Iacobsius male Serapim intellegens* etiam *post* medicinam *add. E* sompno *AF.* somnio *recte puto Wouwerius tacitus p. 392* 9 atque] aut *D* suptilitate *F. corruptum est.* salubritate *Heinsius* linire *P*, *uetus Pithoei.* lenit'. sed dolor saeuit *mediis omissis G* 11 morbi *G* iuuenilli *A* 12 impulsi licentia quod *Ept:* impulsi licenciam quod *P*, impulsu licentiam quod *B*, impulsu licentiam quam *ACDFGs et L in quo tamen primum* impulsus *fuit* Priapi] principis *C* deique *AEF* 13 concilia *Heinsius* obtendo *LT*, *Tolosanus* igitur] iugiter *T* uestra *om. F* suppinas *CF.* supplices *O. Iahnius* 14 nocturnas orationes religiones *C* que *a correctore P* 15 faciatis *om. ACDEFG*, referatis *s* noue *C* traducem *A* uelis *C* consilia *quod e u.* 13 *irrepsit in ACDEFGs*, *abest a BLPpt* 16 uix *om. F*, *post* mille *posuit p* millae *et in margine* mystae *L*, nulli *t*, millia hominum *C*. mystae uix omnes *Wouwerius et Heinsius*, '*meliores membranae*' *Boschii* 17 secumdum *C* lacrumas *L*, lacry mas *G* risus *F* gentibusque *F*, gannitibusque *Memmianus.* que *om. P*

busque largis concussa tota facie ac pectore torum meum pressit. *LO* ego eodem tempore et misericordia turbatus et metu, bonum animum habere eam iussi et de utroque esse securam: nam neque sacra quemquam vulgaturum, et si quod praeterea aliud remedium ad tertianam deus illi monstrasset, adiuvaturos nos divinam providentiam vel periculo nostro. hilarior post hanc pollicitationem facta mulier basiavit me spissius, et ex lacrimis in risum mota descendentes ab aure capillos meos lenta manu duxit || et 'facio' inquit *L* 'inducias vobiscum, et a constituta lite dimitto. quod || si non ad- *LO* nuissetis de hac medicina quam peto, iam parata erat in crastinum turba, quae et iniuriam meam vindicaret et dignitatem:

contemni turpe est, legem donare superbum;
hoc amo, quod possum qua libet ire via.
nam sane et sapiens contemptus iurgia nectit,
et qui non iugulat, victor abire solet'

*****

complosis deinde manibus in tantum repente risum effusa est,

---

1 confusa *Scioppius* a pectore *P* thorum *ABFGP* prexit *C* 2 eãm habẽre *L* 4 quenquam *AGL* quod] quidem *F* 5 tercianam *A* ille *G* aduuiaturos *G*, adiuraturos *P* uos *C* prouidentiam *pt*, '*al. c.* prouid.' *margo L*: pudentiam *F*, prudentiam *ABCDEGLPs Memmianus*, *uetus Pithoei* 6 '*al. c.* uel pi deo nostro' *margo L* ilarior *CF*, illarior *A* policitationem mulier *G* 7 bassauit *F* spisius *G*, saepius *E* lacrymis *GL* detendentes *P* 8 lenta *Bongarsius*, *Richardus*: tenta *C*, tentata *ADEFGLs*, temtata *p*, temptata *BPt*. temperata tentante *margo t*. dentata *Delbenus*, *Lipsius* duxit. si inquit non (*u. 9*) *iungunt ABCDE FGPs* 9 *post* lite *nescio an* uos *interciderit* annuissetis *BDEpst*, '*al. c.* anuuissetis' *margo L*, ammussetis *P*, adimissetis *T*, admissetis *CG*, adiuuissetis *FL*, adiuuisetis *A* 10 iam *superscriptum L* in crastinum turba *BLPpt*: turba in crastinum *ACDEFGs* 11 meam *BGLPpt*: *om. ACDEFs* 12 *leguntur hi uersus in florilegio Parisino* contempni *P*, contendi *F* est *om. F* laesum damnare *aut* legem intentare *I. F. Gronouius* 13 anno *P* quo possim *Heinsius* 14 nam saepe *I. F. Gronouius*, non sana *Heinsius* contemptas *C*, contemtus *DEL*, contemptu *p*. cum tempus *Turnebus* nectit *E*, *margines s* ('*f.* plectit *i.* nectit') *et t*: flectit *cum florilegio ABCDLPpst*, flecti *F*, fletu *G* 15 iugilat *florilegium*; uigilat *Ps*, *margo A* obire *s* dolet '*uet. cod.*' *Boschii*, *Heinsius*; uolet *O. Iahnius*. *immo* potest uersus IIII *subscriptum A* *lacunam indicant L* (*in quo tres asterisci et unam paginam finiunt et incipiunt deinceps alteram, cuius margini* DESVNT *adscriptum est*) *et t*, *non p* 16 conplosis *F* denique *AEF*

LO ut timeremus. idem ex altera parte et ancilla fecit, quae prior ve-
nerat, idem virguncula, quae una intraverat. omnia nimio risu ex- 19
sonuerant, cum interim nos, quae tam repentina esset mutatio ani-
morum facta, ignoraremus ac modo nosmet ipsos modo mulieres
intueremur

*

L ‖ 'ideo vetui hodie in hoc deversorio quenquam mortalium admitti, ut remedium tertianae sine ulla interpellatione a vobis acciperem.' ut haec dixit Quartilla, Ascyltos quidem paulisper obstupuit, ego autem frigidior hieme Gallica factus nullum potui verbum emittere. sed ne quid tristius expectarem, comitatus faciebat. tres enim erant mulierculae, si quid vellent conari, infirmissimae, scilicet contra nos, *quibus* si nihil aliud, virilis sexus esset. et praecincti certe altius eramus; immo ego sic iam paria composueram, ut si depugnandum foret, ipse cum Quartilla consisterem, Ascyltos cum ancilla, Giton cum virgine

*

tunc vero excidit omnis constantia attonitis, et mors non dubia miserorum oculos coepit obducere

*

'rogo' inquam 'domina, si quid tristius paras, celerius confice; 20
neque enim tam magnum facinus admisimus, ut debeamus torti
perire'

---

1 parte et *om. F*, et *om. AP.* et *fortasse ante* uirguncula *collocandum* 2 idem — intrauerat *om. t, in margine addit G* mimico *Bp* exonuerant *CEFG*, exonuerat *D* 3 inter in *A* uos *P* quam tam *G* imitatio *P* 4 nos *om. G* 5 *tres asterisci in L, unus in pt.* DESVNT *margo L* 6 diuersorio *libri. rectius* deuersorium 7 ulla *L, Memmianus: om. pt* 8 quidem *superscriptum L* *ante* obstupuit *erasum* obsiquis (*ita enim legebam*) *L* 10 emutire *Goldastus* 12 quibus *addidit Douza.* nos qui, si nihil aliud uirilis sexus esset, praecincti certe *ego conieci*, contra quas si *Piccartus*, infirmissimae. si n. a., certe u. s. e. *Rutgersius* scilicet contra nos *delens*, scilicet contra, si n. a., u. s. e. *Barthius* nil *pt* 'uirile secus *ex scriptis unus*' *Boschius* esset] '*al.* sed' *Pithoeus.* quod illis auxiliaretur *margo t addidit explendae sententiae caussa, unde Douza effecit* quibus si nil aliud uirile, sexus esset quod auxiliaretur et *pt*: at *L* 13 imo *L* 14 foret *pt*: esset *L* ipse *superscriptum L* 15 Gniton *L* *duo asterisci in Lt, unus in p.* DESVNT *margo L* 17 oculos oculos coepit *L* obducere *Lp, margo t*: abducere *t* *duo asterisci in L, unus in pt.* DESVNT *margo L* 18 inquam *om. L* 19 tenti *margo t* 20 perire *Lp, margo t*: adire *t*, abire *Sciopius* *duo asterisci in L, unus in pt.* DESVNT *margo L*

*

ancilla quae Psyche vocabatur, lodiculam in pavimento diligenter extendit L

*

sollicitavit inguina mea mille iam mortibus frigida

*

operuerat Ascyltos pallio caput, admonitus scilicet periculosum esse alienis intervenire secretis

*

duas institas ancilla protulit de sinu alteraque pedes nostros alligavit, altera manus

*

Ascyltos iam deficiente fabularum contextu 'quid ergo' inquit 'non sum dignus qui bibam?' ancilla risu meo prodita complosit manus et 'apposui quidem ..... adolescens; solus tamen medicamentum ebibisti.' 'itane est?' inquit Quartilla 'quicquid satyrii fuit, Encolpius ebibit?'

*

non indecenti risu latera commovit

*

‖ ac ne Giton quidem ultimo risum tenuit, utique postquam virguncula cervicem eius invasit et non repugnanti puero innumerabilia oscula dedit LO

---

1 Psiche *t* lodiculam] a *super deleta littera scriptum L* 2 *tres asterisci in L, unus in pt.* DESVNT *margo L* 3 motibus *Ramiresius* *eadem quae u.* 2 *lacunae signa in libris.* DESVNT *margo L* 4 ammonitus *pt* peric. esse al. interuenire s. *LTp*: peric. al. interesse s. *t*, interuenire *ad* interesse *adpositum margo t.* periculosum est alienis interesse secretis *adferunt Vincentius Belu. l. s. et florilegium Parisinum* *asterisci tres uel unus uel duo in Lpt.* DESVNT *margo L* 6 sinu *Lpt*, '*Leid. et tres alii*' *Boschius*: sura *margo t*, *uetus glossarium Pithoei.* '*in ueteri lexico scriptum est* de sura *aitque* institam interdum significare qua manus ligant uel pedes, ut de Lazaro in Euangelio scribitur: prodiit ligatus pedes et manus institis' *Puteanus* 7 *duo asterisci uel unus in libris.* DESVNT *margo L* 8 ego *Goldastus* 9 meo, *non* suo *L* apposui *margo L*: apposuit *libri asteriscum interponunt pt, non L.* *suppleas* inquit, tibi quoque 10 tamen *L*: tantum *pt.* *sententiam sic redintegres* frater tamen tuus solus totum medicamentum ebibit *in quibus* totum *Nodotus inuenit.* apposite equidem, adolescens, solus tantum medicamenti ebibisti *Heinsius* 11 saturei *L. uide fragm. VII* fuit *ex* fuerat *corr. L* Eucolpius *pt*, *sed* Encolpius *in uetere legi testatur Pithoeus* 12 *asteriscum unum inserunt pt, duos L* 13 *post* cõmouit *asteriscos interposuit t.* *coniungit sine ulla lacuna* commouit *cum* ac *p*, *cum* uolebamus *p. 23 u. 1 L, a quo* ac — dedit *absunt* 14 gython *A*, gyton *G* ultimo *BPpt*: ultimus *ACEFGs*, ultimu[s] *D* 16 *asteriscus est in pt*

*

L || volebamus miseri exclamare, sed nec in auxilio erat quisquam, 21 et hinc Psyche acu comatoria cupienti mihi invocare Quiritum fidem malas pungebat, illinc puella penicillo, quod et ipsum satyrio tinxerat, Ascylton opprimebat .

*

ultimo cinaedus supervenit myrtea subornatus gausapina cinguloque succinctus ... modo extortis nos clunibus cecidit, modo basiis olidissimis inquinavit, donec Quartilla balenaciam tenens virgam alteque succincta iussit infelicibus dari missionem

*

uterque nostrum religiosissimis iuravit verbis, inter ***nos*** duos periturum esse tam horribile secretum

*

intraverunt palaestritae complures et nos legitime perfusos oleo refecerunt. utcunque ergo lassitudine abiecta cenatoria repetimus et in proximam cellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant et reliquus lautitiarum apparatus splendidissime expositus. iussi ergo discubuimus, et gustatione mirifica initiati vino etiam Falerno inundamur. excepti etiam pluribus ferculis cum laberemur in somnum, ‘itane est?’ inquit Quartilla ‘etiam dormire vobis in mente est, cum sciatis Priapi genio pervigilium deberi?’

*

cum Ascyltos gravatus tot malis in somnum laberetur, illa 22

---

1 proclamare *conieceram* 2 huic Psiche *t:* hinc *T cum Lp* Quiritium *p* 3 satureo *L*, satyreo *t* 4 Ascylto os opprimebat *Iacobsius. num* oplinebat ? *duo asterisci uel unus in libris*
5 mirtea *L*, murtea *margo L* gausapina *margo t*: gausapia *Lt*, gausapila *p* subcinctus *t. colorem quoque cinguli addiderat Petronius. hiat praeterea constructio orationis* extectis *margo t*, exertis *Putschius*, extritis *Douza*, exsectis *Iacobsius* nos *ex* non *corr. L*
7 balenaciam *L*, ballenatiam *p*, ballenatam *t:* belluatam uenenatam *margo t in quo simul* balenatam *e balenae setis confectam Tornaesius exponit*, balenariam balanatam bellutam *alii. addas* bracteatam *et* brabeuticam
8 *lacunae signa in libris qualia u.* 4 9 inter nos duos *Cuperus:* inter duos *Lpt, Memmianus* 10 *duo asterisci in Lpt* palaestricae *pt*
11 quamplures *libri, quod correxi* legitime *scripsi*: legitimo *Lpt*, lecyti imo *et* lecytino *margo L*, selgitico *Trillerus* 12 utcunque *Lp*, *margo t:* iamque *t* ergo *L:* igitur *pt* cenacula *margo t* 15 discumbimus *t, Memmianus* myrrhistica *Heinsius* inuitati *O. Iahnius*
16 inundamur *pt, margo L:* mũdamur *L*, inundabamur *Memmianus* excepti] *hanc cenae narrationem quamquam non dirupta traditur tamen mutilatam a librariis esse perquam probabile est* 18 *duo unusue asteriscus in Lt, nulla lacuna in p*

quae iniuria depulsa fuerat ancilla totam faciem eius fuligine longa perfricuit et non sentientis labra humerosque sopiti ... onibus pinxit. iam ego etiam tot malis fatigatus minimum veluti gustum hauseram somni; idem et tota intra forisque familia fecerat, atque alii circa pedes discumbentium sparsi iacebant, alii parietibus appliciti, quidam in ipso limine coniunctis marcebant capitibus; lucernae quoque humore defectae tenue et extremum lumen spargebant: cum duo Syri expilaturi [lagoenam] triclinium intraverunt, dumque inter argentum avidius rixantur, diductam fregerunt lagoenam. cecidit etiam mensa cum argento, et ancillae super torum marcentis excussum forte altius poculum caput tetigit. ad quem ictum exclamavit illa pariterque et fures prodidit et partem ebriorum excitavit. Syri illi qui venerant ad praedam, postquam deprehensos se intellexerunt, pariter secundum lectum conciderunt, ut putares hoc convenisse, et stertere tanquam olim dormientes coeperunt. L

iam et tricliniarches experrectus lucernis occidentibus oleum infuderat, et pueri detersis paulisper oculis redierant ad ministerium,
23 cum intrans cymbalistria et concrepans aera omnes excitavit. refectum igitur est convivium et rursus Quartilla ad bibendum revocavit. adiuvit hilaritatem comissantis cymbalistria

*

intrat cinaedus, homo omnium insulsissimus et plane illa domo

---

1 quae inritata iniuria repulsae fuerat *Heinsius*, quae iniuriam repulsa tulerat *incertus apud Hadrianidem*, quae iniuria repulsam tulerat *Hildebrandus ad Apulei met. X 24 p. 947* larga *Iungermannus; maligne suspicabar. an* fuliginea spongia ? 2 sententia *I. F. Gronouius* sopiti . . . onibus *scribere uisum est:* sopitionibus *libri*, supi titionibus *et* sopiti titionibus *margo L*, scriptionib. *et* sopiti *margo t.* sopitis titionibus *Gruterus quo nihil ineptius;* scopionibus *Heinsius idemque Catullo 37, 10 tribuit ubi* scorpionibus sopionibus scipionibus *libri exhibent;* sopitis carbonibus *Hildebrandus l. s.* supini, *non* sopiti, carbonibus *Petronium dedisse existimo* 6 marcebant *pt:* manebant *L* *fortasse* lucernaeque 8 exsiccaturi *I. F Gronouius; ego O. Iahnio auctore seclusi* lagoenam cumque *L* tetigit *scripsi:* fregit *libri.* capiti infregit *uel* impegit *Heinsius. noli suspicari* paene caput fregit 13 posteaquam *L* sē deprēhensos *L*: se deprehensos *pt* 14 hos *Daniel ut* conuenisse *ualeret* conuiuas esse; huc *Bourdelotiana* 15 stertere *libri.* '*lege* stertere *pro* flectere' *Memmius* *post* coeperunt *asteriscum habent pt*, '*non est tamen in u. c.*' *margo t. neque ego lacunam significaui, quia nihil deest, abesse autem non uno loco non nulla inaequabilis et quasi saltuatim procedens narratio arguit* 17 redierant *pt:* redierunt *L* 19 est igitur *transponit L* prouocauit *Ruhnkenius*, inuitauit *Pflugius* 20 commessantis *L*, comessantis *pt.* commissationis *Iacobsius fortasse* cymbalistriae, *ut* cantus *uel tale quid perierit* . *duo asterisci in libris*

L dignus, qui ut infractis manibus congemuit, eiusmodi carmina effudit:

'huc huc convenite nunc, spatalocinaedi,
pede tendite, cursum addite, convolate planta,
femore facili, clune agili et manu procaces,
molles, veteres, Deliaci manu recisi.'

consumptis versibus suis immundissimo me basio conspuit. mox et super lectum venit atque omni vi detexit recusantes. super inguina mea diu multumque frustra moluit. perfluebant per frontem sudantis acaciae rivi, et inter rugas malarum tantum erat cretae, ut putares detectum parietem nimbo laborare. non tenui ego diutius 24
lacrimas, sed ad ultimam perductus tristitiam 'quaeso' inquam 'domina, certe embasicoetan iusseras dari'. complosit illa tenerius manus et 'o' inquit 'hominem acutum atque urbanitatis vernaculae fontem. quid? tu non intellexeras, cinaedum embasicoetan vocari?' deinde ne contubernali meo melius succederet, 'per fidem' inquam 'vestram, Ascyltos in hoc triclinio solus ferias agit?' 'ita' inquit Quartilla 'et Ascylto embasicoetas detur'. ab hac voce equum cinaedus mutavit transituque ad comitem meum facto clunibus eum
LO basiisque distrivit. || stabat inter haec Giton et risu dissolvebat ilia
21 sua. itaque conspicata eum Quartilla, cuius esset puer, diligentissima sciscitatione quaesivit. cum ego fratrem meum esse dixissem,

1 concrepuit *susp. O. Iahnius* *malo* huiusmodi carmina *LTp*: carmen *t* 3 nunc *Lp*: uere *Tolosanus*, *om. t* 5 et *pt*: *om. L* procace *susp. Goldastus* 6 '*uetus exemplar habet* uet. es' *Pithoeus cui* ceuetes *in mentem uenit*, teretes *Barthius* Deliaci manu recisi *dubito num recte siue Scaliger siue Turnebus exposuerit.* deliciae *subesse puto* 7 consumtis *L* 8 lectum nostrum *Petronium opinor scripsisse* recusantes *pt*: recusantem *L* 10 sudantis *margo t cum Lp*: sudantes *t* erat] effluxerat *susp. Mitscherlichius ad Hor. epod. 12, 9* cretae] porriginis *margo t* 12 lacrymas *L* perductus miseriam tristitiam *L* 13 embasicoetam *p et t cuius margo* cinaedum (embasicoetam) ἐμβασικοίτην *habet.* 'embasicoeta (*uel* embasicoetas) qui uel quae frequenter dat basia' *uetus lexicon testibus Pithoeo, Daniele, Bongarsio* 14 uernaculae *Scioppius, I. F. Gronouius*: uernulae *Lpt*, uerniliae *margo L* 15 frontem *Memmianus* intellexeras *pt*: intelligis *LT* embasicoetam *pt* 16 ne *Goldastiana*: ut *libri. non placet* ut c. m. non melius s. meo] modo *T* 17 uostram *Douza*: nostram *libri quod potest glossema uideri* ita ? *p* 20 gyton *BGP*, gython *A*, Gniton *L* disoluebat *A* illia *FG* 21 est *C* 22 suscitatione *P* finxissem *P*

'quare ergo' inquit 'me non basiavit?' vocatumque ad se in osculum adplicuit. mox manum etiam demisit in sinum et pertractato vasculo tam rudi 'haec' inquit 'belle cras in promulside libidinis nostrae militabit; hodie enim post asellum diaria non sumo.' LO

25 cum haec diceret, ad aurem eius Psyche ridens accessit, et cum dixisset nescio quid, 'ita, ita' inquit Quartilla 'bene admonuisti. cur non, quia bellissima occasio est, devirginatur Pannychis nostra?' continuoque producta est puella satis bella et quae non plus quam septem annos habere videbatur, [et] ea ipsa quae primum cum Quartilla venerat in nostram cellam. plaudentibus ergo universis et postulantibus nuptias [fecerunt] obstupui ego et nec Gitona, verecundissimum puerum, sufficere huic petulantiae adfirmavi, nec puellam eius aetatis esse, ut muliebris patientiae legem posset accipere. 'ita' inquit Quartilla 'minor est ista, quam ego fui, cum primum

---

1 'Gnitonem *al. c.*' *post* se *add. margo L* 2 adplicuit *B*: amplicuit *P*, applicuit *reliqui* moxque *P* etiam *BLT*: *om. ACD EFGPst* demisit *ABLTp, margo t*: dimisit *CDEFGPst* pertractato *BLPp, margo t*: pertracto *CDEFGst*, protracto *A*. *ceterum* pertrectato *Petronium dedisse Burmanno assentior* 3 tum *margo t*, tam rude hoc *Lipsius* haec *BLp, margo t ut* mentula *intellegatur conl. cap. 132*: hoc *reliqui* tam rude hoc, inquit, belli *Heinsius* promuside *G* 4 mi litabit *Chevraeus* summo *AF* 5 hoc *BFPpt* anaurem *mutatum ex* adtiurem *P* psy$\overset{h}{c}$e *B*, Ψ. Υ. Χ. Η *P*, ψυχή *ADE* (*in rasura*) *F*, *idem ab alio additum G*, *om. C spatio relicto.* anima psichi *margo A* 6 quid *om. A* *alterum* ita *om. F* tarquilla *F* ammonuisti *P*, monuisti *AF* 7 bellissuma *P* occasio est *BPpt*: est occasio *ceteri* deuirginetur *pt*, deuirginitatem *P* Pannychis *L*: Pannichis *p secundum ueterem*, panichis *B*, parra$\overset{s}{c}$his *P*, panichidis *ACDGst*, Pannychidis *margo t*, panchidis *E*, paniclidis *F* 8 continueque *AEF* producto *C* quia *ABCDEFGst*: quae *cum LPp margines s de coniectura Sambuci et t* vɪɪ *P* 9 annos *omissum in F recentior manus post* habere *margini inscripsit ordinem sic corrigens* haberē annōs et *libri omnes*: *delendum.* ut *coni. Sambucus* primum *BPpt*: *om. ACDEGLs.* primum cum *om. F* 10 in cellam uenerat nostram *inuertunt BPpt* 11 fecerunt *seclusi cum Mommseno. corrigere saltem* facerent *debuerunt* ego] $\overset{o}{g}$ *F* gytona *BG*, gythona *A*, Gnitona *L* 12 petulentiae *B* adfirmaui *B*: affirmaui *reliqui* 13 mulieribus *F pr. m. correctum ab alia m. in margine* pacientiae *B* possit *P* 14 itaque *AFGLs.* '*al.* itane' *Patissonus idque probauit Heinsius* ista *BDPpt*, 'ista *u. c.*' *margo L*: *om. ACEFGLs* primum *om. ADEFGs, in L additum in margine.* primum uirum *om. C*

LO virum passa sum? Iunonem meam iratam habeam, si umquam me meminerim virginem fuisse. nam et infans cum paribus inquinata sum, et subinde procedentibus annis maioribus me pueris adplicui, donec ad hanc aetatem perveni. hinc etiam natum puto proverbium illud, [ut dicatur] posse taurum tollere, qui vitulum sustulerit.' igitur ne maiorem iniuriam in secreto frater acciperet, consurrexi ad officium nuptiale. iam Psyche puellae caput involverat flammeo, iam 26
embasicoetas praeferebat facem, iam ebriae mulieres longum agmen plaudentes fecerant thalamumque incesta exornaverant veste, cum Quartilla quoque iocantium libidine accensa et ipsa surrexit correptumque Gitona in cubiculum traxit.

sine dubio non repugnaverat puer, ac ne puella quidem tristis expaverat nomen nuptiarum. itaque cum inclusi iacerent, consedimus ante limen thalami, et in primis Quartilla per rimam improbe diductam adplicuerat oculum curiosum lusumque puerilem libidinosa

---

1 irritam *ACF et ut uidetur S.* irritam habebam *G* umquam *per* m *BFP* umquam me *BLPp:* me *om. ACDG*, me unquam *reliqui* 2 fuisse *om. F* et *om. ADEFGs* inquina[ta] *G.* iam paribus (*melius* a comparibus) inequitata *O. Iahnius* 3 '*legendum* procedentibus *ex uet. cod.*' *Brassicanus idemque coni. Heinsius:* prodeuntibus *libri* me pueris *om. C* adplicui *BP:* applicui *reliqui* 4 hac *F* huic *P* etiam] et *A* natum puto prouerbium illud *A:* puto natum prouerbium illud *CDEFGst*, puto prouerbium natum illud *BLPp* 5 ut dicatur *BPpt:* dicatur ut *ACDEFG*, dicatum ut *s*, *om. L; ego ut glossam seclusi* taurum posse *inuertit P.* possit *EFs* qui *B*: que *uel* quae *ceteri* substulerit *AF* 6 in scorto *s* frater] super *P* '*alii* consurrexit' *Patissonus* 7 offitium *F* iam *om. ADEFG*, iam Psyche *om. C relicto spatio et sine spatio s* Ψ. Υ. X. H *P*, ψυχή *AFG.* anima psichi *margo A* capud *P* flamme[o] *F*, flammeolo *alii apud Patissonum* iam *om. G* 8 embasico etas *AC*, embasico aetas *DGs et coniunctim E*, embasichoetas *B* face *id est* facere *A* ebyiae *G*, hebyiae *C* mulieris *AF* 9 fecerant *BEPp:* fecerunt *ACDFGLst* talamumque *ABF* incaesta *E*, intesta *F.* ingesta *Scaliger*, iniecta *Heinsius*, intexta *Auratus*, festa *Brouckhusius* exornauerant *BPp:* exornauerunt *ACDEFGLst* cum *scripsi:* tum *libri* 10 quoque iocantium *BLPt:* iocantium quoque *ACDEGps*, uocantium quomodo *sed hoc corr. in* quoque *F.* uocantium *Bituricus* libidine *om. CDG* accẽssa *G* 11 gytona *BG*, gythona *A*, Gnitona *L* 12 sis dubio *P* repugnauit *F* quidem *corr. ex* que *F* 13 nuptiarum nomen *transponunt BLPpt* 14 ante lucem *P* talami *A* imprimis *AGL* 15 diductam *margines Lt:* deductam *BCDGLPpt*, ductam *s*, *om. AEF* adplicuerat *B:* applicauerat *G*, applicuerat *reliqui* pu-|puerilem *F* libidinosa] n *in rasura L*

speculabatur diligentia. me quoque ad idem spectaculum lenta ma- *LO* **nu traxit, et quia considerantium cohaeserant vultus, quidquid a spectaculo vacabat, commovebat obiter labra et me tamquam furtivis subinde osculis verberabat**

*

‖ abiecti in lectis sine metu reliquam exegimus noctem *L*

*

‖ venerat iam tertius dies, id est expectatio liberae cenae, sed *H* **tot vulneribus confossis fuga magis placebat, quam quies. itaque cum maesti deliberaremus, quonam genere praesentem evitaremus procellam, unus servus Agamemnonis interpellavit trepidantes et 'quid? vos' inquit 'nescitis, hodie apud quem fiat? Trimalchio, lautissimus homo, horologium in triclinio et bucinatorem habet subornatum, ut subinde sciat quantum de vita perdiderit.' amicimur ergo diligenter obliti omnium malorum, et Gitona libentissime ser-**
27 **vile officium tuentem usque hoc iubemus in balneo sequi. nos interim vestiti errare coepimus**

immo iocari magis et circulis ludentum accedere, cum subito ‖ videmus senem calvum, tunica vestitum russea, inter pueros ca- *HL* pillatos ludentem pila. nec tam pueri nos, quamquam erat operae pretium, ad spectaculum duxerant, quam ipse pater familiae, qui

---

1 spectabat *t* iniecta manu *Munckerus conl. cap. 133* 2 cohaeserant *scripsi*: haeserant *uel* heserant *libri*, hesant *P*, *in L* ae *correctum ex* ar *uidetur* quicquid *AFGLP* 3 uocabat *B* commoueat *B*, commonebat *P* ualgiter *margo t*, *Goldastiana secundum Fulgentium expos. s. ant. p. 566 (fragm. X)* et *non deest in A* tamquam, *non* tanquam *ABP* fortiuis *P* 4 oculis *AEFPt* *duo asterisci in Lp, unus uacuum uersum implens in t* 5 *asterisci duo in L, tres in pt* tercius *H* id est expectatio liberae cenae *compilator intempestiue hic inseruit explementi caussa, dum meminit aliam saturarum partem in qua referebatur de suprema cena gladiatorum. damnatum enim ad ludum Encolpium fuisse e p. 12 u. 11 didicimus. fallitur autem Prellerus mythologiae rom. p. 441* 8 maesti] incerti *susp. Heinsius* 9 Eunus *fuit cum mallet Heinsius* agamenonis *H* 13 githona *H* 14 usque hoc *est* huc usque *mirum ni dedit* in balneum (balnea *placebat O. Iahnio*): iussis balnearibus assequi *Apuleius dixit met. III 12* 15 interin *H*. interim in uestibulis *aut* in xystis errare *Iacobsius* *lacunam significaui* 16 ymo *H* ociari *Heinsius*, nugari *Iacobsius* ludentum *Heinsius*: ludentem *H* 17 DE CENA TRIMALCIONIS ET LAVTICIIS *margines pt* '*alii* russa' *Scioppius* puellos *L* 18 quanquam *L* 19 precium *HL* induxerant *malebat Heinsius* paterfamilias *t* quia *H*

HL soleatus pila prasina exercebatur. nec amplius eam repetebat quae terram contigerat, sed follem plenum habebat servus sufficiebatque ludentibus. notavimus etiam res novas. nam duo spadones in diversa parte circuli stabant, quorum alter matellam tenebat argenteam, alter numerabat pilas, non quidem eas quae inter manus lusu expellente vibrabant, sed eas quae in terram decidebant. cum has *H* ergo miraremur lautitias, || accurrit Menelaus: et 'hic est' inquit 'apud quem cubitum ponetis, et quidem iam principium cenae vide- *HL* tis'. et iam non loquebatur Menelaus, cum || Trimalchio digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti subiecit. exonerata ille vesica aquam poposcit ad manus, digitosque paululum adspersos in capite pueri tersit

longum erat singula excipere. itaque intravimus balneum, et 28
sudore calfacti momento temporis ad frigidam eximus. iam Trimalchio unguento perfusus tergebatur, non linteis, sed palliis ex lana mollissima factis. tres interim iatraliptae in conspectu eius Fa- *H* lernum potabant, || et cum plurimum rixantes effunderent, Trimal- *HL* chio hoc suum propinasse dicebat. || hinc involutus coccina gausapa lecticae impositus est praecedentibus faleratis cursoribus quattuor et chiramaxio, in quo deliciae eius vehebantur, puer vetulus,

---

1 prasina *H*: sparsina *Lp*, '*scripti complures*' *Heinsii*, sparsiua *t* eam amplius *transponunt Lpt* 2 contingerat *sed deleta altera* n *H* folem *H* 5 quas *Iungermannus* luxu *Lpt*, *Memmianus*. lusu expellentes uibrabantur *margo t*. nisu *O. Iahnius* 6 uibrabant *etiam H* decidebant] *altera* d *ex* b *corr. L* 7 ergo *om. Lpt* miramur *H* lauticias *H* 8 ponetis *Schefferus*: ponitis *H* quidem *scripsi*: quid *H*, quid? *uulgo* 9 etiam nunc *uel* etiamnum *Schefferus Heinsiusque* Trimalcio *Lpt ubique. huic nomini adiciunt Lpt* lautissimus homo. *cf. p. 28 u. 10* 10 ludenti] iubenti *margo t* subiecit *H*: supposuit *Lpt* 11 illa *t*, *non T* uescica *H* paullulum *L* ^b^adspersos ^a^paululum *H*. aspersos *Lpt* *lacunae signum feci*
13 longum — excipere '*exscriptoris, non auctoris*' *esse susp. Puteanus* exigere *malebat Heinsius* *post* excipere *asteriscus in t sed in margine* '*non est nota in u. c.*' *additur* at sudore '*unus ex scriptis*' *Boschii*. et ad sudorem *I. F. Gronouius* 14 calefacti *Lpt*. madefacti *susp. Wouwerius* frigidam] hoc est frigidarium *margo L* 16 mollissima lana *transponunt Lpt* 17 potabant *H*: bibebant *Lpt* 18 hoc suum genium propitiasse *Heinsius* gausappa *pt*. causa polectice *sic H* 19 phaleratis *L* quatuor *H*, IIII *Lpt* 20 chiramasio *H* uehebantur *H*: ferebantur *reliqui*

lippus, domino Trimalchione deformior. cum ergo auferretur, ad *HL* caput eius symphoniacus cum minimis tibiis accessit et tamquam in aurem aliquid secreto diceret, toto itinere cantavit.

sequimur nos admiratione iam saturi et cum Agamemnone ad ianuam pervenimus, ‖ in cuius poste libellus erat cum hac inscri- *H* ptione fixus: 'quisquis servus sine dominico iussu foras exierit, accipiet plagas centum.' ‖ in aditu autem ipso stabat ostiarius prasi- *HL* natus, cerasino succinctus cingulo, atque in lance argentea pisum purgabat. super limen autem cavea pendebat aurea, in qua pica va-
29 ria intrantes salutabat. ceterum ego dum omnia stupeo, paene resupinatus crura mea fregi. ad sinistram enim intrantibus non longe ab ostiarii cella canis ingens, catena vinctus, in pariete erat pictus superque quadrata littera scriptum 'cave canem' et collegae quidem mei riserunt, ego autem collecto spiritu non destiti totum parietem persequi. erat autem venalicium *cum* titulis pictum, et ipse Trimalchio capillatus caduceum tenebat Minervaque ducente Romam intrabat. hinc quemadmodum ratiocinari didicisset, denique dispensator factus esset, omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddiderat. in deficiente vero iam porticu levatum mento in tribunal excelsum Mercurius rapiebat. praesto erat Fortuna cornu abundanti copiosa et tres Parcae aurea pensa torquentes. notavi

---

1 auferetur *H*, adferretur *L*, afferretur *pt*, efferretur *Memmianus*. aufertur *malebat Heinsius* 2 symphomacus *H*, simphoniacis *L*, symphoniacis *pt*. *in libris legitur post* minimis, *huc transposuit Wehlius p. 15* geminis *olim susp. Heinsius*, mimicis *Goldastus* tanquam *L* 4 iam admiratione *transponunt Lpt* agamenone *H* 6 accipiat *malebat Heinsius* 7 autem *om. Lpt* hostiarius *pt* 8 caesarino *Tolosanus* lance *om. H.* uanno *susp. Heinsius* 10 dum ego *transponit t* ad omnia *Heinsius* 12 hostiarii *pt* cathena *HL* pinctus *H* 13 litera *L* CAVE CAVE CANEM *Lpt, Memmianus* mei quidem *transponit H* 15 aut *H* uenalitium *L* cum *addidi ex coni. Burmanni* 16 romam *H*: tema *L*, tenia *pt*, taenia *margo t*, temena *uetus Pithoei.* regiam *I. F. Gronouius*, moenia *Heinsius*, coloniam *Studerus in obseruationibus criticis Bernae a. 1839 publicatis p. 7.* Minerua dictante thema citabat *aut* iterabat *Iacobsius* 17 intrabat *Hpt*: uitabat *L*, citabat *margo L.* itabat *Schefferus* huic *t* ratiocinari incepisset didicisset *L* denique *scripsi:* deinque *H*, deinde *t*, dein *Lp*, '*alii codices*' *Heinsii* 18 scriptor *t* 19 'in *praestiterit abesse, ni mauis* hinc' *Heinsius* merito *t* 20 rapiebat *H*, *Richardus*: capiebat *Lpt* 21 habundanti *H* copiosa *suspectum Goesio*, cum cornu copioso *Wehlius p. 16 delens* abundanti

HL etiam in porticu gregem cursorum cum magistro se exercentem. praeterea grande armarium in angulo vidi, in cuius aedicula erant Lares argentei positi Venerisque signum marmoreum et pyxis aurea non pusilla, in qua barbam ipsius conditam esse dicebant . . .

interrogare ergo atriensem coepi, quas in medio picturas ha-
H berent. 'Iliada et Odyssian' inquit ‖ 'ac Laenatis gladiatorium munus'. non licebat multaciam considerare . . . 30

HL nos ‖ iam ad triclinium perveneramus, in cuius parte prima procurator rationes accipiebat. et quod praecipue miratus sum, in postibus triclinii fasces erant cum securibus fixi, quorum unam partem quasi embolum navis aeneum finiebat, in quo erat scriptum: 'C. Pompeio Trimalchioni, seviro Augustali, Cinnamus dispensator.' sub eodem titulo etiam lucerna bilychnis de camera pendebat, et duae tabulae in utroque poste defixae, quarum altera, si bene memini, hoc habebat inscriptum: 'III. et pridie kalendas Januarias C. noster foras cenat'; altera lunae cursum stellarumque septem

---

1 cursorium *Memmianus.* cirratorum *Heinsius* 3 Pares *in libro suo Memmius uidetur inuenisse* Paridis *coniciens* marmoreum positum et *H mutatum in* politum *a Iac. Gronouio* pixis *pt,* pissis *H* 4 *lacunam significaui: de atrio enim aliisque picturis commemorauerat scriptor* 5 ergo *H:* ego *Lpt* medio *H:* medica *pt,* Medica *L cuius margini Scaliger* bracatis illita Medis (*Persii III 53*) *inscripsit;* media (porticu) *margo t.* aedicla *Heinsius, ineptiora alii* 6 Odyssiaan *L:* Odysseam *pt,* odixeam *H* lenatis *H:* Maecenatis *Burmannus,* laeua bis *Schefferus* 7 multaciam *mutilate H:* multa ad aciam *uel* per otium multa *Heinsius,* multa etiam *Schefferus,* multas iam *Antonius,* me illas iam *Studerus p. 8,* mi ultra eam *Goesius,* multo otio nunc *Hildebrandus ad Apulei met. III 3 p. 157,* multiciam *incertus apud Orellium p. 3* τὰ πολύμιτα ἐκεῖνα *interpretatum,* tam multa actutum *uel* ad tam multa aciem conuertere *Iacobsius. expectas aliquid huiusmodi* simul omnes lautitias *lacunam posui quia* nos *in primo enuntiato collocatum antea aliorum quorundam mentionem incidisse persuadet.* nam nos ad *Heinsius* 8 ueneramus *Lpt. post id uerbum* emensa porticu atrioque *intercidisse perperam Heinsius existimabat* 9 procursator rationis *cum uetere Pithoei Lt emendatum in margine L et a Pithoeo* 10 fasses *H* imam *p, Lipsius. contra ego summam intellego* 11 embulum *H* aeneum *Lpt:* tieum *Keilius,* neum *Bursianus,* treum *Lucius enotauit ex H.* aereum *Schefferus* 12 G. *pt:* CN. *HL.* Caio nostro *Heinsius et Orellius* seuiro *H:* VIRO *Lt,* uiro *uetus Pithoei;* VI VIRO *p, margo L* 13 etiam *Lpt:* et *H* bilynchis *H,* bilignis *Memmianus* 14 *malo* erant et 15 p̃die *H,* PRID. *L* KAL. IAN. *Lpt* 16 G. *Lpt:* cum *H explicatum a Scheffero monstruose* Cum Voto Memoriae *uel* Contra Votum Memoriae

imagines pictas, et qui dies boni quique incommodi essent, distinguente HL bulla notabantur.

‖ his repleti voluptatibus cum conaremur in triclinium intrare, H exclamavit unus ex pueris, qui super hoc officium erat positus: 'dextro pede'. sine dubio paulisper trepidavimus, ne contra praeceptum aliquis nostrum limen transiret. ‖ ceterum ut pariter movimus HL dextros gressus, servus nobis despoliatus procubuit ad pedes ac rogare coepit, ut se poenae eriperemus: nec magnum esse peccatum suum, propter quod periclitaretur; subducta enim sibi vestimenta dispensatoris in balneo, quae vix fuissent decem sestertiorum. retulimus ergo dextros pedes dispensatoremque in atrio aureos numerantem deprecati sumus, ut servo remitteret poenam. superbus ille sustulit vultum et 'non tam iactura me movet' inquit 'quam neglegentia nequissimi servi. vestimenta mea cubitoria perdidit, quae mihi natali meo cliens quidam donaverat, Tyria sine dubio, sed iam semel lota. quid ergo est? dono vobis eum.'

31 obligati tam grandi beneficio cum intrassemus triclinium, occurrit nobis ille idem servus, pro quo rogaveramus, et stupentibus spississima basia impegit gratias agens humanitati nostrae. ad sum-

---

foris *conl. cap. 10 Burmannus. dicebant* foras *et* foris *sic ut* ad *et* apud aliquem cenare coenauit *Brouckhusius* VII *L*, VII *pt*

1 *ante* et *kalendarii mentio intercidisse uidetur* 2 tabula *uel* pullo *Heinsius* 3 uolutatibus *sed* p *manu rec. superscr. H* 4 supra *H* 6 limen *non abest ab H* pariter *H: om. ceteri* 7 dispoliatus *Lpt* ad *H;* ante *Lpt* 8 ac *HL:* et *pt* 9 uestimenta sibi *transponuni pt* 10 decem sexterciorum *H*, x HS *uetus Pithoei 'non superducta uirgula quae millenarii nota fuit' p, item t in medio uersu ita ut a* Retulimus *nouus uersus incipiat*, X sestertiorum *L* 11 in atrio *scripsi*: in precario *Ht et coniunctim Lp.* prec *natum est ex* deprecati. ἀπαραιτήτως *et* in Praetorio *margo L*, in primore atrio *Heinsius*, in prooecario *Oriolius qui notulas in cenam scripsit Lononiae a. 1823 p. 7*, in primo cauaedio *Hildebrandus ad Apul. met. XI 21 p. 1065*, in ostiario *uel* quinque uestiario *Iacobsius*, inpracsentiarum *Haasius p. 19*, *reliquorum conamina tacere praestat* numerantem, *non* mirantem *H* 12 ut *om. Lpt* superbius *susp. Heinsius*, superbum *Douza f.* 14 accubitoria *cum Lipsio Heinsius* cenatoria *cogitans* 15 donauerat cliens quidam *transponunt Lpt* donanauerat *H teste Bursiano* uera *ante* Tyria *add. Wehlius p. 11*, Tyria sane dibapha *Marklandus*, Tyria sine eluuie *Pontanus* iam] tantum (nempe non dibapha) *margo t*, haud *Lipsius*, ea *Gonsalius. intellegas lota a fullone* 16 quicquid *p*, *non uetus Pithoei* eum *om. Lpt.* reum *perperam Heinsius* 19 spississima basia stupentibus *transponunt Lpt* ad summam *dubites an loquenti seruo adtribuenda sint*

HL mam 'statim scietis' ait 'cui dederitis beneficium. vinum dominicum ministratoris gratia est'

*

tandem ergo discubuimus, pueris Alexandrinis aquam in manus nivatam infundentibus aliisque insequentibus ad pedes ac paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus. ac ne in hoc quidem tam molesto tacebant officio, sed obiter cantabant. ego experiri volui, an tota familia cantaret. itaque potionem poposci; paratissumus puer non minus me acido cantico excepit. et quisquis aliquid rogatus erat ut daret . . . . . pantomimi chorum, non patris familiae triclinium crederes. adlata est tandem gustatio valde lauta; nam iam omnes discubuerant praeter ipsum Trimalchionem, cui locus novo more primus servabatur. ceterum inter promulsidaria asellus erat Corinthius cum bisaccio positus, qui habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras. tegebant asellum duae lances, in quarum marginibus nomen Trimalchionis inscriptum erat et argenti pondus. ponticuli etiam ferruminati sustinebant glires melle ac papavere sparsos. fuerunt et tomacula super craticulam argenteam ferventia posita, et infra craticulam Syriaca pruna cum granis Punici mali.

---

1 inq̄t ait *L*   *integrum haec sententia uersum efficit*   2 gratiam *Memmianus*   *asteriscum interponit t: nulla lacuna in HLp*   3 aquam manibus *Memmianus*   4 niũatam in m̃anus *L*   uiuatam *H*   pedes ac *Lpt:* ped   ad *cum uacuo aliquot litterarum spatio H unde* ad pedum curam *uel* ad pedes curandos *Heinsius proposuit.* '*codex Scaligeri aliique e scriptis* pedes et' *errore opinor idem testatur*   paronychia *Hp et margines Lt:* paronicia *Lt*   5 tum *p*   6 tacebat *H*   cantabat *H*   ergo *maluit Heinsius*   7 itaque ut *Heinsius*, et ut aquae *Iacobsius Suetonii Oth. 11 et Vit. 14 comparans*   potionem poscae poposci *Orellius p. 4*   posti *H*   paratissimus *Lpt:* parati sumus *H*   8 arido *margo t.* acido ac *Burmannus*, calida ac cantico *susp. Iacobsius*   *apparet periisse* simul cantabat   9 panthomimichorum *H:* pantomimorum *ceteri*   10 credens *L*   allata *Lpt:* alta *H*, ablata *Memmianus*   tandem *Heinsius:* tamen *H quamquam Bursiano tum uisum est*, tum *Lpt cum Memmiano*   laudata iam '*codex uetus*' *nescio cuius*   iam omnes iam *H.* omnes iam *transposuit Antonius* discubuerunt *L*   11 ipsum *Lpt:* unum *H*   nouomorae *Memmianus*   12 inter promulsidaria *scripsi:* in promulsidari *HLp Memmianus*, in promulsi dari *et in margine* promulside danda *t.* in promulsidariis *Lipsius*, in promulsidario *Daniel*, in promulsidare *Palmerius*   13 bisaccio *L* (b *corr. ex* p) *pt Memmianus:* bisactio *H*, bisatrio *Tolosanus*, Bysantio *margo t*   16 ac *H:* et *ceteri*   17 tomacula *p, margo L:* tumatula *L Memmianus*, thumatula *H*, trimatula *et in margine* trimetalla *t*   super *quod ex H enotabatur restitui, sed is cum ceteris habet* supra   craticula *an* craticulã *in H*

32 in his eramus lautitiis, cum ipse Trimalchio ad symphoniam *HL*
allatus est positusque inter cervicalia minutissima expressit impru-
dentibus risum. pallio enim coccineo adrasum incluserat caput
circaque oneratas veste cervices laticlaviam inmiserat mappam fim-
briis hinc atque illinc pendentibus. habebat etiam in minimo digito
sinistrae manus anulum grandem subauratum, extremo vero arti-
culo digiti sequentis minorem, ut mihi videbatur, totum aureum,
sed plane ferreis veluti stellis ferruminatum. et ne has tantum
ostenderet divitias, dextrum nudavit lacertum armilla aurea cultum
33 et eboreo circulo lamina splendente connexum. ut deinde pinna
argentea dentes perfodit, 'amici' inquit 'nondum mihi suave erat in
triclinium venire, sed ne diutius absentivos morae vobis essem.
omnem voluptatem mihi negavi. permittetis tamen finiri lusum.'
sequebatur puer cum tabula terebinthina et crystallinis tesseris, no-
tavique rem omnium delicatissimam. pro calculis enim albis ac ni-
gris aureos argenteosque habebat denarios. interim dum ille omnium
textorum dicta inter lusum consumit, gustantibus adhuc nobis

---

sit non liquet argenteam feruentia *scripsi:* feruentia argenteam *libri. hunc ordinem* feruentia supra craticulam argenteam posita *Tornaesius commendauit* 18 et *om. Lpt*

1 lauticiis *H* simphoniam *H* 2 inter *H:* in *Lpt* munitissima *H.* tumidissima *susp. Iacobsius* 3 coccino *Lpt* incluserat *Lpt:* excluserat *H,* inclusus erat *Memmianus* 4 circhaque *H* laticlauiam immiserat *Lpt:* laticlauia in eis erat *H* 5 atque hinc illinc *L* 'dependentibus *rectius dixisset*' *Heinsius* 6 *fortasse* in extremo 8 uelut *Lpt* 9 dexterum *t* 10 conexo *scribendum censeo,* conexis *Wehlius p. 12.* laminae splendenti *incertus aliquis* et *margo t* pinna *H:* spina *ceteri* 11 nundum *H* 12 triclinium absens more uobis uenire sed ne diutius absenti uos essem, uoluptatem *H in quo et* absens *glossa uerbis scriptoris inserebatur et* more uobis *utpote addita in margine non suo loco collocabantur: emendauit Heinsius.* triclinium uenire sed ne diutius absentius essem, omnem uoluptatem *L cum Memmiano, item p qui* absentiuus *habet et t qui* diutius *omisit set margini* diutius absens *inscripsit.* omnem *mihi suspectum,* uoluptatem omnem *transposuit Heinsius* 13 permittetis *t:* permittitis *Lp,* permititis *H* iniri *Cuperus,* fieri *Reinesius* 14 terebintina *HL* cristallinis *H* 15 omnem *t sed in margine* omnino *et* omnium enim] eñ *H* albis *deest in H* ac *H:* aut *pt, Memmianus.* albis nigrisq. *correctum in* albis aut nigris *L* 16 őmnium i͂lle *L.* omnia *uere puto Heinsius* 17 textorum dicta inter *H:* testorum * inter *L,* * testorum inter *p,* testarum inter *t.* omnium numerum tesserarum, officium sectorum inter luxum, omnium scriptorum *uel* testorum iter lusu, omnium testorum electa *nugabantur partim etiam post inuentum H.* textorum *seruabat Heinsius.* tonsorum *uel* lusorum *Burmannus,* pistorum *Reiskius,* fossorum *Iacobsius,*

HL repositorium allatum est cum corbe, in quo gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales esse solent quae incubant ova. accessere continuo duo servi et symphonia strepente scrutari paleam coeperunt erutaque subinde pavonina ova divisere convivis. convertit ad hanc scaenam Trimalchio vultum et 'amici' ait 'pavonis ova gallinae iussi supponi. et mehercules timeo ne iam concepti sint; temptemus tamen, si adhuc sorbilia sunt.' accipimus nos cochlearia non minus selibras pendentia ovaque ex farina pingui figurata pertundimus. ego quidem paene proieci partem meam, nam videbatur mihi iam in pullum coisse. deinde ut audivi veterem convivam: 'hic nescio quid boni debet esse', persecutus putamen manu pinguissimam ficedulam inveni piperato vitello circumdatam.

iam Trimalchio eadem omnia lusu intermisso poposcerat fece- 34
ratque potestatem clara voce, si quis nostrum iterum vellet mulsum sumere, cum subito signum symphonia datur et gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur. ceterum inter tumultum cum forte parapsis excidisset et puer iacentem sustulisset, animadvertit Trimalchio colaphisque obiurgari puerum ac proicere rursus parapsidem iussit. insecutus est lecticarius argentumque inter reliqua purga-

---

ludionum *uel* aleatorum *Hildebrandus ad Apul. flor. 18 p. 83*, Sextorum *Studerus p. 8 nomine Sestiano abusus. addas* praetextatorum, praestigiatorum, Atellanarum consummit *H*

1 repositorum *H* orbe *L correctum in margine.* corte *falso hinc enotatum in lexicis non nullis* qua *Lpt*, *Memmianus* 2 esse solent *deest in H* incubant *HL*, *margo t:* incumbunt *pt cum Memmiano*, '*in u. c.* incumbunt' *margo L* 3 simphonya *H* adstrepente *malo cum Heinsio* 5 scenam *H*, *Richardus:* caenam *L*, cenam *pt* uultum Trimalcio *transponunt Lpt* 6 iam *superscriptum in L* concepti *H:* concepta *ceteri. pullos cogites* temptemus *pt* 7 tamen] igitur *margo t* sint *Memmianus.* sorberi possunt *addit H* coclearia *L*, noclearia *H* 8 selibras *H:* sex libras *pt*, sex lib *L.* selibram *iam Gruterus coniecerat* 9 mihi *om. H* 10 *potest* dicentem *ante* hic *intercidisse* 12 piperatio *t*, *non T.* uitello *H*, *margo L:* uitelio *t*, uitellio *Lp.* pro uitello *margo t* circumdatam *H:* piperatam *ex* piperato *natum ceteri.* opiparatam *margo L ex coni. Scaligeri*, praeparatam *Munckerus*, opertam *uel* coopertam *Antonius* 15 simphonia *H* 16 'etiam parapsis in u. c. legitur' *sic margo t* parasis *H* 17 substulisset *L* 18 obiugari *H*, obiurgare *Lpt* proiicere *libri* prorsus *set in margine eadem manu* rursus *H* parasidem *Hp* 19 insecutusque *Lpt inconcinne nisi alia interciderunt* supellecticarius *Douza*, analecta micarius *Heinsius*, analecta uicarius *Iacobsius*, analectarius *Burmannus*, lectuarius *Barthius. mirum sane si lecticarius hoc officio fungitur quod analectae aut tricliniarii fuisse putes*

menta scopis coepit everrere. || subinde intraverunt duo Aethiopes *H*
capillati cum pusillis utribus, quales solent esse qui harenam in amphitheatro spargunt, vinumque dedere in manus; aquam enim nemo porrexit.

|| laudatus propter elegantias dominus 'aequum' inquit 'Mars *HL*
amat. itaque iussi suam cuique mensam assignari. obiter et putidissimi servi minorem nobis aestum frequentia sua facient.'

statim allatae sunt amphorae vitreae diligenter gypsatae, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: 'Falernum Opimianum annorum centum.' dum titulos perlegimus, complosit
Trimalchio manus et 'eheu' inquit 'ergo diutius vivit || vinum quam *H*
homuncio. quare τέγγε πνεύμονας faciamus. vita || vinum est. *HL*
verum Opimianum praesto. heri non tam bonum posui, et multo honestiores cenabant.' potantibus ergo et accuratissime lautitias

---

1 euerrere *Goesius:* uerrere *libri* etiopes *H* 2 ut tribus *H* quis *uel* quibus *susp. Schefferus* in amphitheatro *immerito suspecta Wehlio p. 17* 3 defudere *susp. Heinsius* 5 elegantiast *Memmianus* Aequum *L, margo t:* Equum *pt cum H* 6 iussi *scripsi cum Burmanno:* iussit *H*, iussit senex *Lpt* sua *ex L enotauit Mommsenus, non Heinsius aut ego* obiter et pudissimi *H*, obiter ei p̄dissimi *L*, obit ei p̃dissimi '*uet. Benedict. exemplar*' *a Pithoeo memoratum qui Tolosanum* obiter *habere testatur*, obĩt ei p̃dissimi *p*, obiter ei praedissum *t:* enim perditissimi *margo L*, et per discessum *margo t.* putidissimi *Heinsius*, paedidissimi *Schefferus* 7 sua frequentia *transponunt Lpt.* sublata *pro* sua *margo t.* infrequentia sua *praeeunte Grutero Tilebomenus*
8 uĩtreae añforae *L* gipsate *aut* gipsatae *Hpt* 9 pittratia *et in margine* pittracia *H.* πινάκια *Memmius* 11 cheu *Heinsius*: heheu *H*, heu *Lpt* *ita H.* *repetitum* uinum *effecit ut media intercidera in* (esse) *Lpt*: uiuit uerum est ⸸ uinum Opimianum *L cuius margo* uiuito *et crucis signum exhibet*, uiuit. uerum est uinum opimianum *pt* 12 τέγγε πνεύμονας *hic et in cap. 73 cum Munckero Crusio Iahnioque restitui. principium nobilissimi cantici Alcaei (fr. 39 p. 715 collectionis Bergkianae) in prouerbium abiisse intellegas, quamquam uix dubitare licet quin non ipsis illis uerbis usi sint homines imperite graecissantes qualis Trimalchio describitur sed corripiendo in unum ea immutauerint:* tangomenas *H.* τέγγω μῆνας *mire Heinsius*, τεγγομένους *Reinesius*, tengomenos nos *Vorstius*, τέγγωμεν ἡμᾶς ac uiuamus *Iacobsius qui seruare* faciamus *poterat*
uinum uita est *fortasse recte Goesius.* uitale uinum est *et* auitum ac uinum uerum esse Opimianum *fuit cum Heinsius legeret* esse *mutuatus ab Scaligero* uinum *et* uerum *sedem suam commutasse in Lpt ad u.* 11 *adnotaui. hos secutus Iacobsius* uerum et genuinum Opimianum *tentauerat* 13 bonum *ut* u *ex* a *corr. uideatur L* 14 curatissime *H.* accuratissimas *Goldastiana. post hoc uocabulum* nobis *addunt libri* lauticias *H*

HL mirantibus larvam argenteam attulit nobis servus sic aptatam, ut articuli eius vertebraeque luxatae in omnem partem flecterentur. hanc cum super mensam semel iterumque abiecisset, et catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalchio adiecit:

'eheu nos miseros, quam totus homuncio nil est.
sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.
ergo vivamus, dum licet esse bene.'

laudationem ferculum insecutum est plane non pro expectatione magnum; novitas tamen omnium convertit oculos. rotundum 35
enim repositorium duodecim habebat signa in orbe disposita, super quae proprium convenientemque materiae structor imposuerat cibum: super arietem cicer arietinum, super taurum bubulae frustum, super geminos testiculos ac rienes, super cancrum coronam, super leonem ficum Africanam, super virginem steriliculam, super libram

---

1 nobis *L*: *om. Hpt. altera haec emendandi uia patebat* potantibus ergo nobis et accuratissime lautitias — attulit seruus aptatam *H*: aptam *ceteri* 2 luxatae *Heinsius*: laxate *H*, locatae *Lpt* uerterentur *natum ex* uertebrae *H* 3 semel atque iterum *Memmianus* abiecissent *H* ut *Iahnius* cathenatio *HL* 4 aliquot cas figuras *L*
5 *tres hos uersus excerpsere florilegium Parisinum, Vincentius Belu. l. s., Iacobus Magni Zophil. VII 1* eheu *Heinsius*: heheu *H cum florilegio*, heu heu *Lpt cum Vincentio et Iacobo* '*alii* quia' *Patissoniana* '*in u. c. pro* totus coecus *exaratum legebatur*' *Douza post hunc u. tres asteriscos in L interposuit Scaliger*, quam fragilis tenero stamine uita cadit *aut consimilem uersum interponendum putauit Tornaesius*, quam uitae humanae gloria tota breuis *lusit Scriuerius. Trimalchioni conuenire hanc uersuum inaequabilitatem et cap. 55 ostendit et carmina compluria in sepulcris plebeiorum hominum inscripta* 6 nil erimus *florilegium, Vincentius, Iacobus* Orchus *H* 7 *hunc uersum qui in H prosae orationi adiungitur non esse Petronii Richardus sibi persuaserat* estque *Douza. post* esse *interpungit H* 8 laudationem *cogites poetae Trimalchionis per conuiuas factam.* lauationem *Iacobsius* est insecutum *transponit H* 10 repositorium enim rotundum *transponunt Lpt* $\overline{\text{XII}}$ *L*, XII *pt* orbem *minus recte Casaubonus Heinsiusque* superque *libri*. super quoque (*uel* superque quo cuique) *Heinsius* 11 conuenientem quam *H*. materiae *est* ὑποθέσει *signorum, itaque non opus est* materia *scribere.* superque proprium cuique conuenientisque materiae *susp. Iacobsius* 12 aretinum *H* bubulae *margines Lt cum H*: bubale *Lpt* frustrum *H*
13 ac rienes *HLpt*, *uetus Pithoei*: acriones *Memmianus unde* renes *Memmius restituit*, aetienes *Tolosanus.* ac lienes *Daniel de corona quae hariolabantur ante inuentum H, ea nunc expedita sunt capite 39. quamquam etiam Studerus p. 9* coronam '*audacter mutari*' *in* carcinum *iussit* africanum *H* 14 steriliculam *H* (sterilicula *idem teste Bursiano*) *h. e. uuluam sterilem de uirgine porca:* stericulam *LTp*, sericulam *t.* '*al.* ficedulam' *margo t*, stericulam *Reinesius hystericulam, paruam* ὑστέραν *in-*

stateram in cujus altera parte scriblita erat, in altera placenta, || super H
scorpionem pisciculum marinum, || super sagittarium oclopetam, HL
super capricornum locustam marinam, super aquarium anserem, super pisces duos mullos. in medio autem caespes cum herbis excisus favum sustinebat. circumferebat Aegyptius puer clibano argenteo panem

atque ipse etiam taeterrima voce de Laserpiciario mimo canticum extorsit. nos ut tristiores ad tam viles accessimus cibos, 'sua-
36 **deo' inquit Trimalchio 'cenemus; hoc est ius cenae'. haec ut dixit,**
ad symphoniam quattuor tripudiantes procurrerunt superioremque partem repositorii abstulerunt. quo facto videmus infra [scilicet in altero ferculo] altilia et sumina leporemque in medio pinnis subor-

---

terpretabatur olliculae siluiculaeque formationes comparans, hystriculam *Iahnius*, rusticulam *uel* histriculum *Wouwerius*, triglam *Iacobsius*

1 sciribillita *H* super scorpionem pisciculum marinum *interciderunt in Lpt. deesse* super scorpium eiusdem nominis piscem *Tornaesius coniecerat* 2 scorpionem *bis poni iussit Schefferus et delens* marinum *Iacobsius.* scorpionem *σκορπίον Studerus p. 9* isicium marinum *uel* cammarinum *Heinsius* sagitarium *H* oclopetam *H et apte quidem uocabulum ab oculis et petendo deductum uidetur sagittario conuenire, etsi cibum quem illud significet ignoramus. ocliferia ab Seneca uocata epist. mor. IV 4 (33) 2 Ribbeckius meus comparauit:* odopetam *Lpt*, odepetum *Memmianus*, adopetam *Tolosanus.* otopetam *Puteanus et Wouwerius secundum glossam 'ὠτοπετής auritus' ut lepus uel otus uel canis uenaticus intellegeretur*, ocypoda *uel* scolopacem *Heinsius*, octopoda *loliginem sagittae modo uolitantem Studerus p. 9*, dasypoda *Munckerus*, alopecam *Schefferus* 3 capri cornua *Lp:* capricornum *etiam margo L. huic uerbo adiungit H* in quo cornua erant *glossam manifestam: male tuebantur haec Schefferus* qua *corrigens et Orellius p. 4* in *delens, ille ut ad locustam referrentur, hic ut* quo *pro* ubi *esset* locusta marina *H* 4 mulos *pt* caespes *sic L* 5 circunferebat *Lt* 6 *lacunam significaui: cantabat puer, laudauit eum Trimalchio atque ipse etiam cecinit* 7 deterrima *uidebar mihi in L legere.* tenerrima *Wouwerius* de laserpiciario Mimo *L:* de Laserpiciario minio *t*, de laserpiciario minio **p*, delaserpiciariomino *in contextu et in margine H.* laserpitio et minio *margo t. unica haec illius mimi notitia (de nomine cf. Catularium Centonariumque Laberii) qua simul euincitur ne mimis quidem defuisse cantica* 8 extorsit *H:* extorquet *Lpt*, intorquet *margo t* 9 ius *Lpt:* in *H*, in ius *'uetus codex Britannicus' Palmerii, Memmianus.* initium *Reiskius quem Wehlius p. 17 secutus haec uerba pro interpretamento librarii habuit*, huius *Goesius*, in cenam *Burmannus*, encaenia *Orellius p. 4*, hic est mos cenae *Antonius*, hoc stimulum *uel* hic stimulus cenae *Iacobsius. credibile est ludere Trimalchionem et iusculum tanquam irritamentum stomachi ad cenam et iustam necessitatem cenandi declarantem* 10 simphoniam *H* quatuor *H*, $\overline{\text{IIII}}$ *L*, IIII *pt* 11 scilicet in altero ferculo *om. p. sunt autem glossatoris* 12 fercula *H* pinnis *H*: pennis *ceteri. cf. Apuleius met. XI 8*

HL natum, ut Pegasus videretur. notavimus etiam circa angulos repositorii Marsyas quattuor, ex quorum utriculis garum piperatum currebat super pisces, qui tamquam in euripo natabant. damus omnes plausum a familia inceptum et res electissimas ridentes aggredimur. non minus et Trimalchio eiusmodi methodio laetus 'Carpe' inquit. processit statim scissor et ad symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium, ut putares essedarium hydraule cantante pugnare. ingerebat nihilo minus Trimalchio lentissima voce: 'Carpe, Carpe'. ego suspicatus ad aliquam urbanitatem totiens iteratam vocem pertinere, non erubui eum qui supra me accumbebat, hoc ipsum interrogare. at ille, qui saepius eiusmodi ludos spectaverat, 'vides' inquit 'illum qui obsonium carpit: Carpus vocatur. itaque quotiescunque dicit "Carpe", eodem verbo et vocat et imperat.'

non potui amplius quicquam gustare, sed conversus ad eum, 37
ut quam plurima exciperem, longe accersere fabulas coepi sciscitarique, quae esset mulier illa quae huc atque illuc discurreret. 'uxor' inquit 'Trimalchionis, Fortunata appellatur, quae nummos modio metitur. et modo, modo quid fuit? ignoscet mihi genius tuus, noluisses de manu illius panem accipere. nunc, nec quid nec quare,

---

1 et circha *H*   2 Marsias *t*   quatuor *H*, IIII *L*, IIII *pt*   ex quorum *om. L*   utriculis *Hp*: int'culis *L*, interculis *T*, int culis *t*, intriculis *Tolosanus*. 'inticulis *uetus, non* utriculis' *Pithoeus*. in ueretriculis (ueretillis) *margo L*, interulis *margo t*   quarum *t unde* aquatum curr. *margo t*, *sed* garum *etiam T*. '*al.* aquarum' *Patissoniana*   3 qui tamquam in *scripsi, item Wehlius p. 12:* quiq; *H quod* quicunque *interpretabantur*, qui in *ceteri*   natabat *H*   4 coeptum *Lpt*   adgredimur *pt*   5 methodio *HLp*: methodo *sed in margine* '*methodio, transitu*' *t*, metod. μετῳδ. *margo L*   6 simphoniam *L*   gesticulatus ita *transponit H et ut margo t testatur Pithoeus*   7 esse darium *H coniuncta a I. F. Gronouio*: Darium *Lpt*   hidraule *H*   8 tentissima *Ramiresius*, lenissima *Goldastus*   Carpe *alterum om. Lpt*   9 ad *om. H*   tociens *H*: toties *ceteri*   10 supra me *Hpt*, *margo L*: supreme *L*   accũbebat *corr. ex* accubabat *L*   12 illum inquit *transponit H*   carpit] *hoc et similia enuntiata uulgo per interrogationem efferi putant praeter naturam talis sermocinationis*   13 *post* imperat *lacunae signum habet cum Memmiano t*, '*deest aster. in u. c.*' *margo t*   14 iam amplius *Iahnius*   15 quam *om. Lpt*   accersere *HL Memmianus*: arcessere *pt*   tabulas *in suo libro legerat emendauitque Memmius*   sciscitarique quae *Lpt*: sciscitari que *H*   16 illa mulier *transponunt Lpt*   discureret *H*, discumberet *Memmianus*   17 *fortasse* Trimalchionis (est) quae] atque *adscripsit Iacobsius*. *idem susp.* quia nunc. *ego deleri malo*   18 modo modo *H*: modo *ceteri*   19 eius *Lpt*   qui *Goesius*, nec scit quare *Marcilius Horatii interpres*

in caelum abiit et Trimalchionis topanta est. ad summam, mero HL meridie si dixerit illi tenebras esse, credet. || ipse nescit quid habeat, H adeo saplutus est; sed haec lupatria providet omnia et ubi non putes. est sicca, sobria, bonorum consiliorum [tantum auri vides], est tamen malae linguae, pica pulvinaris. quem amat, amat; quem non amat, non amat. ipse Trimalchio fundos habet, qua milvi volant, nummorum nummos. argentum in ostiarii illius cella plus iacet, quam quisquam in fortunis habet. familia vero babae babae, non mehercules puto decumam partem esse quae dominum suum

---

1 caelum *sic H* ascenderit abiit *L*, subiit *margo t* topanta *libri:* τὸ πᾶν ca. Victor. vel τὰ πάντα *margo L*, hierophanta *margo t*. topanta *non mutaui quia* τὸ πάντα *apud semigraecos illos pro substantiuo fuisse uidetur, alioquin corrigi* Trimalchioni τὰ πάντα *debebat quod solus Heinsius perspexit. datiuus enim, non genetiuus adhibetur in hac formula cuius antiquissimum exemplum Herodotus I 122 praebet* 2 *post* credet *tres asteriscos habent Lp, unum t. uacuo uersu interiecto pergunt in cap. 55* 3 saplutus ζάπλουτος *antique ut Setus et sona pro Zetho zonaque* Lupatria *H. sententiae maxime conuenit uocabulum ad uisum spectans, potest autem ut lupatria uel lupacria apud rusticos superstitionibus obnoxios illud ualuerit quoniam acute cernere lupi atque in Italia uisus eorum noxius esse credebatur. itaque si liceat* λυκόφθαλμον *interpretari, primam saltem illius uerbi partem seruemus. an* λυκάνθρωπος *significatur, uersipellis quae incognita appáreat?* eupateria *post Reinesium Iacobsius h. e.* εὐπατέρεια *Homericum quod latinitate Lucilius donauerat*, lupa ebrio *Schefferus*, lupa trita *Goesius*, luparia *Furlanettus*, liparos *graece Studerus p. 10*, lupatriam *uulgo dictam pro-lupatrice uel a lupa et truando deductam pro lupatrua habebat Oriolius p. 9* uti *Goesius* 4 *post* est *interpungebant* tantum auri uides *narrationis ordinem turbantia seclusi. mihi interpretamentum illorum* adeo zaplutus est *uidentur ut nesciam an* diues *scriptum fuerit. 'haec sunt in illa laudabilia' interpretabatur Studerus p. 10.* tantum uni fides *uel* tantum iu auro huic uni fides *Heinsius*, tanquam auri fides *pro* χρυσῆ *Iacobsius*, tantum auri prouidens *Goesius. praecessisse aliqua censebat Schefferus*, tantum auri uides . . . . . ? *Wehlius ut praedicauerit conuiua matris familiae in auro seruando diligentiam. in u. 7 ante* nummorum *transtulit Burmannus, in u. 8 ante* familia *Antonius idemque malebat Iacobsius* pontum *corrigens. expungebat illa Nodotus* 5 pica puluinaris *hinc exscripta ab Ioanne Saresberiensi pol. III 13 p. 203 et composita cum cornice nocturna. est callidae garrulitatis mulier domiseda (pica nel sofà Oriolius p. 10):* pica, uulpinaris *aut* lupanaris *Hildebrandus ad Apul. met. III 22 p. 192*, pica apollinaris *Iacobsius mala ominantem explicans*, putidi naris *praeeunte Scheffero Iac. Gronouius* 6 Trimalchio *superuacaneum* quam *id est* quantum *Schefferus* uix uolant *aliquando Heinsius* 7 et *addit Reiskius* nummos nummorum *transponi uelim.* nummorum modios *Statileus in responsione p. 327 ed. Burm. pr.*, nummorum cumulos *Heinsius*

H noverit. ad summam, quemvis ex istis babaecalis in rutae folium
coniciet. nec est quod putes illum quicquam emere. omnia domi 38
nascuntur: lana, cerae, piper, lacte gallinaceum, si quaesieris, invenies. ad summam, parum illi bona lana nascebatur; arietes a Tarento emit, et eos culavit in gregem. mel Atticum ut domi nasceretur, apes ab Athenis iussit afferri; obiter et vernaculae quae sunt, meliusculae a Graeculis fient. ecce intra hos dies scripsit, ut illi ex India semen boletorum mitteretur. nam mulam quidem nullam habet, quae non ex onagro nata sit. vides tot culcitas: nulla non aut conchyliatum aut coccineum tomentum habet. tanta est animi beatitudo. reliquos autem collibertos eius cave contemnas. valde succossi sunt. vides illum qui in imo imus recumbit: hodie sua octingenta possidet. de nihilo crevit. modo solebat collo suo ligna portare. sed quomodo dicunt — ego nihil scio sed audivi — quom Incuboni pilleum rapuisset, [et] thesaurum invenit. ego nemini invideo, si quid deus dedit. est tamen sub alapa et non vult sibi male.

---

1 nouerit *H*, *non* nouit   babae calis *H*.   babecali *adolescentes ab Arnobio adu. gentes IV 22 (p. 141 ed. Lugd.) leues libidinosique uocantur. a babae interiectione dictum uocabulum esse suspiceris: a Baba stolidissimo Claudianae aetatis homine* Babaeculos *dictos credidit Heinsius ad cap. 67, a* βάβαξ babaculos *cum I. F. Gronouio Reinesius, item a baba Hildebrandus ad Apul. met. IV 14 p. 252.* berbeculis *maluit Reinesius,* bacelis *a* βάκηλος *Hadrianides*   2 coniiciet *H*   3 cerae *Heinsius:* credrae *H.* cedriae *i. e. resinae ex cedro Munckerus*, citria *Iacobsius*, acrodrua *Studerus p. 11.* lanae erythrae *Schefferus*   piper] *cum aliquando* super *legerent*, suber *Iacobsius*, et tuber *Hildebrandus ad Apul. flor. 18 p. 84*   4 parum in ouili bonae lanae nascebantur *Heinsius aliquando*   5 curauit *Patauina*, accumulauit *uel* curauit admitti *Heinsius*, eis incolauit gregem *Goesius ad colem coleosque referens. uerum fortasse* culauit *a culo deriuatum, ipse tamen* et testiculauit *conieci usus Paulo Festi excerptore p. 366 M.* 'testiculari *est iumentis maribus feminas uel mares feminis admouere, licet alii dicant* testilari' (tescilari *G*, testillari *M*)   6 adferri obiter: ut uernaculae quae sunt, meliusculae a Graeculis fierent *Heinsius cui* quae sunt *uidetur redundare*   9 culcitras *H*   10 conchiliatum *H*   tanta] *haec fortasse ex hendecasyllabis ueteris poetae repetita*   animi *Scheffero suspectum*, homini *Reinesius*
11 succossi *H*   12 quia *H*   immo immus *H*   octoginta *coni. Heinsius*   13 modo solebat collo *transposui cum Wehlio p. 13:* solebat collo modo *H*   14 ditescunt *Heinsius*   quom *scripsi:* quomodo *ex superioribus repetitum H*, cum modo *Schefferus*, quod modo incuboni pileum cum rapuisset *Heinsius ut* quod *ex* audiui *penderet*
15 et *deleuit Schefferus.* ecce *Iacobsius*   16 quid *scripsi:* quo *H.* quoi *Goesius*, qua *Patauina*, quod *Schefferus*   sub allaga *i. e.* ὑπ' ἀλλαγῇ *nescio quis*, uulpecula *susp. Iacobsius*

itaque proxime cenaculum hoc titulo proscripsit: "C. Pompeius *H* Diogenes ex kalendis Iuliis cenaculum locat; ipse enim domum emit." quid ille qui libertini loco iacet, quam bene se habuit. non impropero illi. sestertium suum vidit decies, sed male vacillavit. non puto illum capillos liberos habere, nec mehercules sua culpa; ipso enim homo melior non est; sed liberti scelerati qui omnia ad se fecerunt. scito autem: sociorum olla male fervet, et ubi semel res inclinata est, amici de medio. et quam honestam negotiationem exercuit, quod illum sic vides? libitinarius fuit. solebat sic cenare, quomodo rex: apros gausapatos, opera pistoria, avis, cocos, pistores. plus vini sub mensa effundebatur, quam aliquis in cella habet. fantasia, non homo. inclinatis quoque rebus suis, cum timeret ne creditores illum conturbare existimarent, hoc titulo auctionem proscripsit: "*T.* Iulius Proculus auctionem faciet rerum superuacuarum."

39 interpellavit tam dulces fabulas Trimalchio; nam iam sublatum erat ferculum, hilaresque convivae vino sermonibusque publicatis operam coeperant dare. is ergo reclinatus in cubitum 'hoc vinum' inquit 'vos oportet suave faciatis. pisces natare oportet. rogo, me putatis illa cena esse contentum, quam in theca repositorii videratis? "sic notus Vlixes?" quid ergo est? oportet etiam inter cenandum philologiam nosse. patrono meo ossa bene quiescant, qui me hominem inter homines voluit esse. nam mihi nihil novi potest afferri, sicut ille fericulus iam habuit praxim. caelus hic, in

---

1 cenaculum *scripsi:* cum *H.* oecum *Iac. Gronouius* c̄ *H* 2 loca *H.* locabit *Goesius* 3 illi *H* libertino *Heinsius* impropero. ille *Hadrianides* 4 sextercium *H* 5 ipse *H sed in margine* ipso 6 '*supplendum* fuerunt in culpa' *Burmannus, ego deesse aliqua cum Scheffero arbitror* ad assem secuerunt *Heinsius*, adederunt *Goesius* 7 cito *Schefferus* 8 negociationem *H* 9 uides ẹx̣ẹ libitinarius *H ut* exe *male repetitum ex* exercuit *deleretur.* ecce *Schefferus* 10 caunea pastos *Heinsius* opera pistoria *glossatori Iacobsius tribuit* auis cocos *Schefferus:* uiscocos, *non* uiscouos *H.* aucupes coquos *Heinsius, cocis* ceruos *substituit Reiskius. an* auis [cocleas, alebat aucupes] cocos ? piscatores *recte ut opinor Heinsius*, pisces lepores *Reiskius* 11 mensam *Hadrianides, sed cf. cap. 74 num* alius ? *cf. p. 40, 8* 12 fantasia *sed ut* phan *alia manus superscripserit et in margine* phantasia *H:* phantasma *Schefferus*, phagesia *Iacobsius*, pandaesia *Trillerus* 13 auctionem *Schefferus:* caucionem *H* 14 T. *uel* C. *praenomen intercidit* 15 interpellabit *H* 19 *conieci* putabatis contemptum *H* teca *H* 20 sic notus Vlixes? *Vergiliana Aen. II 44* 23 fericulus iam *scripsi:* fericulusta mel *H. fericulus Trimalchioni pro ferculo est, ut I. F. Gronouius Heinsiusque uiderant quorum ille* tamen habuit gratiam, *hic* lucem a me habuit pro-

H quo duodecim dii habitant, in totidem se figuras convertit, et modo fit aries. itaque quisquis nascitur illo signo, multa pecora habet, multum lanae, caput praeterea durum, frontem expudoratam, cornum acutum. plurimi hoc signo scolastici nascuntur et arietilli.’ laudamus urbanitatem mathematici; itaque adiecit: ‘deinde totus caelus taurulus fit. itaque tunc calcitrosi nascuntur et bubulci et qui se ipsi pascunt. in geminis autem nascuntur bigae et boves et colei et qui utrosque parietes linunt. in cancro ego natus sum. ideo multis pedibus sto et in mari et in terra multa possideo; nam cancer et hoc et illoc quadrat. et ideo iam dudum nihil super illum posui, ne genesim meam premerem. in leone cataphagae nascuntur et imperiosi; in virgine mulieres et fugitivi et compediti; in libra laniones et unguentarii et quicunque aliquid expediunt; in scorpione venenarii et percussores; in sagittario strabones, qui holera spectant, lardum tollunt; in capricorno aerumnosi, quibus prae mala sua cornua nascuntur; in aquario copones et cucurbitae; in piscibus obsonatores et rhetores. sic orbis vertitur tanquam mola, et semper aliquid mali facit, ut homines aut nascantur aut pereant. quod autem in medio caespitem videtis et supra caespitem favum, nihil sine ratione facio. terra mater est in medio quasi ovum corrotundata, et omnia bona in se habet tanquam favus.’

‘sophos’ universi clamamus et sublatis manibus ad camaram 40
iuramus Hipparchum Aratumque comparandos illi homines non fuisse, donec advenerunt ministri ac toralia praeposuerunt toris, in

---

xime *proposuit.* statim ei dabit *Reiskius*, iustam exhibebit *Iacobsius*, talem habuit *Studerus p. 11* praxim *et in margine* operationem *H.* *interpretare ‘sicut illud ferculum iam demonstrauit’.* paradigma *Reiskius*, apodixin *Iacobsius* caelus *sic H, item u.* 6

2 peccora *H* 3 expuduratam *H* 4 arietilli *Reinesius et Heinsius:* arieti illi *H.* aretalogi *Reiskius*, arietes. collaudamus *Munckerus* 10 supra *H a Bursiano collatus* 11 genisim *H*, *idem in margine* gen$\overset{i}{e}$sim *et pro glossa* i. natiuitatem cataphagi *Schefferus* 12 mulierosi *Iac. Gronouius* 13 expendunt *Burmannus* 14 sagitario *H* 15 capricornio *H* erumpnosi *H* et quibus *conieci. significari adulterarum coniuges uidentur* premala *H.* *uulgarem sermonem agnouit Heinsius* 17 rethores *H* 18 aliquid anomali *Heinsius* 19 uidebatis *susp. Heinsius* supra *scripsi:* super *H* 20 facio, *non* facto *etiam H teste Bursiano* 22 ὡς σοφῶς *Iacobsius* 23 homini *Heinsius* 24 *ante* donec *alia periisse suspicor:* fuisse. donec. aduenerunt *H* tolaria *H*, *em. Tilebo-*

quibus retia erant picta subsessoresque cum venabulis et totus venationis apparatus. H necdum sciebamus, *quo* mitteremus suspitiones nostras, cum extra triclinium clamor sublatus est ingens, et ecce canes Laconici etiam circa mensam discurrere coeperunt. secutum est hos repositorium, in quo positus erat primae magnitudinis aper, et quidem pilleatus, e cuius dentibus sportellae dependebant duae palmulis textae, altera caryotis, altera thebaicis repleta. circa autem minores porcelli ex coptoplacentis facti, quasi uberibus imminerent, scrofam esse positam significabant. et hi quidem apophoreti fuerunt. ceterum ad scindendum aprum non ille Carpus accessit, qui altilia laceraverat, sed barbatus ingens, fasciis cruralibus alligatus et alicula subornatus polymita, strictoque venatorio cultro latus apri vehementer percussit, ex cuius plaga turdi evolaverunt. parati aucupes cum harundinibus fuerunt et eos circa triclinium volitantes momento exceperunt. inde cum suum cuique iussisset referri Trimalchio adiecit: 'etiam videte, quam porcus ille silvaticus totam comederit glandem'. statim pueri ad sportellas accesserunt, quae pendebant e dentibus, thebaicasque et caryotas ad numerum divisere
41 cenantibus. interim ego, qui privatum habebam secessum, in multas cogitationes deductus sum, quare aper pilleatus intrasset. postquam itaque omnis bacalusias consumpsi, duravi interrogare illum

---

menus et Schefferus praeposuerunt *Tilebomenus:* proposuerunt *H. contra apud Tacitum ann. III 5 recte emendarunt 'propositam toro effigiem'*

2 quo *add. Parisina* suspiciones *H* 4 circha *H* discurere *H* 7 careotis *H* tebaicis *H* circha *H. repetas cogitatione* positi erant *cf. cap. 66* 8 imminentes *Tilebomenus* 9 *fortasse* qui scrofam apophoreti *H id est* ἀποφόρητοι: pro apophoretis *Heinsius*, haec *et* apophoreta *susp. Antonius* 11 fasceis *H* caligatus *Crusius* 12 polimita *H* 13 *aut huc respexit aut ad cap. 49 Ioannes Saresb. pol. VIII 7 p. 241* coenam Trimalchionis apud Petronium, si potes, ingredere, et porcum sic grauidari posse miraberis, nisi forte admirationem multiplex, ignota et inaudita luxuria tollat 14 *demi* fuerunt et *aut* adfuerunt *scribi uoluit Heinsius* circha *H* 16 adiecit etiam *iungebat Heinsius.* iam *Iacobsius* lotam *pro lauta Munckerus*, cultam *desidero* 17 sportellos *H* 18 thebaycasque *H* cariotas *H* 19 priuatim *malebat Schefferus* 20 deductus *scripsi:* diductus *H* 21 bacalusias *H. persuasum mihi est in mente habuisse Petronium* baucalesis, *nam* βαυκαλήματα *et* καταβαυκαλήσεις *cantilenae uocabantur nutricum quibus in somnum infantes adlectabantur, itaque* βαυκαλήσεις *sic ut naeniae ineptias significant.* bacelogias *a bacelo Schefferus*, baceologias *a baceolo (Suet. Aug. 87) Heinsius*, battologias *Hadrianides*, bucolesias *Reinesius*, babazusias *Reiskius*, iam argutias *Iacobsius.* bacalusias *caricas interpreta-*

H interpretem meum quod me torqueret. at ille: 'plane etiam hoc servus tuus indicare potest; non enim aenigma est, sed res aperta. hic aper, cum heri summa cena eum vindicasset, a convivis dimissus *est;* itaque hodie tamquam libertus in convivium revertitur.' damnavi ego stuporem meum et nihil amplius interrogavi, ne viderer nunquam inter honestos cenasse.

41 dum haec loquimur, puer speciosus vitibus hederisque redimitus, modo Bromium, interdum Lyaeum Euhiumque confessus, calathisco uvas circumtulit et poemata domini sui acutissima voce traduxit. ad quem sonum conversus Trimalchio 'Dionyse' inquit 'liber esto'. puer detraxit pilleum apro capitique suo imposuit. tum Trimalchio rursus adiecit: 'non negabitis me' inquit 'habere liberum patrem'. laudavimus dictum Trimalchionis et circumeuntem puerum sane perbasiamus.

ab hoc ferculo Trimalchio ad lasanum surrexit. nos libertatem sine tyranno nacti coepimus invitare convivarum sermones. Dama itaque primus cum pataracina poposcisset, 'dies' inquit 'nihil est. dum versas te, nox fit. itaque nihil est melius quam de cubiculo recta in triclinium ire. et mundum frigus habuimus. vix me

---

batur Oriolius p. 13 a bacca et lusu deriuatas interogare *H.* duraui interrogare *nimiae uidetur ut in hoc dicendi genere audacitatis esse, displicet autem* curaui

1 quod *scripsi:* quid *H* *praestat* hoc etiam 3 cena eum *scripsi ut manumissionis metaphoram seruarem; uindicauerat aprum summa cena, hoc est in extrema cena appositus erat:* cenam *H.* summam coenam *Schefferus, uulgo.* summa coena uindicasset sese *Heinsius* conuiuiis *H* 4 est *om. H. ante* dimissus *add. Schefferus.* dimissus utique hodie *Studerus p. 11* 5 interogaui *H* 7 ederisque *H* 8 liaeum euchiumque *H* 9 calatisco *H* acidissima *Heinsius*, raucissima *susp. Iacobsius* 10 dyonise *H* 12 inquit *suspectum* liberum *non seruum et* Liberum *Bacchum intellegas* 13 circumeuntes *H: correxerat Schefferus ante exemplum Amstelodamense* 14 insane *Heinsius.* suauiter basiamus *Iacobsius* 15 lasammum *H: em. Schefferus* 16 Damas *Heinsius:* clamat *H quo probato* Priamus *Reiskius*, Primus *Antonius* 17 pataracina *H.* patera acina *Schefferus*, amaracina *I. F. Gronouius*, pateram uini *aut* παῖ θερμὰ οἶνα *Iacobsius, meliora nullus praeter Heinsium qui* patera capaci uina *proposuit. sed modicae paterae nullus in hoc potatore locus. non tam* meracum *quam grandioris potorii genus appellatum fuisse puto qualia anancaea erant uel Allifana ab Horatio uel batiacae a Plauto Athenaeo Arnobio memoratae. alia calicum poculorumque nomina Martialis congessit in apophoretis. 'poscunt maioribus poculis' dixit Cicero in Verrem actione secunda I 26, 66* 19 ut *Heinsius*

balneus calfecit. tamen calda potio vestiarius est. staminatas duxi et plane matus sum. vinus mihi in cerebrum abiit.' H

42 excepit Seleucus fabulae partem et 'ego' inquit 'non cotidie lavor; baliscus enim fullo est. aqua dentes habet, et cor nostrum cotidie liquescit. sed cum mulsi pultarium obduxi, frigori laecasin dico. nec sane lavare potui; fui enim hodie in funus. homo bellus, tam bonus Chrysanthus animam ebulliit. modo, modo me appellavit. videor mihi cum illo loqui. heu, eheu. utres inflati ambulamus. minoris quam muscae sumus. *muscae* tamen aliquam virtutem habent. nos non pluris sumus quam bullae. et quid si non abstinax fuisset. quinque dies aquam in os suum non coniecit, non micam panis. tamen abiit ad plures. medici illum perdiderunt, immo magis malus fatus; medicus enim nihil aliud est quam animi consolatio. tamen bene elatus est, vitali lecto, stragulis bonis. planctus est optime — manu misit aliquot — etiam si maligne illum

---

1 lotio *Goesius. fortasse* potio optimus staminatas *H. potiones cogites. ad* στάμνος *Reinesius Schefferus Heinsius ego referebamus, rectius fortasse ad* stamen *Munckerus ut continuata textoris uestiarii figura potiones meracae intellegantur, quae stamen solum habeant, non immixtam quasi subtemen aquam.* staminarias *Munckerus quod mimo Laberiano nomen erat,* heminatas *uel* eminarias *Heinsius,* geminatas *uel* heminarias *I. F. Gronouius,* iam IIII heminas *Wehlius p. 23* 2 mattus *scripturam ex glossario Remensi adnotauit Tilebomenus* uinus] *scholia Bernensia ad Vergili Georg. II 98:* notandum hic quod uinum masculino genere dicit Tmolius, nec immerito quoniam et aput Petronium in satira inuenitur, *ubi* aput franium in satyria *codex,* apud Afranium *Muellerus editor. cf. praefatio. Afranio togatarum poetae haec uindicabat Schneidewinus* 3 seliucus *H* 4 baliscus *H.* balaniscus *a* βαλανεύς *pro balneatore Reinesius,* balniscus *a balneo Schefferus,* balneus *I. F. Gronouius* corpus *Iacobsius et Studerus p. 12* 5 laccasim *H id est* λαικάζειν. *cf. Martialis XI 58, 12 ubi* αἰάζειν *Scaliger. utrobique* λειχάζειν *Gronouius, hic* οἰμώζειν *Iacobsius* 6 iui *aliquando Heinsius* fumus *H* tam bellus *Iacobsius et Wehlius p. 17* 7 chrisantus *H* 8 heu eheu *scripsi, item Iacobsius:* hey est hey *H quod Orellius p. 5 'ach ist ach' uertit.* heu *triplicauit Reiskius,* heu st heu *Heinsius,* est hey *induxit Antonius* 9 minoris *Schefferus:* minores *H* suus *set in margine* sumus *H.* fumus *uel* fimus *aut* cinis tamen-habet *Schefferus aut Reinesius* muscae *addidit Heinsius:* quae *Antonius* 10 quid si *ut p. 47, 1:* quasi *suspicabar* 12 abiit. at plures *H, uulgo. repugnat et* at *particula et* plures *pro multis uocati:* abiit ad plures *iungebat Schefferus. cf. Fleckeiseni annales phil. LXXVII p. 69. etiam apud Graecos* πλείονες οἱ τετελευτηκότες 13 animi uana consolatio *olim Heinsius,* mimi *uel* mimica *Reinesius. non dissimili forma inter Syri sententias haec traditur:* misericors ciuis patriae est consolatio 14 stagulis *H* plautus *H* 15 *fortasse* nam manu misit manum misit aliquod *H*

H ploravit uxor. quid si non illam optime accepisset. sed mulier quae mulier milvinum genus. neminem nihil boni facere oportet; aeque est enim ac si in puteum conicias. sed antiquus amor cancer est.'

43 molestus fuit, Philerosque proclamavit: 'vivorum meminerimus. ille habet, quod sibi debebatur: honeste vixit, honeste obiit. quid habet quod queratur? ab asse crevit et paratus fuit quadrantem de stercore mordicus tollere. itaque crevit, quidquid crevit, tamquam favus. puto mehercules illum reliquisse solida centum, et omnia in nummis habuit. de re tamen ego verum dicam, qui linguam caninam comedi: durae buccae fuit, linguosus, discordia, non homo. frater eius fortis fuit, amicus amico, manu uncta, plena mensa. et inter initia malam parram pilavit. sed recorrexit costas illius prima vindemia; vendidit enim vinum quanti ipse voluit. et quod illius mentum sustulit, hereditatem accepit, ex qua plus involavit, quam illi relictum est. et ille stips, dum fratri suo irascitur, nescio cui terrae filio patrimonium elegavit. longe fugit, quisquis suos fugit. habuit autem oricularios servos, qui illum pes- HL H sum dederunt. || nunquam autem recte faciet, qui cito credit, || utique homo negotians. tamen verum quod frunitus est, quam diu

---

1 mulier que mulier *H quae sana esse mihi persuadet Varro de compositione saturarum apud Nonium p. 67:* parectatae adsunt, mulier quae mulier Venus, caput ..... ('*Weib vor Weib*'): que mulier *om. Patauina.* qua *Reiskius*, quaeque *Munckerus*, quaeque aeque *Goesius*, est *Iacobsius.* mulier quae — mulier *instar aposiopesis Schefferus* 2 feminae nihil *Iac. Gronouius* 3 coniicias *H* fanaticus amor *Heinsius* cancer *H prima manu, a correctore* carcer 4 Philerosque *scripsi:* phileros qui *H.* Phileroti qui *Burmannus. minus probabile omisisse librarium talia* itaque interpellauit eum 6 abbas secreuit *H*: *em. Schefferus* 7 quit quit *H* 9 uere tamen *Heinsius* 10 qui *deleto (poterat* quod *corrigere)* comedit *Iacobsius* 11 manu plena, uncta mensa *post Reinesium Heinsius* 12 inicia *H* 13 coxas *Goesius* condidit *Iac. Gronouius* quantum *H non improbabiliter si* uindemiauit *scriptum esset:* quanti tum *Schefferus*, quantum *uulgariter dici pro* quanti *susp. Heinsius* 16 fuit *H* 17 oricularios *id est* ὠτακουστάς *Reinesius et Heinsius:* oracularios *H.* gracularios *Iac. Gronouius* 18 nunquam recte faciet qui cito credit *habent Lpt post cap. 82, florilegium Parisinum, Iacobus Magni Zophil. XV 11* nequaquam *t, non T* reddit *t, non T* 19 hommo negocians *H* *detruncata haec mihi uidentur et fere sic redintegranda* tamen uerum est, quod sua *uel* quod uitam frunitus est quam diu uixit. *etiam deinceps conturbauit librarius neque perscripsit nisi partem sententiae huiusmodi:* nec improbo, habet enim cui datum est, non cui destinatum. *Munckerus malebat* cui datum est, datum est

vixit ..... cui datum est, non cui destinatum. plane fortunae filius, in manu illius plumbum aurum fiebat. facile est autem, ubi omnia quadrata currunt. et quot putas illum annos secum tulisse? septuaginta et supra. sed corneolus fuit, aetatem bene ferebat, niger tanquam corvus. noveram hominem olim oliorum et adhuc salax erat. non mehercules illum puto in domo canem reliquisse. immo etiam puellarius erat, omnis minervae homo. nec improbo; hoc solum enim secum tulit.' *H*

44 haec Phileros dixit, illa Ganymedes: 'narratis quod nec ad caelum nec ad terram pertinet, cum interim nemo curat, quid annona mordet. non mehercules hodie buccam panis invenire potui. et quomodo siccitas perseverat. iam annum esurigo fuit. aediles male eveniat, qui cum pistoribus colludunt "serva me, servabo te". itaque populus minutus laborat; nam isti maiores maxillae semper Saturnalia agunt. o si haberemus illos leones, quos ego hic inveni, cum primum ex Asia veni. illud erat vivere. similia sicilia interio-

---

2 cui omnia *Heinsius* 3 quod *H* 5 olim oliorum *H quod tuebantur Orellius p. 5 'à la fin des fins' comparans et Wehlius p. 17* olimorum *proponens. necessario uocabulum illud hominem libidinosum denotabat, adfine salacitati: neque tamen Schefferus restituisse id uidetur neque ego in tanta obscenorum uerborum multitudine quae antiquitas tradidit unum inueni quod huc quadraret, nisi* coleorum *nomen uidetur usui esse.* mulierarium *et* mulierosum *Schefferus et Heinsius,* molliorem *Antonius,* molitorem *Reiskius,* odiosum *id est* μισητήν *uel inpudicum Iacobsius;* olimolierum *coniunctim interpretatus subodorantem mulieres aut* molimolierum *Oriolius p. 16. interpungendum post* hominem *censeo* 6 intactam *post* reliquisse *inserebat Goesius* 7 pullarius *Burmannus. glossae* 'παιδεραστής, *pullarius*' 8 enim solum *transposuit Antoniana* 9 dixit *irrepsisse e glossa uidebatur Heinsio* ista *Hadrianides* ganimedes *H* narrat is *H* 10 quid *est quantum.* annona *sic ut Ciceroni paupertas* mordere *dicitur.* quod annona ardet *fuit qui coniceret.* annonam artet *Schefferus,* annonam mordet *Burmannus;* curat, inquit, annonam ordei *Heinsius* 11 me hecules *H* buceam *conlato Suet. Aug. 76 Schefferus* 12 quomodo *exclamatio admirantis.* et quomodo? siccitas perseuerat *distinguebat Schefferus, comma post* perseuerat *Oriolius posuit p. 16* esurigo fuit *scripsi quo uocabulo Varro in satura usus est apud Nonium p. 106 'esurigo findebat costas':* esurio fuit *H.* esuritio *uel* esuries *minus probabilia.* esurio fui *abusus Plauto Persae 103 Schefferus. post* esurio *interpungebant Heinsius* futiles *et Burmannus* hui *uel* fu *interiectionem pro* fuit *substituens; omisit hoc Patauina.* annus est ex quo pluit *ausus est Iacobsius* *soloecismus hic inde ortus quod graeco more uulgus* aliquem bene *aut* male facere *et* dicere *loquebatur.* aedilibus *Patauina.* male pereant *Iacobsius* 14 *dubito cum Scheffero an* istae *legendum sit* 16 similia sicilia interiores ^et^ laruas *H:* similia scelera tunc erant

H res et larvas sic istos percolopabant, ut illis Iupiter iratus esset. [sed] memini Safinium. tunc habitabat ad arcum veterem, me puero, piper, non homo. is quacunque ibat, terram adurebat. sed rectus, sed certus, amicus amico, cum quo audacter posses in tenebris micare. in curia autem quomodo singulos [vel] pilabat [tractabat], nec schemas loquebatur sed directum. cum ageret porro in foro, sic illius vox crescebat tanquam tuba. nec sudavit unquam nec expuit. puto eum nescio quid asiadis habuisse. et quam benignus resalutare, nomina omnium reddere, tanquam unus de nobis. itaque illo tempore annona pro luto erat. asse panem quem emisses, non potuisses cum altero devorare. nunc oculum bublum vidi maiorem. heu heu, quotidie peius. haec colonia retroversus crescit tanquam coda vituli. sed quare nos habemus aedilem trium cauniarum, qui sibi mavult assem quam vitam nostram? itaqne domi gaudet, plus in die nummorum accipit, quam alter patrimonium habet. iam scio unde acceperit denarios mille aureos. sed si nos coleos haberemus, non tantum sibi placeret. nunc populus est domi leones, foras vulpes. quod ad me attinet, iam pannos meos comedi, et si perseverat haec annona, casulas meas vendam. quid enim futurum est, si nec dii nec homines huius coloniae miserentur? ita meos fruniscar, ut

---

inter pistores sed laruas *Wehlius p. 19*, simile ac si celum in terra esset. laruas *Studerus p. 12*, simili siccitate fures (*uel* ueteratores) et laruas *Iacobsius*, similia in Sicilia. terrores et laruas *Reiskius*, similia Sicilia interior. sed laruas *Schefferus*, similia Siciliae interioris *Goesius*. *ego in praesenti de certa emendatione illorum desperaui, latere autem opinor conditionale enuntiatum huius generis* si milio silicia interesset *(fraude pistorum)*. ut laruas *Heinsius*

1 istas *Schefferus* percolopabant *a colaphis deriuatum esse Schefferus Heinsiusque intellexerunt* sed *seclusi cum Scheffero* 4 *cf. etiam Fronto ad M. Caesarem I 2 p. 24 N.* aliud scurrarum prouerbium 'en cum quo in tenebris mices' 5 *scriptum erat in archetypo* pilabat : uel tractabat *uidit hoc post Schefferum et Iacobsium etiam Wehlius p. 15.* uelut pilas tractabat *uel* iactabat *Heinsius* 6 scemas *H* directum *Reiskius:* dilectum *H.* directim *Heinsius* cum ageret *alii superiori enuntiato adnectunt* 8 eum *Tilebomenus:* enim *H* asia dis *H. hoc uel* Asiades *probabat Heinsius:* Asiatici *Reinesius*, assi a diis *Burmannus*, δασύ a dis *Schefferus*, asiales *a* σιαλίς (*immo* σίαλον) *Antonius*, antisialodis *Iacobsius*, Aphrodisium *Reiskius* 12 hey hey *H* 13 nos *Tilebomenus:* non *H.* sed quare? non habemus aedilem trium caunearum *Schefferus*, sed quare non? habemus *Burmannus distinxit* *fortasse* non trium 15 habet *sic H* 16 denarios *fortasse eiciendum* 19 capsulas *Iac. Gronouius* 20 huius *Schefferus:* eius *H*

ego puto omnia illa a diibus fieri. ‖ nemo enim caelum caelum pu- *HL*
tat, nemo ieiunium servat, nemo Iovem pili facit, sed omnes oper-
tis oculis bona sua computant. ‖ antea stolatae ibant nudis pedibus *H*
in clivum, passis capillis, mentibus puris, et Iovem aquam exora-
bant. itaque statim urceatim plovebat: aut tunc aut nunquam: et
omnes redibant udi tanquam mures. itaque dii pedes lanatos ha-
bent, quia nos religiosi non sumus. agri iacent' —

45 'oro te' inquit Echion centonarius 'melius loquere. "modo sic,
modo sic" inquit rusticus; varium porcum perdiderat. ‖ quod hodie *HL*
non est, cras erit. sic vita truditur.' ‖ non mehercules patria melior *H*
dici potest, si homines haberet. sed laborat hoc tempore, nec haec
sola: non debemus delicati esse: ubique medius caelus est. tu si
aliubi fueris, dices hic porcos coctos ambulare. et ecce habituri
sumus munus excellente in triduo die festa; familia non lanisticia,
sed plurimi liberti. et Titus noster magnum animum habet et est
caldicerebrius: aut hoc aut illud erit, quid utique. nam illi domesti-
cus sum, non est miscix. ferrum optimum daturus est sine fuga,

---

1 a diibus *scripsi, quoniam* dibus *uel* diibus *pro* deis *in inscriptionibus reperitur uelut* dibus Penatibus *in actis inst. arch. Rom. 1855 p. XXVI:* aedilibus *H.* a caelitibus *uel* a ditibus *Schefferus* fieri *Tilebomenus:* fleri *H.* damna illa aedilibus deberi *Heinsius* nemo — 3 computant *habent Lpt post cap. 82 et florilegium Parisinum* enim caelum *om. Lpt, florilegium* 2 ieiunium *HLT florilegium,* '*Benedict. uet. unicum hac in parte ex.*' *Pithoei:* iusiurandum *pt. illud* ἀσκητοῦ *uidebatur Pithoeo Puteanoque esse* pili *H:* pluris *Lpt, florilegium* faciat *florilegium* omnes — 3 computant *praeter Vincentium Belu. l. s. adfert Iac. Magni in Zophilogio V 13 ubi* apertis 3 †computant *H* 4 manibus puris *Iacobsius Vergiliana catalecta VI 6 Tibullumque II 1, 14 comparans* 6 redibant *Iacobsius et Wehlius p. 21:* ridebant *H.* rodebant *Heinsius* udi *Trillerus:* ut dii *H.* uuidi *Reiskius*, auidi *Heinsius.* udi, *non* udae *dixit quia praeter matronas quae praecipuum in illa pompa locum tenebant ne magistratus quidem cum reliquo populo deerant* 7 *interpellat plura locuturum Echion* 9 rusticus cum *Iacobsius* usuarium *conieceram* quod — 10 truditur *habent Lpt post cap. 82 et florilegium Parisinum: membra puto poetae* 10 tiditur *H* 11 posset *Hadrianides* aleret *Crusius. num saperent ?* 12 sola *Reiskius:* sua *H.* nec est sua *Heinsius*, nec hoc sua culpa *Schefferus* 13 aliubi *Schefferus:* alicubi *H* diceres *tentauit Heinsius* 14 in triduo *Heinsius:* inter duo *H* 16 quid *pro* aliquid *Heinsius cum Munckero:* 'quod *H.* noui *Reiskius*, *abesse aliquid susp. Schefferus* 17 miscix *sic ut miscellio apud Festum Pauli p. 123 Antonius:* mixcix *H.* μιξίας *Schefferus*, myxus *secundum prouerbium* βαβαὶ Μύξος *Burmannus*, cimex *Heinsius*, cimbix *Munckerus* fuca *H: em. Schefferus. nam inscite* fuco *Hadrianides*

H carnarium in medio, ut amphitheatrum videat. et habet unde: relictum est illi sestertium tricenties, decessit illius pater male. ut quadringenta impendat, non sentiet patrimonium illius, et sempiterno nominabitur. iam nannos aliquot habet et mulierem essedariam et dispensatorem Glyconis, qui deprehensus est cum dominam suam delectaretur. videbis populi rixam inter zelotypos et amasiunculos. Glyco autem, sestertiarius homo, dispensatorem ad bestias dedit. hoc est se ipsum traducere. quid servus peccavit, qui coactus est facere? magis illa matella digna fuit quam taurus iactaret. sed qui asinum non potest, stratum caedit. quid autem Glyco putabat Hermogenis filicem unquam bonum exitum facturam? ille milvo volanti poterat ungues resecare; colubra restem non parit. Glyco, Glyco dedit suas; itaque quamdiu vixerit, habebit stigmam, nec illam nisi Orcus delebit. sed sibi quisque peccat. | sed subolfacio, quod nobis epulum daturus est Mammea, binos denarios mihi et meis. quod si hoc fecerit, eripiat Norbano totum favorem. scias oportet, plenis velis hunc vinciturum. et revera, quid ille nobis boni fecit? dedit gladiatores sestertiarios iam decrepitos, quos si sufflasses, cecidissent; iam meliores bestiarios vidi.

---

1 harenarium *Heinsius. Gallorum* charnier, *Italorum* carnajo *comparauit Studerus p. 14* ampliteatur *H* uideatur *Heinsius*, rideat *Burmannus* 2 sextercium tricencies *H.* tricies *Goesius* quum decessit *Nodotus* male *quod inepte ad* impendat *referebant, leuiter excitati doloris uox uidetur.* pater Maleius. quadringenta *uel* Manlius *Reiskius*, pater et mater *Iacobsius* 4 nannos *scripsi Schefferum secutus et Heinsium qui* nanulos *uel* naniolos *uel* nanios *proponebat:* manios *H.* mannos *Reinesius* esedariam *H* gliconis *H* 6 ridebis *susp. Heinsius* oculis rixam *Iacobsius. cf. inscriptio Henzenianae collectionis 6187 'praemia rixulasq. [ue]stras' id est populi* zelotipos *H* 7 maasiunculos *H* Glico *H* sexterciarius *H* 10 quia sinum *H* 11 Glyco *scripsi Latina terminatione:* glicon *H* filicem *id est nequam filiam:* filiam *Patauina* 12 prestem *uel* pistrem *Heinsius*, piscem *Reinesius*, cerasten *omissa negatione Iacobsius* 13 Glico glico *H.* Glyco exitio *Heinsius* suos *Schefferus*, suum os *Trillerus*, dicas *Reiskius*, dedit *aut* perdidit scapulas *Iacobsius*, poenas *intellegi Burmannus opinabatur* 15 quod *edebatur a primo:* q₂ *id est* quia *H* mammea *H quod metuo cum Heinsio ut recte se habeat quia* Mammaea *uel* Mammea *non erat nomen nisi feminis:* Mamma *uel* Mama *Burmannus. uide an illo nomine patronus collegii appellatus sit* 16 meis *hoc est collegio centonariorum* erripiat *H.* eripiet *Schefferus* 17 uinciturum *in petenda aedilitate coloniae.* uicturum *Hadrianides*, uecturum *Crusius*, iturum *Heinsius* 18 sexterciarios *H* 19 bustiarios *uel* bustuarios *Tilebomenus Reinesiusque*

occidit de lucerna equites, putares eos gallos gallinaceos; alter bur- H
dubasta, alter loripes, tertiarius mortuus pro mortuo, qui habebat
nervia praecisa. unus alicuius flaturae fuit Thraex, qui et ipse ad
dictata pugnavit. ad summam, omnes postea secti sunt; adeo de
magna turba "adhibete" acceperant, plane fugae merae. "munus ta-
men" inquit "tibi dedi", et ego tibi plodo. computa, et tibi plus do
46 quam accepi. manus manum lavat. videris mihi, Agamemnon, dicere:
"quid iste argutat molestus?" quia tu, qui potes loqui, non loquere.
non es nostrae fasciae, et ideo pauperorum verba derides. scimus
te prae litteras fatuum esse. quid ergo est? aliqua die te persua-
deam ut ad villam venias et videas casulas nostras? inveniemus
quod manducemus, pullum, ova: belle erit, etiam si omnia hoc anno
tempestas dispare pallavit: inveniemus ergo unde saturi fiamus.
etiam tibi discipulus crescit cicaro meus. iam quattuor partis dicit;
si vixerit, habebis ad latus servulum. nam quicquid illi vacat, caput

---

1 occidit et *Schefferus*, addidit *aut* exibuit *Reinesius* de silicernio equites *Heinsius. ego andabatas intellego* burdubasta *a burdo et basto (cf. bastaga et basterna) denominatus est segnis mulus clitellarius. paene uerum uidit Heinsius cum* burdibasta *commemoraret praeter* burdobatta, '*homo sentus et aridus qualis batta*'. burdobasta *siue* burdibasta *gibbosus tanquam* φορτοβαστάκτης *uidebatur Studero p. 14.* buttubata *pro nugis Schefferus*, bardybadista *Trillerus*, burdobatas *non inepte et* fortobastax *uel* masturbatus *inepte Reiskius*, brucabata *a* βροῦχος *Iacobsius pro claudicante et locustae incessum imitante* 2 terciarius *H* semimortuus *cum Nodoto Iacobsius* habebat *scripsi:* habet *H.* habuit *Schefferus* 3 neruias praecisas *susp. Schefferus. Varro et feminino* neruias *et neutro* neruia *in satura usus erat* flaturae *defendebat Orellius p. 6:* staturae *probabiliter Schefferus* 5 *sic expediui* adhebete *scripturam quae in H est. tam crebro magna turba lorarios qui arenam circumstabant ignauos gladiatores uerberando urendoque ad pugnam compulsaturi inclamauerat* 'adhibete *uirgas ferrumue*'. *dubites tamen an* hauete *scribendum sit in hanc sententiam: omnes post pugnam flagellis caesi sunt, interfectus nullus; magna turba etiam eo progressa erat ut salutaret illos, qua salutatione plenam missionem designari credibile est. nihil profecit Heinsius* andabatae pauci erant *aut Schefferus* ac hebete accesserant *suspicatus.* athletae *pro* adhebete *substituit Reinesius fortasse* nugae 7 agamenon *H* 8 loqui non loquere *Schefferus:* loquere non loqui *H.* loquere non loquis *actiua forma Burmannus. fortasse* loqui *delendum* 9 pauþerorum *H. cf. inscriptio a. p. Ch. 341 apud Henzenum 7355 'amator pauperorum bixit' et 'fecit amatrix pauperorum'* 13 dispare pallauit *H ubi* dispare *tanquam aduerbium tueri licet:* dispare pullauit *Reiskius*, dissipauit *Heinsius*, dispalauit *Orellius p. 6*, dissipare parauit *Patauina.* dispar *coni. Antonius* ergo] large *Schefferus* 14 cicaro *non recte pro Cicerone habebat Heinsius* quatuor *H* partis *Schefferus:* parti *H*

H de tabula non tollit. ingeniosus est et bono filo, etiam si in aves morbosus est. ego illi iam tres cardeles occidi et dixi quod mustella comedit. invenit tamen alias naenias, et libentissime pingit. ceterum iam Graeculis calcem impingit et Latinas coepit non male appetere, etiam si magister eius sibi placens sit. nec uno loco consistit, sed venit, dem litteras, sed non vult laborare. est et alter non quidem doctus, sed curiosus, qui plus docet quam scit. itaque feriatis diebus solet domum venire, et quicquid dederis, contentus est. emi ergo nunc puero aliquot libra rubricata, quia volo illum ad domusionem aliquid de iure gustare. habet haec res panem. nam litteris satis inquinatus est. quod si resilierit, destinavi illum artificii docere, aut tonstreinum aut praeconem aut certe causidicum, quod illi auferre non possit nisi Orcus. ideo illi cotidie clamo: "Primigeni, crede mihi, quicquid discis, tibi discis. vides Phileronem causidicum: si non didicisset, hodie famem a labris non abigeret. modo, modo collo suo circumferebat onera venalia, nunc etiam adversus Norbanum se extendit. litterae thesaurum est, et artificium nunquam moritur."

eiusmodi fabulae vibrabant, cum Trimalchio intravit et detersa 47
fronte unguento manus lavit spatioque minimo interposito 'ignoscite mihi' inquit 'amici, multis iam diebus venter mihi non respondit. nec medici se inveniunt. profuit mihi tamen maleicorium et

---

1 aues *Trillerus et Reiskius:* naues *H* 2 quod *edebatur a primo:* q *id est* quia *H* 3 nenias *H a Bursiano conlatus,* neruas *idem secundum reliquos. res nugatorias intellego ut cap. 47.* nouas *Schefferus,* uernulas *Heinsius,* neruias *Tilebomenus quas pro neurospastis Oriolius p. 22 accipit,* et merulas. libentissime *Reiskius* 5 *potius* est. *quae secuntur attinent ad magistrum* 6 *interpretor* '*uenit petens ut tradam quod litteris consignet, grammatista simul et librarius ad manum*'. sed nouit quidem literas sed *Reiskius,* it redit. scit quidem literas sed *Iacobsius,* sed uenit abit. scit quidem literas sed *Wehlius p. 11,* et petit quidem literas sed *Trillerus,* sed uendit identidem literas et *Schefferus* 10 domus ionem *H.* domus tuitionem *Heinsius* 11 artificii *H:* artificium *Schefferus,* artificem *mihi in mentem uenerat.* destinaui nonnihilum artificii docere *Heinsius,* artifici elocare aut ad tonstrinum *Iacobsius,* artifici, coquere aut consuere. mallem tamen aut praeconem *Reiskius* 12 constreinum *H:* tonstrinum *Schefferus praue tonsorem interpretatus. nam cum ex cap. 64* tonstrinum *appellari melicum appareat, scaenicum artificem intellegemus* 13 orchus *H* 16 olera *maluerunt Schefferus et Heinsius* 17 tesaurum *H* 19 deterso fronte unguento *pro* terso de fronte *Schefferus.* unguento *cum* lauit *iungere Burmannus cogitauit* 20 spacioque *H* 22 se] lenimen *Iacobsius* maleicorium *Schefferus:*

taeda ex aceto. spero tamen, iam veterem pudorem sibi imponet. *H* alioquin circa stomachum mihi sonat, putes taurum. itaque si quis vestrum voluerit sua re [causa] facere, non est quod illum pudeatur. nemo nostrum solide natus est. ego nullum puto tam magnum tormentum esse quam continere. hoc solum vetare nec Iovis potest. rides, Fortunata, quae soles me nocte desomnem facere? nec tamen in triclinio ullum vetui facere quod se iuvet, et medici vetant continere. vel si quid plus venit, omnia foras parata sunt: aqua, lasani et cetera minutalia. credite mihi, anathymiasis in cerebrum it et in toto corpore fluctum facit. multos scio sic periisse, dum nolunt sibi verum dicere.' gratias agimus liberalitati indulgentiaeque eius, et subinde castigamus crebris potiunculis risum. nec adhuc sciebamus nos in medio lautitiarum, quod aiunt, clivo laborare. nam cum mundatis ad symphoniam mensis tres albi sues in triclinium adducti sunt capistris et tintinnabulis culti, quorum unum bimum nomenculator esse dicebat, alterum trimum, tertium vero iam sexennem, ego putabam petauristarios intrasse et porcos, sicut in circulis mos est, portenta aliqua facturos; sed Trimalchio expectatione discussa 'quem' inquit 'ex eis vultis in cenam statim fieri? gallum

---

maleicorum *H.* malua, cichoreum et beta ex aceto *aut* malacterium ex beta et aceto *Trillerus.* beta ex aceto *Heinsius coniecerat*

1 ueterem *Heinsius*: uentrem *H. alioquin* uenter *corrigi debebat.* uentrem pudere ni sibi imponit *Schefferus*, uentrem pudorem sibi imponere *Antonius* imponet *scripsi:* imponit *H* 2 circha stomacum *H* putes taurum *sic H unde deprauatum aliquid esse cognoscitur:* putes esse . . . taurum *Schefferus*, putes taurum mugire *Tilebomenus. uerum non* taurum *potius quam* tonitrum *expectes* 3 sua re causa *H hic et in cap. 66.* causa *interpretamentum Scheffero uidebatur*, suae rei causa *Heinsius*, sua rem causa *Orellius.* sua re facere, caussa non est *Iacobsius* 5 hoc solum *mirum est quod non ad* continere *sed ad* sua re facere *respicit. si* continere *in animo habuisset, non* uetare *sed* tolerare *aut* imperare *dicere debebat.* uitare *frustra est qui coniciat* nec *Heinsius*: ne *H.* ne Iouis quidem *Tilebomenus* 7 *opinor* uetuo *sic ut cap. 53 praesenti tempore* 8 lasani *pluratiue scripsi cf. uinus fatus balneus lorus fericulus:* lassant *H.* lasanum *Schefferus* 9 anathymiasis *I. F. Gronouius, Tilebomenus*: anathimia is si *H.* si *quod seruarant induxi* et *quod omiserant est in H* 11 dicier *Heinsius*, dici *Schefferus* gracias *H* libera liberalitati *H* 13 lauticiarum *H* quod *Heinsius:* quo *H* diuo *potius quam* cliuo *expressum in H* commundatis *Heinsius* 14 simphoniam *H* trres *H* 15 tintinabulis *H* 16 tercium *H* sexennem *Wehlius p. 21:* senem *H* 17 pataurìstarios *H teste Bursiano*

H enim gallinaceum, penthiacum et eiusmodi naenias rustici faciunt: mei coci etiam vitulos aeno coctos solent facere.' continuoque cocum vocari iussit et non expectata electione nostra maximum natu [iussit] occidi. et clara voce 'ex quota' *inquit* 'decuria es?' cum ille *esse* se ex quadragesima respondisset, 'empticius an' inquit 'domi natus?' 'neutrum' inquit cocus 'sed testamento Pansae tibi relictus sum.' 'vide ergo' ait 'ut diligenter ponas; si non, te iubebo in decuriam viatorum conici.' et cocum quidem potentiae admonitum in culinam obsonium duxit. Trimalchio autem miti ad nos vultu re- 48
spexit et 'vinum' inquit 'si non placet, mutabo; vos illud oportet bonum faciatis. deorum beneficio non emo, sed nunc quicquid ad salivam facit, in suburbano nascitur eo, quod ego adhuc non novi. dicitur confine esse Tarraciniensibus et Tarentinis. nunc coniungere agellis Siciliam volo, ut cum Africam libuerit ire, per meos fines navigem. sed narra tu mihi, Agamemnon, quam controversiam hodie declamasti? ego etiam si causas non ago, in domusionem tamen litteras didici. et ne me putes studia fastiditum, II bibliothecas habeo, unam Graecam, alteram Latinam. dic ergo, si me amas, peristasim declamationis tuae.' cum dixisset Agamemnon: 'pauper et dives inimici erant' — ait Trimalchio 'quid est pauper?' 'urbane' inquit Agamemnon et nescio quam controversiam exposuit. statim Trimalchio 'hoc' inquit 'si factum est, controversia non est; si factum non est, nihil est.' haec aliaque cum effusissimis prose-

---

1 *contulit Heinsius Vespae iudicium coci et pistoris u. 74 'est Bromio Pentheus, est et mihi de boue Pentheus':* phasiacum *Reinesius* 2 aeno coctos *Tilebomenus:* eno cocto *H.* oenococtos *Oriolius p. 24* 3 iussit *inepte repetitum. post* occidi *autem abscissa narratio maleque* et *praepositum uidetur. deinde* inquit *addidi* 5 esse *addidi: uulgo om.* se 6 natus? ẹṣ *H unde* es *deleui* 8 uietorum *susp. Heinsius* coniici *H* cocum quidem *transposui:* quidem cocum *H* potentiae *Schefferus:* potentia *H* 12 meo *Goesius* 13 Tarracimensibus *H unde* Tarraciniensibus *Burmannus. cf. Ostienses et Ostenses, Castrimoenenses et Castrimoenienses, Misenensis et Miseniensis, castrensis et collegium castriense. luculentum ignorantiae specimen haec Tarricinae commemoratio* 14 affricam *H. praepositio abest siue secundum uulgi usum a Spartiano Apuleioque comprobatum siue quia terra illa urbis instar Trimalchioni uidetur* 15 agamenon *H, item u.* 19 *et* 21 16 etiam *scripsi, accessit Wehlius p. 21:* autem *H.* etsi *malebat Heinsius* domusionem *Wehlius ibidem:* diuisione *H.* sine diuisione *Heinsius* 17 II *scripsi cum Tilebomeno:* tres *H defensum ab Heinsio* bibliotecas *H. Petronius certo scripserat* bybliothecas 18 alteras latinas *Schefferus.* oscam tertiam *addebat Oriolius p 25* 19 peristasim *et in margine* i. circumstantiam *H* 23 Hee *H*

queremur laudationibus, 'rogo' inquit 'Agamemnon mihi carissime, numquid duodecim aerumnas Herculis tenes aut de Vlixe fabulam, quemadmodum illi Cyclops pollicem poricino extorsit? solebam haec ego puer aput Homerum legere. nam Sibyllam quidem Cumis ego ipse oculis meis vidi in ampulla pendere, et cum illi pueri dicerent: Σίβυλλα, τί θέλεις; respondebat illa: ἀποθανεῖν θέλω. H

49 nondum efflaverat omnia, cum repositorium cum sue ingenti mensam occupavit. mirari nos celeritatem coepimus et iurare ne gallum quidem gallinaceum tam cito percoqui potuisse, tanto quidem magis, quod longe maior nobis porcus videbatur esse, quam paulo ante aper fuerat. deinde magis magisque Trimalchio intuens eum 'quid? quid?' inquit 'porcus hic non est exinteratus? non mehercules est. voca, voca cocum in medio.' cum constitisset ad mensam cocus tristis et diceret se oblitum esse exinterare, 'quid? oblitus?' Trimalchio exclamat 'putes illum piper et cuminum non coniecisse. despolia.' non fit mora, despoliatur cocus atque inter duos tortores maestus consistit. deprecari tamen omnes coeperunt et dicere: 'solet fieri; rogamus, mittas; postea si fecerit, nemo nostrum pro illo rogabit.' ego, crudelissimae severitatis, non potui me tenere, sed inclinatus ad aurem Agamemnonis 'plane' inquam 'hic debet servus esse nequissimus; aliquis oblivisceretur porcum exinterare? non mehercules illi ignoscerem, si piscem prae-

1 agamenon *H* mi *Heinsius* 2 nunquid *H* erumpnas *H* 3 ciclops *H* podicem ericio extersit *Iacobsius qui* penicillo *adsumere debebat speciose*, podicem *etiam Oriolius p. 26* penicillo *Reinesius non improbabiliter*, porricino *a porro deducta nota mentulae Oriolio in mentem uenerat*, porri cinno *aut* condylo *Iac. Gronouius*, forcipe *aut* per iocum *Studerus p. 15.* soricino *id est* μυείῳ *Heinsius et* porcino *id est in porcum mutato Antonius male Vlixem cogitantes. subest enim ablatiuus instrumenti* 4 sibillam *H* 5 ampolla *H. Ampelii VIII 16 bene Munckerus meminerat* 6 sibilla te thilis *et in margine* ti thelis i. quid uis *H* apo than in helo *et in margine* apo thani thelo i. moriar *H* 7 Nundum *H* efflauerat *H*, *non* effluerat *qua scriptura Heinsius, Iahnius, ego ut* effutierat *coniceremus adducti eramus.* effuderat *Iacobsius* 9 gallinacium *H ut scribitur in titulo Orellii 4330* *fortasse* et tanto 11 aper *in cap. 40 appositus*: apparuerat *Heinsius* 12 saeuum *Heinsius* 14 exinterara (e *suprascr.*) *H* 16 cucus *H* 18 mittas *Heinsius*: mittes *H* 19 '*uidetur hic excidisse* metu *uel* re *uel* spectaculo, *uel scribendum* crudelissimae ergo seueritatis' *Heinsius*. 'homo *addendum cogitatione esse Iacobsius monuit conlato Suetonio Domit. 15 pr.* 20 aurem aga^me^nonis *H* 22 piscem teruncii *uel* tressis perdidisset *Heinsius.* praeterire *est obliuisci exinterare*

H terisset.’ at non *ita* Trimalchio, qui relaxato in hilaritatem vultu ‘ergo’ inquit ‘quia tam malae memoriae es, palam nobis illum exintera.’ recepta cocus tunica cultrum arripuit porcique ventrem hinc atque illinc timida manu secuit. nec mora, ex plagis ponderis inclinatione crescentibus tomacula cum botulis effusa sunt.

plausum post hoc automatum familia dedit et ‘Gaio feliciter’ 50 conclamavit. nec non cocus potione honoratus est, etiam argenteam coronam poculumque in lance accepit Corinthia. Quam cum Agamemnon propius considererat, ait Trimalchio: ‘solus sum qui vera Corinthea habeam.’ expectabam, ut pro reliqua insolentia diceret sibi vasa Corintho afferri. sed ille melius ‘et forsitan’ inquit ‘quaeris quare solus Corinthea vera possideam: quia scilicet aerarius, a quo emo, Corinthus vocatur. quid est autem Corintheum, nisi quis Corinthum habeat? et ne me putetis nesapium esse, valde bene scio, unde primum Corinthea nata sint. cum Ilium captum est, Hannibal, homo vafer et magnus stelio, omnes statuas aeneas et aureas et argenteas in unum rogum congessit et eas incendit; factae sunt in unum aera miscellanea. ita ex hac massa fabri sustulerunt et fecerunt catilla et parapsides *et* statuncula. sic Corinthea nata sunt, ex omnibus in unum, nec hoc nec illud. ignoscetis mihi, quod dixero: ego malo mihi vitrea, certe non olunt. quod si non frange-

---

1 ita *addidi.* non Trimalchio [tam crudelis erat sed] relaxato *proposuit Wehlius p. 24* ilaritatem *H* 5 thumatula *H* botulis *Schefferus:* botulius *H. cf. Ioannes Saresb. ad cap. 40 adlatus* 6 automation *malebat Heinsius* 7 portione *Iac. Gronouius* honoratus *Schefferus:* oneratus *H* argenteam coronam *scripsi, item Wehlius p. 24:* argentea corona *H quod ut seruaretur* et *pro* etiam *scribendum erat* 8 agamenon *H* 10 Corinthea *forma etiam ab Isidoro orig. XVI 20, 4 seruata est qui haec hinc exscripsit:* nam dum hanc ciuitatem *(Corinthum)* Hannibal cepisset, omnes statuas aeneas et aureas et argenteas in unum rogum congessit et eas incendit. ita ex hac commixtione fabri sustulerunt et fecerunt parapsides. sic Corinthea nata sunt, ex omnibus in unum, nec hoc nec illud 11 quaeritis *Wehlius p. 28. adloquitur Agamemnonem lancem curiosius considerantem* 12 *fortasse* uera Corinthea *transponendum* 14 *potius* set. *similiter* at *Iacobsius* nesapum *secundum Terentianum Scaurum p. 2251 P. Studerus p. 17* 15 anibal *H* 16 stelio *Heinsius:* scelio *H.* scelero *Reinesius* 17 facta *Antoniana* 18 muscillania *H* 19 paropsides *H, Isidori codex nullus* et *addidit Schefferus* statunculas *Schefferus. neutrius generis deminutiuum agnoscit Donatus artis gr. II 4, 3 p. 1747 P. secundum Santenianum librum* 20 quod *Munckerus:* quid *H.* qui *Schefferus, si* quidem *Goesius* certe non olunt *conieci, item* certe non olent *ad-*

51 rentur, mallem mihi quam aurum; nunc autem vilia sunt. fuit tamen faber qui fecit phialam vitream, quae non frangebatur. admissus ergo Caesarem est cum suo munere; deinde fecit reporrigere Caesarem et illam in pavimentum proiecit. Caesar non pote validius quam expavit; at ille sustulit phialam de terra. collisa erat tamquam vasum aeneum. deinde marceolum de sinu protulit et phialam otio belle correxit. hoc facto putabat se solium Iovis tenere, utique postquam *Caesar* illi dixit: "numquid alius scit hanc condituram vitreorum?" vide modo. postquam negavit, iussit illum Caesar *H*

Isidorus originum XVI 16, 6: ferunt autem sub Tiberio Caesare quendam artificem excogitasse uitri temperamentum ut flexibile esset et ductile. qui dum admissus fuisset ad Caesarem, porrexit phialam Caesari, quam ille indignatus in pauimentum proiecit. artifex autem sustulit phialam de pauimento, quae complicuerat se tanquam uas aeneum, deinde marculum de sinu protulit et phialam correxit. hoc facto Caesar dixit artifici 'numquid alius scit hanc condituram uitrorum [uitri *ed. princeps*]?' postquam ille iurans negauit

Ioannes Saresberiensis policratici IV 5 p. 232: apud Petronium Trimalchio refert fabrum fuisse qui uitrea uasa faceret tenacitatis tantae, ut non magis quam aurea uel argentea frangerentur. cum ergo phialam huiusmodi de uitro purissimo et solo, ut putabat, dignam Caesare fabricasset, cum munere suo Caesarem adiens admissus est. laudata est species muneris, commendata manus artificis, acceptata est deuotio donantis. faber uero ut admirationem intuentium uerteret in stuporem et sibi plenius gratiam conciliaret imperatoris, petitam de manu Caesaris phialam recepit, eamque ualidius proiecit in pauimentum tanto impetu, ut nec solidissima et constantissima aeris materia maneret illaesa. Caesar autem ad haec non magis stupuit quam expauit. at ille de terra sustulit phialam, quae quidem non fracta erat sed collisa, ac si aeris substantia uitri speciem induisset. deinde martiolum de sinu proferens uitium [uitrum *alii*] correxit aptissime et tanquam collisum uas crebris ictibus reparauit. quo facto se coelum Iouis tenere [cernere *alii*]

scriptum ab Iahnio inueni: certe nolunt *H.* certae nolunt *Orellius cauillari Trimalchionem Fortunatam suam opinatus*, certi *uel* certei nolunt *Antonius et Oriolius p. 27*, caeteri nolint *praeeunte Scheffero Heinsius* 2 fialam *H, item u.* 5 *et* 6 3 ad Caesarem *Heinsius* 4 Caesarem *Schefferus:* cesari *H.* petiit reporrigere Caesari *Heinsius. male haec cepisse elucet Isidorum* ualidius *H. uoluisse puto librarium* ualidius *id est* ualdius. *ellipsin hanc consimilem illi* mirum quantum *cum Saresberiensi corrupit Wehlius p. 24* 5 tamq; *hoc est* tamque *H* 6 marceolum *scripsi:* martiolum *H, Saresberiensis cuius libri non nulli* marculum *habere feruntur;* marculum *Isidorus.* marcus marculus marcellus *antiqui dicebant*, t *litteram substituebant Romanenses* cito *Parisina.* in otio *uel* otiose *interpretabantur Schefferus et Heinsius* 7 solium *Heinsius:* coleum *mirifice H.* coelum *Saresberiensis*, *Schefferus* 8 Caesar *addidi quia* ille *in hac narratione ubique accipitur faber.* ille *pro Caesare correxit Heinsius* nunquid *H* 9 uitrorum *Isidorus, non H aut Saresberiensis*

H decollari: quia enim, si scitum esset, aurum pro luto haberemus. in argento plane studiosus sum. habeo scyphos urnales plus minus 52 *C:* quemadmodum Cassandra occidit filios suos, et pueri mortui iacent sic ut vivere putes. habeo capides M, quas reliquit patrono *meo* Mummius, ubi Daedalus Niobam in equum Troianum includit. nam Hermerotis pugnas et Petraitis in poculis habeo, omnia ponderosa; meum enim intelligere nulla pecunia vendo.'

haec dum refert, puer calicem proiecit. ad quem respiciens Trimalchio 'cito' inquit 'te ipsum caede, quia nugax es.' statim puer

alterum hoc scire, iussit illum [eum *alii libri*] Caesar decollari, ne dum hoc cognitum fieret, aurum pro luto haberetur et omnium metallorum pretia abstraherentur. et reuera, quia si uasa uitrea non frangerentur, meliora essent quam aurum et argentum.

arbitratus est eo quod familiaritatem Caesaris et admirationem omnium se promeruisse credebat. sed secus accidit. quaesiuit enim Caesar, an alius sciret hanc condituram uitreorum [uitrorum *priora exemplaria*]. quod cum negaret, eum decollari praecepit imperator dicens: quia si hoc artificium innotesceret, aurum et argentum uilescerent quasi lutum. an uera sit relatio et fidelis, incertum est, et de facto Caesaris diuersi diuersa sentiunt.

---

2 habo *H* 3 C *addidi, nam* D *etiam pro Trimalchionis lautitiis nimium uidetur; item Wehlius p. 28. intercidisse numerum Heinsius uidit, addendum praeterea* quibus effictum *Goesius putauit* 4 sic uti uiuere *Heinsius:* sicuti uere *H. comparauit Iacobsius Ouidi met. X 250 'uirginis est uerae facies quam uiuere credas' et Gallicam de Argentoratensi illo monumento historiolam hanc 'on parlait dans la petite feuille du tombeau du maréchal de Saxe et l'on disait avec ce ton précieux à la mode: la figure de la mort a tant d'expression qu'on pourrait dire qu'elle est pleine de vie'* capides M *scripsi:* capidem *H unde* quam *Patauina* patrono meo Mummius *scripsi:* patronorum meus *H.* patrono meo Mys *Heinsius eruditius pro inscitia Trimalchionis ut puto neque caelatoris sed diuitis testatoris memoriam desidero,* patrono Romulus *Burmannus,* patronorum unus *Goesius,* patronus meus *Patauina quae inserere* mihi *debebat,* patronorum patronus *Wehlius p. 16,* Patroclo Prometheus *Reiskius*
5 nyobam *H. male Graecam formam* Nioben *uulgabant* 6 iam *Reinesius,* etiam *Iacobsius* Hermerotis *Reinesius:* hemerotis *H. mirum ni* Hermeronis *Trimalchio declinauit* pugnas *Schefferus,* et *Burmannus:* pugnasset *H* petraitis *hic et in cap. 71 H quod gladiatoris nomen cum quale sit nesciam* Patrocletis *conieci. an casus rectus* Petras *statuendus, hoc autem nomen comparandum ad correpta talia* Artemas Damas Menas Theudas ? Pheronactem *Claudianum libertum in ludo Senecae cap. 13 inuenies.* Tetraidis *Friedlaenderus mus. Rhen. n. X p. 553,* Petronatis *Reiskius,* Petranactis *in adnotatione Antonius. in cap. 71* Paridis *Schefferus,* Paederotis *Hildebrandus ad Apulei met. XI 21 p. 1065*
7 *post* ponderosa *pauca intercidisse Iacobsio uidebantur* 9 ip̄m *H quod* ipsam *Lucius,* ipsum *Keilius interpretatur. rectius* ipsus

demisso labro orare. at ille 'quid me' inquit 'rogas? tanquam ego tibi molestus sim. suadeo, a te impetres, ne sis nugax.' tandem ergo exoratus a nobis missionem dedit puero. ille dimissus circa mensam percucurrit H

et 'aquam foras, vinum intro' clamavit . . . excipimus urbanitatem iocantis, et ante omnes Agamemnon, qui sciebat quibus meritis revocaretur ad cenam. ceterum laudatus Trimalchio hilarius bibit et iam ebrio proximus 'nemo' inquit 'vestrum rogat Fortunatam meam, ut saltet? credite mihi: cordacem nemo melius ducit.' atque ipse erectis supra frontem manibus Syrum histrionem exhibebat concinente tota familia: *Μάδεια, Περιμάδεια.* et prodisset in medium, nisi Fortunata ad aurem accessisset; [et] credo, dixerit non decere gravitatem eius tam humiles ineptias. nihil autem tam inaequale erat; nam modo Fortunatam suam *verebatur*, modo revertebatur ad naturam.

53 [et] plane interpellavit saltationis libidinem actuarius, qui tan-

---

1 labro orare *Schefferus et Heinsius*: labrore *H* 2 *post* nugax *uix potest quin pauca omissa sint quibus* ergo *apte adnectebatur* 3 circha *H* 4 discucurrit *conl. cap. 40 Wehlius p. 25 quem non fugit uitii aliquid inesse in hoc enuntiato*, ter cucurrit *Burmannus. lacunam significaui, neque enim tale dictum concedebat dominus puero a cyathis et iocatum esse Trimalchionem statim narratur. puer cucurrit per triclinium gratias agens conuiuis qui pro eo deprecati erant, at Trimalchio nescio quas nugas fecit et ad aquae memoriam adductus illa exclamauit* 5 *deest* plausu nos 6 agamenon *H* 7 ilarius *H* 8 et iam *coniuncta in H disiunxit Heinsius* 10 *post* ducit *caue quidquam periisse credas, nam* ipse *opponitur toti familiae* sirum *H* 11 madeia perimadeia *H in quibus cum Medeae nomen agnouissem, Perimeden alteram esse Ribbeckius me commonefecit conl. Theocrito II 16 ubi hae pharmaceutriae consociantur. nam ut* Μήδη *et* Μήδεια *ita* Περιμήδη *et* Περιμήδεια *uidetur pronuntiata esse: offendit tamen* η *cum* α *commutata. principium est cantici quod cordacem saltantes canebant fortasse trochaeis compositi, qui* κορδακικώτεροι *erant iudice Aristotele:* μὰ Δία perite μὰ Δία *Schefferus et Heinsius ubi* perii *Reinesius*, prodi *Iacobsius*, πάρει *Reiskium secutus Antonius substituebat*, μάλ' εἶα πάριθι μάλ' εἶα *Reiskius* 12 et *delendum* 14 *sic scripsi cum Heinsio qui* suam *praeterierat*: suam reuertebatur modo ad naturam *H. dubito autem an praestet* modo Fortunatam uerebatur modo ad naturam suam reuertebatur. *addendum* reuerebatur *Scheffero uisum erat, corrigendum* reuerebatur *et post* naturam *inserendum* propendebat *uel* defluebat *Reiskio. ceterum tam concisa haec sententia est ut detraxisse de ea excerptorem credam. idem quo commissuram orationis hiantem occultaret*, et *ante* plane *interpolauit.* sed plane *Iacobsius* 16 *post* libidinem *lacunam Schefferus statuit sine caussa*

H quam urbis acta recitavit: 'VII. kalendas sextiles in praedio Cumano quod est Trimalchionis: nati sunt pueri XXX, puellae XL; sublata in horreum ex area tritici millia modium quingenta; boves domiti quingenti. eodem die: Mithridates servus in crucem actus est, quia Gai nostri genio maledixerat. eodem die: in arcam relatum est, quod collocari non potuit, sestertium centies. eodem die: incendium factum est in hortis Pompeianis, ortum ex aedibus Nastae villici.' 'quid?' inquit Trimalchio 'quando mihi Pompeiani horti empti sunt?' 'anno priore' inquit actuarius 'et ideo in rationem nondum venerunt.' excanduit Trimalchio et 'quicunque' inquit 'mihi fundi empti fuerint, nisi intra sextum mensem sciero, in rationes meas inferri vetuo.' iam etiam edicta aedilium recitabantur et saltuariorum testamenta, quibus Trimalchio cum elogio exheredabatur; iam nomina villicorum et repudiata a circitore liberta in balneatoris contubernio deprehensa et atriensis Baias relegatus; iam reus factus dispensator et iudicium inter cubicularios actum.

petauristarii autem tandem venerunt. baro insulsissimus cum scalis constitit puerumque iussit per gradus et in summa parte odaria saltare, circulos deinde ardentes transire et dentibus amphoram sustinere. mirabatur haec solus Trimalchio dicebatque ingratum artificium esse. ceterum duo esse in rebus humanis quae libentissime spectaret, petauristarios et cornicines; reliqua [animalia] acroamata tricas meras esse. 'nam et comoedos' inquit 'emeram, set

---

1 VII° *H. rationes semestres puta ut intra sex menses ante VII. kal. Augustas pueri tot nati, tot sublati modii, tot boues domiti sint.* ad VII. *Goesius* 2 XXXta *H* 3 orreum *H* 4 mitridate *H* 6 sextercium *H* 7 ortis *H ut u.* 8 orti 9 nundum *H* 12 uetuo *H quod seruandum duxi* 13 elegio exheredebatur *H* 14 circitore *scripsi quoniam una hac forma utebantur:* circumitore *H* 17 *satis praeruptus hic transitus nec placet uerborum ordo ut compilatio pellucere uideatur* 18 ire per gradus *Munckerus*, per gradus erigi *uel* ferri *Heinsius. potest* eniti *intercidisse* 19 *malo transponi* deinde circulos transsilire *Heinsius* 20 ingratum artificium *sic ut Plautus amicum castigare inmoene facinus uocat* 22 cornicines *Heinsius post Schefferum qui* coturnices *praetulerat:* cornices *H* *ita scripsi* animalia *male sedulo interpreti uindicans:* animalia cromataricas meras *H.* animalia ac acroamata tricas meras *primo et postea* animalia ac tomata (*id est* θαύματα) caricas meras *Schefferus*, anilia *uel* anomala acroamata ac tricas meras *Heinsius*, omnia acroamata tricas meras *Iacobsius. codici patrocinabatur Oriolius p. 27 a chromatario illud uocabulum deriuans et res pictas quasi res nihili explicans: miror quod non ad* χρῶμα *et* ταριχεύειν *rettulit* 23 sed *Heinsius de re tamen falsus cum* Atellam facessere *cogitaret:* et *H*

malui illos Atellanam facere, et choraulen meum iussi Latine cantare.' H

54 cum maxime haec dicente Gaio puer ..... Trimalchionis delapsus est. conclamavit familia, nec minus convivae, non propter hominem tam putidum, cuius et cervices fractas libenter vidissent, sed propter malum exitum cenae, ne necesse haberent alienum mortuum plorare. ipse Trimalchio cum graviter ingemuisset superque brachium tanquam laesum incubuisset, concurrere medici, et inter primos Fortunata crinibus passis cum scypho, miseramque se atque infelicem proclamavit. nam puer quidem, qui ceciderat, circumibat iam dudum pedes nostros et missionem rogabat. pessime mihi erat, ne his precibus periculo *nostro* aliquid catastrophae quaereretur. nec enim adhuc exciderat cocus ille, qui oblitus fuerat porcum exinterare. itaque totum circumspicere triclinium coepi, ne per parietem automatum aliquod exiret, utique postquam servus verberari coepit, qui brachium domini contusum alba potius quam conchyliata involverat lana. nec longe aberravit suspitio mea; in vicem enim poenae venit decretum Trimalchionis, quo puerum iussit liberum esse, ne quis posset dicere tantum virum esse a servo volneratum.

55 ‖ comprobamus nos factum ‖ et quam in praecipiti res humanae HLO H
essent, ‖ vario sermone garrimus. ‖ 'ita' inquit Trimalchio 'non HLO
oportet hunc casum sine inscriptione transire' statimque codicillos H
poposcit et non diu cogitatione distorta haec recitavit:

‖ 'quod non expectes, ex transverso fit ... HL

---

1 Atellanam *Schefferus:* Atellam *H* choraulem *edebant fortasse rectius* 2 *deesse aliqua Schefferus uidit. ludere uelut haec licet:* puer qui innixus debili et infirmo scalae gradu saltabat perfregit eum et in lectum Trimalchionis delapsus est. *conferas fragm. XV. deleuit* Trimalchionis *et* in brachium eius *non latine scripsit Wehlius p.* 27 4 puditum *sed in margine* putidum *H* etiam *uulgabatur* 7 concurere *H* 11 nostro *addidi: iocatur Encolpius periculum uocans si Trimalchio eiusque familia hoc uel illud simulantes simplicitate conuiuarum abutebantur.* perridiculae *Heinsius*, pueri denuo *Iacobsius* catastrophae *Schefferus:* catastropha *H* 15 conchiliata *H* 16 suspicio *H* 17 poenae *Hadrianides, Heinsius:* cenae *H* 18 uulneratum *Schefferus, Heinsius:* liberatum *ex* liberum *natum H.* uerberatum *praeterea coni. Heinsius*, irritatum *Wehlius p. 28 qui quod in Schefferi emendatione reprehendit, in eo ipso 'urbanitas' huius dicti sita est;* laesum laceratum liuidatum liuoratum uilitatum *alii* 19 *ita iungunt ABCDEFGLPpst* comprobamus factum uarioque sermone garrimus et poetarum coepit esse mentio: *pleniora H exhibebat. ante* garrimus '*deesse quid*' *uidebatur Sambuco* cum probamus *P* 20 sermone garrimus *om. B* 21 sine s inscriptione *H. uoluerat* scriptione *scribere* 23 *cum sequenti uersu habent*

HL .. et supra nos Fortuna negotia curat.
H || quare da nobis vina Falerna, puer.'
HLO ab hoc epigrammate || coepit poetarum esse mentio

'diuque summa carminis penes Mopsum Thracem commorata est'

donec Trimalchio 'rogo' inquit 'magister, quid putas inter Ciceronem et Publilium interesse? ego alterum puto disertiorem fuisse, alterum honestiorem. quid enim his melius dici potest?

"luxuriae rictu Martis marcent moenia.
tuo palato clausus pavo nascitur
plumato amictus aureo Babylonico,

---

tamquam prosae orationis sententiam Lpt post caput 82 et florilegium Parisinum expectas *Lpt* ubique *addit Heinsius. finis prioris uersus posteriorisque exordium ut perirent, factum est hoc emblemate quod H post* curat *habet* (Disticon trimalchionis est cum elego suo). *contra Leopoldus Schmidtius eos uersus sic disposuit:* — ⏑ ⏑ — quod non expectes, ex transuerso || fit et supra nos Fortuna negotia curat *uelut si maioris poematis eiusque sane non elegantis Trimalchio particulam recitaret*

1 nostra *praemittit Heinsius*, et supra nos Fors Fortuna *ego olim conieceram* supra *Heinsius:* super *HLpt cum florilegio* negocia *H:* negotium *Lpt cum florilegio* 3 Ab, *non* sub *H* epigramate *H* poetarum coepit *transponunt ABCDEFGLPpst ut dixi antea* mentitio *F qui* diuque *omisit lacunam significaui; intercidisse non nulla iam Iacobsius perspexit. quae secuntur Trimalchionis esse puto de poesis historia ridicule prodocentis* 4 poenes *B* mobsum *BF*, Morsum *Ls sed* 'Mopsum *u. c.*' *margo L et* '*f.* Mopsum' *Sambucus.* Marsum *Patissonus*, Morsimum tragicum *duce Iunio Burmannus* trachem *AFH*, *om. cum lacunae signo B* commorata *ELs:* memorata *quod correctori debetur ABCDFGHPpt.* remorata '*uetus codex*' *Goldasti*, *Heinsius qui* morata *quoque proposuit;* immorata *Lipsius, Iahnius* 'memorata est *deest in ex Bitur.*' *Pithoeus*, 'est *deest in u. c. Br.*' *margo t* 6 *ante* donec *necesse est alia memorata esse* inquid *P* putas *ut uulgus loquebatur unus H:* putes *reliqui* 7 Publilium *restitui:* Publium *libri omnes*, Publicum *Bituricus* dissertiorem *B*, desertiorem *F* 8 fuisse *om. cum lacunae signo B*, esse *AFGs* enim *om. G* *post* potest *asteriscum habent pt* 9 *sunt Syri uersus apud Ribbeckium com. lat. rel. p. 258* ritu *AH.* luxurie et uictu *Henr. Stephanus*, luxurie uicta *Richardus*, luxuriae uictu *Heinsius*, luxuriae ab ictu *Moesslerus* marcen *C* 10 pallato *AF* exclusus *Stephanus*, lautus *Scaliger*, Samius *Barthius*, oculeus *Heinsius* nascitur *ABCDEFGHLPpst:* pascitur *in margine L coni. Scaliger, Douza, uulgo* 11 auro *ABCDFGHP* babilonico *AH*, babilenico *F*

gallina tibi Numidica, tibi gallus spado; *HLO*
ciconia etiam, grata peregrina hospita,
pietaticultrix gracilipes crotalistria,
avis exul hiemis, titulus tepidi temporis,
nequitiae nidum in caccabo fecit modo.
quo margarita cara tribaca Indica?
an ut matrona ornata faleris pelagiis
tollat pedes indomita in strato extraneo?
zmaragdum ad quam rem viridem, pretiosum vitrum?
quo Carchedonios optas ignes lapideos?
nisi ut scintillet, probitas est carbunculus.
aequum est induere nuptam ventum textilem,
palam prostare nudam in nebula linea?"

---

1 numida *ACDFG*, *ex F tamen* numic^h^a *Mommsenus enotauit.* munda gallus *sine* tibi *P* 2 ciconica *ACFG* Graia *praeeunte Scaligero Heinsius* 3 pietaticultrix *Lpt*: pietatis cultrix *ABCDEFGHs*, pietatis cultrux *P* gracilis pes *H*, gracilis pes *AF et ut uidetur E*, gracili spes *G*: gracilipes *etiam Sambucus* etotalistria *AEF* 4 exul *sic AFGHLP* hyemis *G*, yemis *F* titlus *P* 5 nequicie *AGH* caccabo *BCP*: cacabo *reliqui* modo *correxi, quoniam Syri aetate comedendarum ciconiarum usum instituit praetorius auctor. idem Iacobsio in mentem uenerat*: meo *libri.* merae *aut* tuo *Heinsius* 6 cara *ut* s *uideatur in fine deleta L* tribaca *ACDEFGHP*, tribacca *pt*, tribacca ac *s*, tibi baca *B*, tibi bacca *L cuius margini Scaliger 'ita u. c.' inscripsit cum Biturico et margine t. inde Heinsius* tibi, baccam Indicam *fortasse uere.* margaritae bacca tricata Indicae *idem antea,* unibacca *Salmasius.* tribaca *quod ternarum baccarum esse uoluere prima syllaba correptum metro repugnat.* uitribaca *aut simile compositum latere opinabar* *post hunc uersum quaedam excidisse Ribbeckius putabat. miscuisse Trimalchionem credo quos meminerat Syri uersus; huic uersui apte continuatur qui tertius deinceps sequitur, nec hoc loco potius quam post u.* 13 *scortans matrona commemorari debebat* Aut ut *t*, Non ut *Munckerus* 7 onerata *pt*: ornata *etiam margo t* faleris *AF*: phalleris *C*, phaleris *reliqui* pelagus *AFGH*, patagiis *margo t* 8 sirato *B* 9 zmaragdum *B*: smaragdum *reliqui* ad aquam *H* rei *AF* preciosum *AHLP* 10 charchedonios *CG. fuit qui* Chalcedonios *coniceret* portas *maluerat Heinsius*, aptas *Iacobsius* 11 uin ut scintillet *Barthius. librorum scriptura si sana est sic intellegenda: nisi forte probitatem carbunculum habueris qui scintillare debeat* ut *om. G*, aut *F* scintillet *ABCDGHPp relatum a Iacobsio ad matronam quasi* optat *praecessisset*: scintillent *ELst*, scintille *F*. scintilles *Heinsius. plerumque haec penthemimeris superiori uersui adiuncta per interrogationem effertur* probitas est] probita se *B* carbunculus *EHLst*: carbunculas *ACDG*, carbinculas *F*, carbunculos *BPp* 12 aequm *B* é *pro* est *L.* estne *Heinsius* indûere *sic L*, inducere *ABDFGH et ut uidetur S cum*

H ‖ quod autem' inquit 'putamus secundum litteras difficillimum 56 esse artificium? ego puto medicum et nummularium: medicus, qui scit quid homunciones intra praecordia sua habeant et quando febris veniat, etiam si illos odi pessime, quod mihi iubent saepe anatinam parari; nummularius, qui per argentum aes videt. nam mutae bestiae laboriosissimae boves et oves: boves, quorum beneficio panem manducamus; oves, quod lana illae nos gloriosos faciunt. et facinus indignum, aliquis ovillam est et tunicam habet. apes enim ego divinas bestias puto, quae mel vomunt, etiam si dicuntur illud HL a Iove afferre; ‖ ideo autem pungunt, quia ubicumque dulce est, ibi et acidum invenies.'

H ‖ iam etiam philosophos de negotio deiciebat, cum pittacia in scypho circumferri coeperunt, puerque super hoc positus officium apophoreta recitavit. 'argentum sceleratum': allata est perna, super quam acetabula erant posita. 'cervical': offla collaris allata est. 'serisapia et contumelia': aecrophagie saele datae sunt et contus cum

---

uetere Pithoei, enim ducem *t*   textile *ut posterior manus lineolam superscripserit F*, textillem *A*, tectilem *P*   16 '*u. c.* pala' *margo L. sic P.* textili Pala *margo t*, ad uentum textilem pallam *Stephanus* ac *addebat Iacobsius*   prostrare *ACFGP*   nudum *t*   linea *Lpt, Sambucus:* lunae *BCDEG uetus Pithoei et ex* '*u. c.*' *margo L*, lune *AFHP*   uersus XVI *subscriptum A. tres asterisci cum interstitio haec separant in Lpt a cap.* 79

1 putas *Wehlius p.* 28   difficilimum *H*   2 numularium *H*   4 quod *H: edebant* qui   anethinam *Iahnius*, aloetinam *Reinesius*, mane uomitinam *Heinsius*   7 o *pro* et *Antoniana. fortasse* ei   8 est et *Statilius Schefferusque:* esset *H*   9 *fortasse* quod mel   dicitur *H Pataui Amstelodamique editus et collatus a Keilio:* dicuntur *idem collatus a Bursiano adtestante Fröhnero.* dicitur-afferri *Heinsius*   10 apes ideo pungunt, quia ubicunque dulce est ibi et acidum inuenies *habent Lpt post cap.* 82 *et florilegium Parisinum in quo* spes *scriptum est*   12 negocio *H*   14 apophoreta *et in margine* i. refutata *H*   sceletatum *Heinsius*, celeratum *Iacobsius. latinum uocabulum* σκελίδος *graecae simile elegit Trimalchio*   super *scripsi:* supra *H*   15 acitabula *H.* argentabula *Oriolius p.* 28   colaris *H.* cerui collaris *Wehlius p.* 29. ceruicale *proprie uocatur quod ad collum pertinet*   seuisapia *Heinsius*, seria sapae *Schefferus*   16 *sic H. ultima* e sale *interpretor cum Burmanno ut* aecrophagi *oleris cibiue conditiui nomen effecerint. num* agrioraphani *tamquam moechorum serisapia an* xerophagiae ? *olim* sarcophagi *suspicabar quia sarcophagus lapis gustu salsus Assius Phrygiae est et* '*sero sapiunt Phryges*'. ac creophagiae *Burmannus*, aeschiophagiae solae *Heinsius sapones ex seuo uel adipata in res obscoenas figurata intellegens, meras nugas reliqui comminiscebantur uelut Oriolius p.* 29 acreophagiae *id est dapes sine carne* singulae *aut Studerus p.* 17 contumelia aeschrophagiae *quo titulo* '*ad obscoenam illius conti cum malo significatio-*

malo. ʻporri et persicaʼ: flagellum et cultrum accepit; ʻpasseres et *H* **muscariumʼ: uvam passam et mel Atticum. ʻcenatoria et forensiaʼ: offlam et tabulas accepit. ʻcanale et pedaleʼ: lepus et solea est allata. ʻmuraena et litteraʼ: murem cum rana alligatum fascemque betae *accepit.* diu risimus: sexcenta huiusmodi fuerunt, quae iam exciderunt memoriae meae.**

57 **ceterum Ascyltos, intemperantis licentiae, cum omnia sublatis manibus eluderet et usque ad lacrimas rideret, unus ex conlibertis Trimalchionis excanduit, is ipse qui supra me discumbebat, et ʻquid ridesʼ inquit ʻvervex? an tibi non placent lautitiae domini mei? tu enim beatior es et convivare melius soles. ita tutelam huius loci habeam propitiam, ut ego si secundum illum discumberem, iam illi balatum duxissem. bellum pomum, qui rideatur alios; larifuga, nescio quis nocturnus, qui non valet lotium suum. ad summam, si circumminxero illum, nesciet qua fugiat. non mehercules soleo cito fervere, sed in molli carne vermes nascuntur. ridet. quid habet, quod rideat? numquid pater fetum emit lamna? eques Roma-**

---

*nem allusio*ʼ *fieret et* caseoli dati sunt adlatae *cum Burmanno Iacobsius* contus *Burmannus:* centus *H*

1 *porros sectiuos intellexit Iacobsius qui componerentur cum flagello secanti terga hominum.* porr'i *aurigarum uocem opinabatur esse Studerus p. 17* persica *a persecando duxit Studerus. respici conflatas* ʻ*per*ʼ *et* ʻ*sica*ʼ *uoces censebat Oriolius, acinacen Persicum Burmannus, Persei harpen alius* 2 *mel cum allectans impediensque muscas perdat muscarii instar est* 3 canale et pedale *scripsi pro rebus cani pedique aptis:* canalem et pedalem *H.* pedale *Hadrianides* 4 muraena et littera *scripsi:* murenam et litteram *H* alligatam *H unde corrigendum* alligata 5 accepit *addidi* sexcenta enim *expecto* 6 exciderunt *scripsi cum Hadrianide:* ceciderunt *H* memoria mea *Patauina* 10 berbex *set in margine* ueruex *H* lauticie *H* 12 propiciam *H* 13 alapam *uel* colaphum *in mente Petronium habuisse Schefferus et Heinsius uiderunt.* balatu interdixissem *Heinsius antea,* palatum diduxissem *Iac. Gronouius,* balatui indixissem bellum *Iacobsius. cogitabam* balanum *quod cuidam pessulorum generi nomen erat, ut occludendi notio inesset, imago autem similis nostrati de ficu petitae* promum *aut* Comum *comissationum patronum Heinsius,* Momum *Reinesius;* pulmoneum pomum *Iacobsius* rideat uranios *Iacobsius. fortasse* rideat *nam actiua forma u.* 16 *et* 17 *et p.* 72, 17 *repetitur* lucifuga *Schefferus* 15 mehercules *scripsi:* me herculem *H.* me hercule *Patauina* 16 orto *pro* cito *cum enotatum esset falso,* mi solet cor cito *Heinsius* molle *H unde efficere* mollei *possis* 17 faetum *H.* foenum *Tilebomenus.* numquid paret *id est apparet* fatuum me? itane, eques *Heinsius* lāna *H post* emit *interpungens, sed manus ut Bursiano uisa est alia superscripsit* al. lena. *illud* lamna *interpretor cf. p.* 69, 3. *rusticum uidetur prouerbium fuisse de eo qui ouillum suillumue*

H nus es: et ego regis filius. "quare ergo servivisti?" quia ipse me dedi in servitutem et malui civis Romanus esse quam tributarius. et nunc spero me sic vivere, ut nemini iocus sim. homo inter homines sum, capite aperto ambulo; assem aerarium nemini debeo; constitutum habui nunquam; nemo mihi in foro dixit "redde, quod debes". glebulas emi, lamellulas paravi; viginti ventres pasco et canem; contubernalem meam redemi, ne quis in *sinu* illius manus tergeret; mille denarios pro capite solvi; sevir gratis factus sum; spero, sic moriar, ut mortuus non erubescam. tu autem tam laboriosus es, ut post te non respicias. in alio peduclum vides, in te ricinum non vides. tibi soli ridiclei videmur; ecce magister tuus, homo maior natus: placemus illi. tu lacticulosus *es*, nec mu nec ma argutas, vasus fictilis, immo lorus in aqua, lentior, non melior. tu beatior es: bis prande, bis cena. ego fidem meam malo quam thesauros. ad summam, quisquam me bis poposcit? annis quadraginta servivi; nemo tamen sciit, utrum servus essem an liber. et puer capillatus in hanc coloniam veni; adhuc basilica non erat facta. dedi tamen operam, ut domino satis facerem, homini maiiesto et dignitosso, cuius pluris erat unguis, quam tu totus es. et habebam in domo qui mihi pedem opponerent hac illac; tamen — genio illius gratias — enatavi. haec sunt vera athla; nam [in] ingenuum nasci tam facile est quam "accede istoc". quid nunc stupes tanquam hircus in ervilia?'

post hoc dictum Giton, qui ad pedes stabat, risum iam diu 58
compressum etiam indecenter effudit. quod cum animadvertisset

---

fetum paruo aere lucratur. similem uim lamellulae p. 67 *u.* 6 *habent.* lana *uulgo. iungentes insequentibus* leuenna *Wehlius p. 33*, talan *Reiskius*, Lamia *Reinesius*

1 at *Schefferus* 4 sum *Burmannus:* suos *H* assarium *Iacobsius* 7 sinu *post* illius *addidit Heinsius:* capite *Reinesius*, uillis *Schefferus* 11 ricinum *Tilebomenus, Reinesius:* ricium *H* 12 natu *Patauina* lacticulosus *Schefferus:* laeticulosus *H.* lendiculosus *Heinsius* es *addidi* 13 arguta suasus *H: correxit Schefferus* lorus, *non* locus *H* 15 tesauros *H* quisnam *Heinsius*, quis unquam *Iacobsius* 16 scit *H quod pro* sciit, sciuit *Schefferus habet, ut in monumentis* audit perpoleit expolit seruit munit petit poseit posit *perfecta inscripta sunt Henzeniani uoluminis n. 5305 7372 6588 6253 5276 6101 6186, Mommseni I. N. 5820 et 5409* 18 maiesto *Munckerus:* mali isto *H.* malisto *a* μάλιστος *Schefferus*, macaristo *Reinesius* 21 sunt *per compendium H.* est *exemplum Amstelodamense* in *errore geminatum puto* 22 accedere *Schefferus*

adversarius Ascylti, flexit convitium in puerum et 'tu autem' inquit 8 'etiam tu rides, caepa cirrata? io Saturnalia, rogo, mensis december est? quando vicesimam numerasti? ... quid faciat, crucis offla, corvorum cibaria. curabo, iam tibi Iovis iratus sit, et isti qui tibi non imperat. ita satur pane fiam, ut ego istud conliberto meo dono; alioquin iam tibi depraesentiarum reddidissem. bene nos habemus, at istic euge qui tibi non imperat. plane qualis dominus, talis et servus. vix me teneo, nec sum natura caldicerebrius, *set* cum coepi, matrem meam dupondii non facio. recte, videbo te in publicum, mus, immo terrae tuber, nec sursum nec deorsum. non cresco, nisi dominum tuum in rutae folium [non] coniecero, nec tibi parsero, licet mehercules Iovem Olympium clames. curabo, longe tibi sit comula ista bessalis et dominus dupondarius. recte, venies sub dentem; aut ego non me novi, aut non deridebis, licet barbam auream habeas. Athana tibi irata sit, curabo, et qui te primus deuro defecit. non didici geometrias, critica et alogias me-

2 turdes *H* cirrata *Reinesius* pica *pro* caepa *substituens*: pirrata *H*. piperata *Schefferus* io *Heinsius*: o *H* 3 *lacunam significaui. potest* nescit *intercidisse ut iratus conuiua secundam personam et tertiam miscuerit.* facias *Schefferus quod probarem si* cibariis *scriptum esset* 4 coruorum cibaria *suspecta Wehlio p. 16* ubi *H* youis nominatiui catis (*lege* casus) *margo H* isti *Ascylto cuius seruus Giton habebatur. non recte cepit Lachmannus ad Lucretium p. 362* 5 conliberto *Schefferus*: cum liberto *H* 6 reddidissem uicem *Goesius* 7 nos non habemus *Schefferus* at *scripsi cum Burmanno*: aut *H*. haud *Heinsius* istic euge *scripsi ut fiat insultatio cum ironia*: isti geuge *H*. agagae *uel* agagulae *Heinsius*, gerrae *Iacobsius*, gennaei Getae gangraenae gengibiae egregii *alii*, *pluratiue* isti *accipientes omnes* imperat *scripsi praeeunte Scheffero*: imperant *H*. *codicis scripturam in hoc enuntiato seruans interrogationis notam apposuit Orellius* 8 nec *Iahnius conl. p.* 66, 15 *apud Wehlium p. 14*: et *H* caldicerebrius set *scripsi*, caldicerebrius *etiam Iahnius*: caldus cicer eius *H* 9 dupundii *H* recta uia dabo te in patibulum *Iacobsius* 10 pus *uel* fimus *Heinsius*, fumus *uel* fungus *Iacobsius* ymo *H* *uulgo post* tuber, *non post* deorsum *incidunt orationem* 11 non *om. Hadrianides* crescam *Hadrianides* non *sustulit Tilebomenus* coniecero *susp. Heinsius*: coniecit *H*. conieci *Schefferus*, conicio *praeter illa Heinsius* 12 parsero *Reinesius*: par ero *H* Olimpium *H* 13 besalis *H* *quod explicauit Heinsius* dupunduarius *H* 15 Athana *Heinsius*: Sathana *H* et ei *Goesius* 16 de uiro deiecit *Iac. Gronouius*, de cerebro deiecit *Goesius*, de curuo refecit *Schefferus*, de coruo olorem fecit *Iacobsius*, condocefecit *Reinesius*, de cureo (*pro* κουρείῳ) defecit *Reiskius*, oecuro defecit *hoc est sine* οἰκουρῷ *iussit esse Burmannus.* decuro *perperam ferebatur in H esse quod* de puero *ualere Oriolius p. 33 credidit. suspicabar* neruo desuefecit *malo* geometrica. geometriam *Tile-*

H nias, sed lapidarias litteras scio; partes centum dico ad aes, ad pondus, ad nummum. ad summam, si quid vis, ego et tu sponsiunculam: exi, defero lamnam. iam scies patrem tuum mercedes perdidisse. quamvis et rhetoricam scio. ecce qui de nobis "longe venio, late venio. solve me." dicam tibi, qui de nobis currit et de loco non movetur; qui de nobis crescit et minor fit. curris, stupes, satagis, tanquam mus in matella. ergo aut tace aut meliorem noli molestare, qui te natum non putat; nisi si me iudicas anulos buxeos curare, quos amicae tuae involasti. Occuponem propitium. eamus in forum et pecunias mutuemur. iam scies hoc ferrum fidem habere. vah, bella res est volpis uda. ita lucrum faciam et ita bene moriar aut populus per exitum meum iuret, nisi te ubique toga

---

bomenus, geometricas *Schefferus*, geometriae secreta *Heinsius* cretica *H.* creticas *fabulas intellegens Cretensium Schefferus*, criticen *Tilebomenus. nihil huc facit muri Pompeiani inscriptio apud Garruccium 17, 1 ubi* '*nomina genice . . . dotice onomastice phyrrice byzantice* cretice *dymanice gymnice*' *leguntur* et *inter* geometrias *et* cretica *Burmannus posuit* alogas *Schefferus Heinsiusque*, logicas *Iacobsius* menias *uix possis intellegere quas menstrua mercede pueri in ludis docebantur; itaque* critica, alogias et naenias *aut* geometricas naenias et alogias criticas *probaueris.* naenias *Schefferus et Heinsius qui praeterea* inanias *uel* manias *proposuit*, meras *Tilebomenus*

1 lipidarias *H* 3 ecce *Schefferus*: exi *H probante Heinsio* lamnam *aut* annulum *Heinsius*: lāna *H quod* lamna *esse puto ut p.* 66, 17. lanna *Amstelodamense*, lana *Patauinum exemplar. arrae nomen desiderari Heinsius perspexit qualem consuetudo uulgi solebat anulum adhibere sponsionibus;* lamnam *igitur agrestis conuiua armillam suam uocat qua brachium ipsius sic ut Trimalchionis cap. 32 cultum fuisse credemus.* lana *non uideo qui potuerit in subitanea hac altercatione deferri pro pignore.* lemma *Reiskius*, de fero lana *pro prouerbio uel aenigmate rustico Burmannus habebat nec tamen* exi *in* si *mutauit. post* defero *interpungentes* sane *aut* sanna *Schefferus*, leuenna *Wehlius p. 33*, Lamia *Reinesius* 4 quamuis] si quid uis *uel* quid uis? *Wehlius p. 33* et] ego *Iacobsius* scias *Goesius*, scis *Reiskius*, nescio *Tilebomenus. mutilata haec ego existimo quae nescio an huc ualuerint* quamuis et rhetoricam nescio et ceteras ineptias, plane tamen loqui didici. *secuntur autem aenigmata popularia tria a nullo explicata, a multis temere tentata* qui de *scripsi*: quidem *H* nobis *Lucii exemplar*: uobis *H* *non dissimili acumine pueri nostrates de lana glomerata* '*breit komm' ich aufs Dach, lang wieder herunter: rathe mich*'. uenio *utrobique H* 6 curris *non sanum. expecto* muttis *uel* minurris *quod est omnium minutissimarum auicularum. mures* munire, *non* murrire *in glossariis dicuntur* 9 o bucconem *Heinsius*, o cleponem *Reinesius* propicium *H* 11 uolsa picla *Heinsius*, uolpis uersuta *Trillerus* 12 ut *Iahnius*, aut ita *Goesius* ubique toga *transposui*: toga ubique *H*

perversa fuero persecutus. bella res ..... et iste qui te haec docet, *H* **mufrius, non magister. didicimus; dicebat enim magister "sunt vestra salva. recta domum; cave, circumspicias; cave, maiorem maledicas. aut numera mapalia: nemo dupondii evadet." ego, quod me sic vides, propter artificium meum diis gratias ago.'**

59 **coeperat Ascyltos respondere convitio, sed Trimalchio delectatus colliberti eloquentia 'agite' inquit 'scordalias de medio. suaviter sit potius, et tu, Hermeros, parce adulescentulo. sanguen illi fervet,** *HL* **tu melior esto. ‖ semper in hac re qui vincitur, vincit. ‖ et tu cum** *H* **esses capo, cocococo, atque cor non habebas. simus ergo, quod melius est, a primitiis hilares et Homeristas spectemus.' intravit factio statim hastisque scuta concrepuit. ipse Trimalchio in pulvino consedit et cum Homeristae Graecis versibus colloquerentur, ut insolenter solent, ille canora voce Latine legebat librum. mox silentio facto 'scitis' inquit 'quam fabulam agant? Diomedes et Ganymedes duo fratres fuerunt. horum soror erat Helena. Agamemnon illam rapuit et Dianae cervam subiecit. ita nunc Homeros dicit, quemadmodum inter se pugnent Troiani et Parentini. vicit scilicet et Iphigeniam, filiam suam, Achilli dedit uxorem. ob eam rem Aiax insanit et statim argumentum explicabit.' haec ut dixit Trimalchio, clamo-**

---

1 praeuersa *Reinesius* est *cum ridicula Gitonis discipuli significatione intercidit.* et tu et iste *Iacobsius.* et *in* est *mutat Oriolius p. 35* 2 mufrius *Syrum uocabulum Reiskio, ex* mure fero *natum Oriolio p. 35 uidebatur.* muricidus *aut* müger *uel* murgiso *uel* murcer uerius *Heinsius,* rusme rum *Munckerus,* nuftorius *pro* νυφθορεύς *Schefferus,* mularius *aut* nesapius *aut* mustum *aut* non musteus magister *alii* mufrius. nos magis didicimus *Iacobsius* docebat *Schefferus* 3 maiorem *sic H* 4 *magister dimissum e ludo puerum ad frugalitatem sic pergit cohortari: 'aut numera ut documento tibi sint homines qui inordinate ac solute uiuunt, omnes non assis esse uidebis'.* aut tu mera *Iac. Gronouius,* sat numero mapalia *id est* satis celeriter nugas facies *Wehlius p. 31* mappalia *H* euadet *scripsi, item Wehlius qui tamen p. 32* euasit *praefert ut iam non magistri sed suo nomine libertus loquatur* 6 ascylto *H* conuicio *H* 9 semper in hac re qui uincitur, uincit *habent Lpt post cap. 82 et florilegium Parisinum.* de iurgio *margo t.* hac in re *unus t* 10 coco coco *H; suppleo* faciebas *uel* sonabas: cucurrire *galli feruntur in glossariis.* esses calo calo coco, aeque *Heinsius;* aeque *etiam Iahnius* habebas *Tilebomenus:* habeas *H* 11 a primitis *H.* apprime mitis *Antonius,* apti mites *Schefferus,* a primitus *conlato* depraesentiarum *Tilebomenus* 13 ut solent, insolenter *transposuit Heinsius.* uti solent (*delens* insolenter) *Iacobsius* 15 ganimedes *H* 16 agamenon *H* 17 ita *suspectum Iahnio* 18 Tarentini *Schefferus* silicet *H. apta particula haec ineptienti Trimalchioni qui Agamemnonem cogitat.* Vlixes *Iacobsius* Efigeniam *H*

H rem Homeristae sustulerunt, interque familiam discurrentem vitulus in lance denaria elixus allatus est, et quidem galeatus. secutus est Aiax strictoque gladio, tamquam insaniret, concidit, ac modo versa modo supina gesticulatus mucrone frusta collegit mirantibusque vitulum partitus est.

60 nec diu mirari licuit tam elegantes strophas; nam repente lacunaria sonare coeperunt totumque triclinium intremuit. consternatus ego exsurrexi et timui, ne per tectum petauristarius aliquis descenderet. nec minus reliqui convivae mirantes erexere vultus, expectantes quid novi de caelo nuntiaretur. ecce autem diductis lacunaribus subito circulus ingens, de cupa videlicet grandi excussus, demittitur, cuius per totum orbem coronae aureae cum alabastris unguenti pendebant. dum haec apophoreta iubemur sumere, respiciens ad mensam . . . . .: iam illic repositorium cum placentis aliquot erat positum, quod medium Priapus a pistore factus tenebat, gremioque satis amplo omnis generis poma et uvas sustinebat more vulgato. avidius ad pompam manus porreximus, set repente nova ludorum missio hilaritatem hic refecit. omnes enim placentae omniaque poma etiam minima vexatione contacta coeperunt effundere crocum, et usque ad os molestus humor accidere. rati ergo sacrum esse peniculum tam religioso apparatu perfusum, consur-

---

2 denaria *aut* ducenaria *Burmannus:* dunaria *H.* clunaria *Patauini.* clibanaria *Heinsius*, culinaria *Tilebomenus*, tricliniaria *Iac. Gronouius*, lunari *pro curuata pandaue Iacobsius. non longius abest* duodenaria et quidem galeatus *insequentibus iungit H. num* et quidem . . . hunc galeatus secutus? 3 obuersa *uel* auersa *Heinsius* 4 supina *Schefferus:* spuma *H* *potius* mucronem frustra *H* 6 scrophas *H* 8 petecuristarius *H* 10 nunciaretur *H* diductis *Schefferus:* deductus *H* 14 *praetermissa a librario puto* rursus rem nouam notaui *uel similia.* ut respicimus *Munckerus* aliquod *H* 15 gremioque *licentius cum proximis copulatum pro* qui gremio 16 poma *susp. Antonius*, pomarium *Iahnius* 17 set *scripsi:* et *H quod non licebit defendere usu Apulei qui in temporalibus huius generis enuntiatis* et *saepius* cum *particulae loco ponit.* en *Heinsius* 18 missio *scripsi:* remissio *H* hic refecit *corrupta. neque sanantur si* mire *a Iacobsio aut* sic *adsumpseris quoniam contrarium reficiendo uocabulum,* infregit *uel* refrigerauit, *subsequentia flagitant. an ante* et repente *turbatae Gai hilaritatis mentio facta erat?* 20 os *scripsi:* nos *H* accidere *scripsi sic ut aqua humum accidere uel res ad oculos aures animum accidere dicebatur:* accedere *H.* molestum humorem adspergere *Wehlius p. 34* 21 peniculum *Schefferus. is paulo ante decentius* gremium *appellabatur:* periculum *H.* fericulum *Beinesius* perfusi *Heinsius*

rexímus altius et ‘Auguste, patri patriae, feliciter’ diximus. quibusdam tamen etiam post hanc venerationem poma rapientibus et ipsi mappas implevimus, ego praecipue, qui nullo satis amplo munere putabam me onerare Gitonis sinum. inter haec tres pueri candidas succincti tunicas intraverunt, quorum duo Lares bullatos super mensam posuerunt, unus pateram vini circumferens ‘dii propitii’ clamabat. aiebat autem unum Cerdonem, alterum Felicionem, tertium Lucrionem vocari. nos etiam veram imaginem ipsius Trimalchionis, cum iam omnes basiarent, erubuimus praeterire.

61 postquam ergo omnes bonam mentem bonamque valitudinem sibi optarunt, Trimalchio ad Nicerotem respexit et ‘solebas’ inquit ‘suavius esse in convictu; nescio quid nunc taces nec muttis. oro te, sic felicem me videas, narra illud quod tibi usu venit.’ Niceros delectatus affabilitate amici ‘omne me’ inquit ‘lucrum transeat, nisi iam dudum gaudimonio dissilio, quod te talem video. itaque hilaria mera sint, etsi timeo istos scolasticos, ne me rideant. viderint: narrabo tamen; quid enim mihi aufert, qui ridet? satius est rideri quam derideri.’ ‘haec ubi dicta dedit’, talem fabulam exorsus est:

‘cum adhuc servirem, habitabamus in vico angusto; nunc Gavillae domus est. ibi, quomodo dii volunt, amare coepi uxorem Terentii coponis: noveratis Melissam Tarentinam, pulcherrimum bacciballum. sed ego non mehercules corporaliter eam aut propter res

---

1 ocyus *Heinsius* 2 ipsi iis *Heinsius cum* ipsius *Amstelodamensis expressisset:* ipas *id est* ipsas *H* 4 onerare posse *Tilebomenus* gytonis unum *H* 5 succinti *H* 6 propicii *H* 7 *post* clamabat *uereor ne nonnulla praetermissa sint.* aiebat *enim illa, nisi ualde fallor, ipse* Trimalchio 8 Lucrionem *Reinesius, Heinsius:* lucronem *H* mox etiam *Iacobsius* ceream *Reinesius,* auream *Iahnius. haec ut paullo obscuriora nunc sint, factum puta culpa compilatoris* 9 errubuimus *H* 12 suauius *H ut* suauis *corrigeret* nunc *Schefferus:* nec *H* mutes *H* 15 dissileo *H* 16 rideant *Schefferus, Heinsius:* derideant *H* uiderint *cum Patauina Schefferus qui* riserint *praeferebat:* uiderit *H. suspicabar* quid erit? *simile illud dispensatoris in cap. 30 uerbis ‘quid ergo est?’* 17 ridet? *quae est interrogatoria nota H.* ridetur *Amstelodamensis* 18 deridere *Antonius celeberrimum hemistichium Lucilianum Vergilianum (uelut Aen. II 790)* 19 Augusto *Oriolius p. 37* 21 bacciballum *uulgare uocabulum haud dubie recte traditum, ad plenam opinor et rotundam formam spectans; a baccis deriuat illud Oriolius.* baci ciballum *hoc est* Bacchi cymbalium *pro cymbalistria Heinsius,* basioballum basilissam bascaniballum fascinabulum suscitabulum basiballum buccibasium casalbadium *alii* 22 eam *Munckerus:* autem *H. omisit Patauina*

H venerias curavi, sed magis quod bene morata fuit. si quid ab illa petii, nunquam mihi negatum; fecit assem, semissem habui; *quicquid habui*, in illius sinum demandavi, nec unquam fefellit ussum. huius contubernalis ad villam supremum diem obiit. itaque per scutum per ocream ecraginavi, quemadmodum ad illam pervenirem: in angustiis autem amici apparent. forte dominus Capuam exierat 62
ad scruta scita expedienda. nactus ego occasionem persuadeo hospitem nostrum, ut mecum ad quintum miliarium veniat. erat autem miles fortis tanquam Orcus. apoculamus nos circa gallicinia, luna lucebat tamquam meridie. venimus intra monimenta. homo meus coepit ad stellas facere, sed ego *eo* cantabundus et stellas numero. deinde ut respexi ad comitem, ille exuit se et omnia vestimenta secundum viam posuit. mihi anima in naso esse, stabam tamquam mortuus. at ille circumminxit vestimenta sua et subito lupus factus est. nolite me iocari putare; ut mentiar, nullius patrimonium tanti facio. sed, quod coeperam dicere, postquam lupus factus est, ululare coepit et in silvas fugit. ego primitus nesciebam ubi essem, deinde accessi, ut vestimenta eius tollerem: illa autem lapidea facta sunt. qui mori timore nisi ego? gladium tamen strinxi et in tota via umbras cecidi, donec ad villam amicae meae pervenirem. ut

---

1 uenerarias *H unde* uenerarias *uulgo:* uenerias *Schefferus* morata *Hadrianides:* moriar *H.* benemoria *Orellius*, bene moriar! larga *Iacobsius* 2 negat cum *Iahnius* fuit *coniungens cum* negatum *Patauina* quicquid habui *exempli caussa addidi. post* sinum *inseruit* nummos *uel* omnia *Iacobsius* 3 fefellit usum *Schefferus:* fefellitus sum *et in margine* fefelitus *H. hoc pro* falsus *accepit Heinsius* 5 scrupum per ocrem *coni. Burmannus* ecraginaui *Reiskius*: egiaginaui *H.* aegre agitaui *uel* aginaui *Heinsius*, machinaui *Iacobsius* 6 autem in angustiis *transponit H cuius ab scriptura* nam *nimis recederet* Capuam *Schefferus:* Capue *H.* Capua *susp. Antonius* 7 scruta scita *sunt res quae lubet, inutiles utiles.* scite *Schefferus* *praestat* ergo 9 Orchus *H* apoculamus *Schefferus*: apoculanius *H post id interpungens quod etiam Heinsio fraudi aliquando fuerat cum adscriberet* Orcus Pacuuianus circha *H* 10 *malo* ut uenimus intra *scripsi:* inter *H* 11 stellas *est* στήλλας *cuius scripturae testes sunt Graecae inscriptiones sexcentae et libri Lactantii diu. inst. I 11 ubi Ennium (p. 171 Vahleni) descripsit* eo *add. Heinsius:* sedeo ego *Schefferus et Iahnius* 13 uiam *Schefferus:* iam *H* anima *Munckerus:* in animo *H. fortasse* in *irrepsit in locum* coepit *uerbi.* en anima *uel* animus *Heinsius* in ano *olim Heinsius* 16 quod quod ceperam *H* 19 quis *coni.* .... *Antonius* in tota uia *Schefferus:* matauita tau *H in quo onomatopoeiam* (matau itatau) *inesse putabant.* matutinas *Heinsius*, mota ui tota *Antonius* 20 ut larua *scripsi:* In laruam *H.* ut in aream *Heinsius*, ianuam *Schefferus*, in tauernam *Iahnius*

larva intravi, paene animam ebullivi, sudor mihi per bifurcum volabat, oculi mortui, vix unquam refectus sum. Melissa mea mirari coepit, quod tam sero ambularem, et "si ante" inquit "venisses, saltem nobis adiutasses; lupus enim villam intravit et omnia pecora . tamquam lanius sanguinem illis misit. nec tamen derisit, etiam si fugit; servus enim noster lancea collum eius traiecit." haec ut audivi, operire oculos amplius non potui, sed luce clara Gai nostri domum fugi tanquam copo compilatus, et postquam veni in illum locum, in quo lapidea vestimenta erant facta, nihil inveni nisi sanguinem. ut vero domum veni, iacebat miles meus in lecto tanquam bovis, et collum illius medicus curabat. intellexi illum versipellem esse nec postea cum illo panem gustare potui, non si me occidisses. viderint alii quid de hoc exopinissent; ego si mentior, genios vestros iratos habeam.'

63 attonitis admiratione universis 'salvo' inquit 'tuo sermone' Trimalchio 'si qua fides est, ut mihi pili inhorruerunt, quia scio Niceronem nihil nugarum narrare: immo certus est et minime linguosus. nam et ipse vobis rem horribilem narrabo. asinus in tegulis. cum adhuc capillatus essem, nam a puero vitam Chiam gessi, ipsimi nostri delicatus decessit, mehercules margaritum, caccitus et

---

1 ebuliui *H* colabat *Reinesius* 5 *uerbum uelut* lancinavit *praetermissum a librario est;* turbauit, inuadens, percolauit *Tilebomenus, Heinsius, Iacobsius. sine lacuna* o mea pecora *Iac. Gronouius* 7 C. nostri *scripsi dominum intellegens:* hac nostri *H.* huc *Schefferus* 10 bouis nominatini casus *margo H* 12 uiderint quid de hoc alii *Heinsius,* alii *post* uiderint *ego posui:* uiderint qui hoc de alibi *H* exopinassint *uolebat Heinsius. set eadem ratione formatum* exuibrissare *Titinius dixerat* 18 iam *Iacobsius* 20 ipsimi nostri *scripsi:* ipim mostri *H.* ipsumus *uel* ipsimus *et* ipsuma *etiam in posterioribus dominus et domina uocantur. Plautina serua in Casina IV 2, 11 'ego eo quo me* ipsa *misit' id est domina,* αὐτή. *Catullus de passere 'suam norat* ipsam *tam bene quam puella matrem', idem de deliciis suis 'mea dulcis* Ipsitilla'. *cum antiquitus* ipse *pyrrichium aequasset* p *littera sic ut in* uoluptate *correpta, post adsimilantes* isse *pronuntiabant uulgo. et Augustus quidem tradebatur legato consulari successorem dedisse 'ut rudi et indocto, cuius manu* issi' *(non* ixi*) 'pro* ipsi *scriptum animaduertisset' id quod mirabatur Suetonius (Aug. 88). sed proximo saeculo doctus Martialis I 109* 'Issa *est deliciae catella Publi' et compari sono delectatus argute 'tabella in qua tam similem uidebis* issam *ut sit tam similis sibi nec* ipsa' *id est* issa. *ibi qui codices* ipsa *et* issa *confundunt, medii aeui malam elocutionem secuntur. ollae cineribusque puellae inscriptum est* 'issa *haue' ut aliis monumentis 'anima dulcissima' uel 'suauissima haue'; in muris Pompeianis legitur 'euge* issa' *et 'Aprodite* issa'; *Claudiae Gellii et Fuluius* 'issae *suae', Aponio trimulo infanti Flauius et Aponia*

****

H **omnium numerum. cum ergo illum mater misella plangeret et nos tum plures in tristimonio essemus, subito strigae *stridere* coeperunt; putares canem leporem persequi. habebamus tunc hominem Cappadocem, longum, valde audaculum et qui valebat [poterat] bovem iratum tollere. hic audacter stricto gladio extra ostium procucurrit, involuta sinistra manu curiose, et mulierem tanquam hoc loco — salvum sit quod tango — mediam traiecit. audimus gemitum, set, plane non mentiar, ipsas non vidimus. baro autem noster introversus se proiecit in lectum et corpus totum lividum habebat quasi flagellis caesus, quia scilicet illum tetigerat mala manus. nos cluso ostio redimus iterum ad officium, sed cum mater amplexaret corpus filii sui, tangit et videt manuciolum de stramentis factum. non cor habebat, non intestina, non quicquam: scilicet iam puerum strigae involaverant et supposuerant stramenticium vavatonem. rogo vos, oportet credatis, sunt mulieres plussciae, sunt nocturnae, et quod sursum est, deorsum faciunt. ceterum baro ille longus post hoc factum nunquam coloris sui fuit, immo post paucos dies phreneticus periit.'**

'issulo *et delicio suo' fecerunt titulum. non mirum deflexum a reuerentia uocabulum esse ad blanditias neque mutatum* ipse *in* isse *si* russum *cum* rursum *aut* passus *cum* pansus *aut* sussulite *cum* supsilite *contendimus* catamitus *Iacobsius, Iahnius, ego coniecimus;* hyacinthus *Heinsius*, galactites *Wehlius p. 35* et *delens cum Iacobsio*, cirratus *Schefferus*, eccritus *Reinesius*, callistus *Reiskius. huc non ualere puto* charitosus *blandimentum uelut quinquennis puer I. R. N. 6902 'musca charitosus sissina benedictus' appellatur et 'charitiosus' alumnus nouem annos natus ibid. 3001*

1 nostrum plures *Heinsius.* plures *sic ut multi esse in aliqua re dicuntur homines, nisi forte* dies *intercidit* 2 adessemus *Iahnius* stridere *add. Iacobsius* crepuerunt *Trillerus* 4 poterat *glossam omisit Patauina.* qui si uolebat poterat *Munckerus, Heinsius* bouem *Reiskius:* Iouem *H* 5 procucurrit *H ut coniecerat Heinsius*, *non* precucurrit 6 *post* inuoluta *deesse* laenae *uel* amiculo *uel* lacernae *uel* pallio *uel* laciniae *Heinsio uidebatur* manu sinistra *H* 7 gemitum set *scripsi:* gemitum et *H.* sed *item Iacobsius*, at *Schefferus* 8 ipsam *Schefferus* intro reuersus *Heinsius.* introrsus *est in domum interiorem* 10 quia *H*, *non* quod 11 cum *scripsi:* dum *H. non placet* dum mater amplexat-et tangit, uidet *sed nescio an* tangit et *interpolatum sit* 12 en uidet *Schefferus* manupiolum *Heinsius*, maniolam *Trillerus sententiae non ignarus* 13 strige puerum *H* 14 stramentitium *H* uauatorem *a ua ua uoce infantium aut* babactonem *uel* babasonem *a* βαβάζειν *aut* balatronem *Heinsius*, bobatorem *a* βαυβεῖν *aut* blatonem *aut* aiacionem *Varronis Aiace stramenticio abusus Munckerus*, laruationem *aut* plangonem *id est* πλαγγόνα *Trillerus* 17 ymo *H* freneticus *H*

64 miramur nos et pariter credimus, osculatique mensam rogamus nocturnas, ut suis se *sedibus* teneant, dum redimus a cena H

et sane iam lucernae mihi plures videbantur ardere totumque triclinium esse mutatum, cum Trimalchio 'tibi dico' inquit 'Plocame, nihil narras? nihil nos delectaris? et solebas suavius esse, belle diverbia dicere, melica canturire. heu heu, abistis dulcis caricae.' 'iam' inquit ille 'quadrigae meae decucurrerunt, ex quo podagricus factus sum. alioquin cum essem adulescentulus, cantando paene phthisicus factus sum. quid saltare? quid diverbia? quid tonstrinum? quem parem habui, nisi unum Apelletem?' appositaque ad os manu nescio quid taetrum exibilavit, quod postea Graecum esse affirmabat.

nec non Trimalchio ipse cum tubicines esset imitatus, ad delicias suas respexit, quem Croesum appellabat. puer autem lippus, sordidissimis dentibus, catellam nigram atque indecenter pinguem prasina involvebat fascia panemque semessum ponebat super torum, atque hoc nausea recusantem saginabat. quo admonitus officii Trimalchio Scylacem iussit adduci 'praesidium domus familiaeque.' nec mora, ingentis formae adductus est canis catena vinctus, admonitusque ostiarii calce, ut cubaret, ante mensam se posuit. tum

---

2 sedibus *addidi.* ut triuiis se *aut* triuiis suis se *Wehlius p. 36 lacunam significaui. relatum erat de augescente conuiuarum suaque ebrietate* 4 plocame *H ut coniecerat Reinesius, non* plocrime 5 at *Schefferus* suauius *scripsi:* suauis *H. cf. ad p.* 72, 12 *sic ordinem mutaui:* canturire belle deuerbia, adicere melicam *H. interpungentes post* canturire *Schefferus* belle diuerbia dicere melicaue, *Heinsius* belle diuerbia adicere thymelica, *Iac. Gronouius* belle diuerbia dicere mellea. *interpungens post* belle *Iacobsius* diuerbia dicere mele canere. *haud inepte* canturire belle melicam, diuerbia adicere *Goesius. fit gradatio a pronuntiatione diuerbii ad modulationem canticorum* 6 ubi estis *Heinsius,* abisti *Iacobsius* caricae *Schefferus:* carica *H* 8 tisicus *H* 9 deuerbia *H* tonstrinum *H quod non dubium est quin idem ac melicum hic ualeat cf. p.* 53, 12. toni histrionum *Heinsius* 10 qû *H. id Bursianus* quando *interpretatur* Apellem *tragoedum intellegas ab Suetonio in uita Caligulae c. 33 memoratum* appositaque *Heinsius:* oppositaque *H* 11 *fortasse* sibilauit 12 *ante* nec *deesse pauca uidentur* 13 respexit *corr. ex* rexpexit *H* sordidissimis *Schefferus:* sordidissimus *H* 14 prasina *et in margine* i. uiridi *H* 15 semesum *Burmannus:* semissem *H.* semestrem *Heinsius* super *scripsi:* supra *H* 16 hoc *Hadrianides:* hac *H. an* atque *delendum et* ac *scribendum est?* hanc *praeter illud Hadrianides,* haec *Schefferus post* recusantem *asteriscum collocans* nausia *H* officii *scripsi ut rideatur consueta homini ἀγροικία:* officio *H* 17 *iubentis haec Trimalchionis uerba puta*

H Trimalchio iactans candidum panem 'nemo' inquit 'in domo mea me plus amat.' indignatus puer, quod Scylacem tam effuse laudaret, catellam in terram deposuit hortatusque, ut ad rixam properaret..... Scylax, canino scilicet usus ingenio, taeterrimo latratu triclinium implevit Margaritamque Croesi paene laceravit. nec intra rixam tumultus constitit, sed candelabrum etiam super mensam eversum et vasa omnia crystallina comminuit et oleo ferventi aliquot convivas respersit. Trimalchio ne videretur iactura motus, basiavit puerum ac iussit super dorsum ascendere suum. non moratus ille usus *est* equo manuque plena scapulas eius subinde verberavit, interque risum proclamavit: 'bucca, bucca, quot sunt hic?' repressus ergo aliquandiu Trimalchio camellam grandem iussit misceri potionesque dividi omnibus servis, qui ad pedes sedebant, adiecta exceptione: 'si quis' inquit 'noluerit accipere, caput illi perfunde. interdiu severa, nunc hilaria.'

hanc humanitatem insecutae sunt matteae, quarum etiam re- 65 cordatio me, si qua est dicenti fides, offendit. singulae enim gallinae altiles pro turdis circumlatae sunt et ova anserina pilleata, quae ut comessemus, ambitiosissime *a* nobis Trimalchio petiit dicens exossatas esse gallinas. inter haec triclinii valvas lictor percussit, amictusque veste alba cum ingenti frequentia comissator intravit. ego maiestate conterritus praetorem putabam venisse. itaque temptavi assurgere et nudos pedes in terram deferre. risit hanc trepidationem Agamemnon et 'contine te' inquit 'homo stultissime. Habinnas sevir est idemque lapidarius, qui *sibi* videtur monumenta optime facere.'

---

2 efuse *H* 3 terra *Patauina* *suppleo* magnum tumultum concitauit. *nam omissa non nulla esse uel inde consequitur quod deest* est 4 *praestat* scilicet canino 5 Margaritam *pro blando nomine catellae habeo, uelut Martiali I 109 Issa catella carior Indicis lapillis uocatur*

ne$_{\wedge}^{c}$intra *H* 6 super *scripsi:* supra *H* 7 cristallina *H* 8 respersit, *non* respexit *H* 9 super *scripsi:* supra *H* moratur *tacite Antonius* ille et *Schefferus*, illo *Goesius* 10 est *addidi* plana *Schefferus* inter quam *cum Amstelodamensis haberet*, interque ea cum risu *Munckerus* 11 buccae buccae *Reiskius*, bucco bucco *cum Tilebomeno Heinsius* 12 potionesque *scripsi:* potiones *H.* et potiones *Antonius* 15 nunchilaria *et in margine* ^{al} nunc ilaria *H* 19 a *add. Schefferus* 20 litor *H* 21 amcitusque *H* cō-missator *H* 22 conteritus *H* 24 agamenon *H* 25 sibi uideretur *uel* se retur *Heinsius:* uideretur *H.* uidetur *Schefferus. potest*

recreatus hoc sermone reposui cubitum, Habinnamque intrantem cum admiratione ingenti spectabam. ille autem iam ebrius uxoris suae humeris imposuerat manus, oneratusque aliquot coronis et unguento per frontem in oculos fluente praetorio loco se posuit continuoque vinum et caldam poposcit. delectatus hac Trimalchio hilaritate et ipse capaciorem poposcit scyphum quaesivitque, quomodo acceptus esset. ʻomniaʼ inquit ʻhabuimus praeter te; oculi enim mei hic erant. et mehercules bene fuit. Scissa lautum novendiale servo suo misello faciebat, quem mortuum manumiserat. et puto, cum vicensimariis magnam mantissam habet; quinquaginta enim millibus aestimant mortuum. sed tamen suaviter fuit, etiam si coacti sumus dimidias potiones super ossucula eius effundere.ʼ

66 ʻtamenʼ inquit Trimalchio ʻquid habuistis in cena?ʼ ʻdicamʼ inquit ʻsi potuero; nam tam bonae memoriae sum, ut frequenter nomen meum obliviscar. habuimus tamen in primo porcum poculo coronatum et circa savunculum et gizeria optime facta et certe betam et panem autopyrum de suo sibi, quem ego malo quam candidum; et vires facit, et cum mea re [causa] facio, non ploro. | sequens ferculum fuit scriblita frigida et supra mel caldum infusum excellente Hispanum. itaque de scriblita quidem non minimum edi, de melle me usque tetigi. circa cicer et lupinum, calvae arbitratu et mala

---

tamen ut mutilata talia fuerint qui non assis aestimaretur nisi uideretur

5 *fortasse* hilaritate Trimalchio 8 *malo* set Scissa *mirabile nomen uiri.* Sylla *Tilebomenus*, Scilla *Reinesius*, Stilla *Reiskius* laucum nouendialem *H*: lautam nouendialem *Heinsius*, sacrum nouendiale *Tilebomenus Schefferusque* 9 misello *nomen serui Scheffero uisum est*, misellus *susp. Heinsius* 11 extimant *H* 12 super *Amstelodamense exemplum*: supra *H* ossiicula *H* eius *ita ut s uideatur inducta H* 13 cena ~ *quae est interrogatoria nota H. edebatur* cenam *ut* in cenam fieri *uel* esse *dicitur cap. 47 uel Terentii Heautontimorumenu I 2, 37 ʻut uideam in cenam quid nobis sietʼ secundum Bembinum* 14 potero *Hadrianides* 15 porcum porculo *Reiskius*, porculum epulo *Heinsius*, porcum ferculo *hoc ut cum* primo *iungeretur Schefferus*, porcum botulo *Iac. Gronouius* 16 sauunculum *scripsi id est sauillum cf. homunculus* et *homullus*: saucunculum *H quod contractum e* sauilucunculo *Heinsius putabat.* sauiunculum *Hildebrandus ad Apulei met. X 13 p. 907.* lucunculum *Reinesius, Munckerus.* saucaptidem *Plautus finxit in Pseudulo* gigeria *formam substituit Schefferus* farcta *Iahnius* *num* et circa betam? ex aceto betam *Heinsius*, cicerbitam *Reinesius* 17 autopirum *H* 18 uices *H* causa *seclusi cf. ad p.* 54, 3 19 *et* 20 sciribilita *H*, *quae potest rustica fuisse elocutio ut trichilinium pro triclinio similiaque permulta* *rectius* super-infusum 20 non nimium *Iac. Gronouius* 21 me usque] nusquam *Heinsius*

H singula. ego tamen duo sustuli et ecce in mappa alligata habeo; nam si aliquid muneris meo vernulae non tulero, habebo convitium. bene me admonet domina mea. in prospectu habuimus ursinae frustum, de quo cum imprudens Scintilla gustasset, paene intestina sua vomuit. ego contra plus libram comedi, nam ipsum aprum sapiebat. et si, inquam, ursus homuncionem comest, quanto magis homuncio debet ursum comesse? in summo habuimus caseum mollem et sapam et cochleas singulas et cordae frusta et hepatia in catillis et ova pilleata et rapam et senape et catillum concacatum, pax palamedes. etiam in alveo circumlata sunt oxycomina, unde quidam etiam improbiter nos pugno sustulerunt. nam pernae missionem dedimus. sed narra mihi, Gai, rogo, Fortunata quare non 67
recumbit?' 'quomodo nosti' inquit 'illam' Trimalchio 'nisi argentum composuerit, nisi reliquias pueris diviserit, aquam in os suum non coniciet.' 'atqui' respondit Habinnas 'nisi illa discumbit, ego me apoculo' et coeperat surgere, nisi signo dato Fortunata quater amplius a tota familia esset vocata. venit ergo galbino succincta cingillo, ita ut infra cerasina appareret tunica et periscelides tortae phaecasiaeque inauratae. tunc sudario manus tergens, quod in collo habebat, applicat se illi toro, in quo Scintilla Habinnae discumbebat uxor, osculataque plaudentem 'est te' inquit 'videre?'

eo deinde perventum est, ut Fortunata armillas suas crassissimis detraheret lacertis Scintillaeque miranti ostenderet. ultimo etiam periscelides resolvit et reticulum aureum, quem ex obrussa esse dicebat. notavit haec Trimalchio iussitque afferri omnia et 'vi-

2 conuicium *H* 4 frustrum *H* sintilla *H* gustasset *corr. ex* gustaret *H* euomuit *maluit Heinsius* 6 inquam *corr. ex* unquam *lineola una inducta H* 8 sapam *Tilebomenus:* sapa *H* cocleas *H* fordae *Heinsius*, cordis *Schefferus* epatia *H* 9 concacatum *Burmannus qui sine dubio recte et hanc dictionem explicauit et ueniam precantis* pax palamedes *fuisse statuit:* concagatum *H.* conchiclae, tum pax! pelamides *Heinsius* 10 oxycomina *siue* oxycominia *Heinsius:* oxicomina *H* 11 *fortasse praeeunte Iac. Gronouio* improbi ternos pugnos perna emissionem *H* 13 quomodo? nosti *male distinguebat Heinsius* 15 coniiciet *H* 16 apocalo *H cf. p.* 73, 9: ab hoc eplo *uel* epulo *Heinsius* 18 periscelide stortae *H* 19 maurate *uel* inaurate *H. neutrum genus Schefferus probauit* 20 scitilla *H a Bursiano conlatus* 21 estne *Heinsius* 22 *ante* eo *forsitan multa perierint* crassissimas *Iahnius* 23 ostenderat *H* 24 etiam] *edebant* et quae *Heinsius* ex sobriíssa *H.* obrusso *uel* obryzo *Schefferus Heinsiusque*

detis' inquit 'mulieris compedes: sic nos barcalae despoliamur. sex pondo et selibram debet habere. et ipse nihilo minus habeo decem pondo armillam ex millesimis Mercurii factam.' ultimo etiam ne mentiri videretur, stateram iussit afferri et circulatim approbari pondus. nec melior Scintilla, quae de cervice sua capsellam detraxit aureolam, quam Felicionem appellabat. inde duo crotalia protulit et Fortunatae in vicem consideranda dedit et 'domini' inquit 'mei beneficio nemo habet meliora.' 'quid?' inquit Habinnas 'excatarissasti me, ut tibi emerem fabam vitream. plane si filiam haberem, auriculas illi praeciderem. mulieres si non essent, omnia pro luto haberemus; nunc hoc est caldum meiere et frigidum potare.' H

interim mulieres sauciae inter se riserunt ebriaeque iunxerunt oscula, dum altera diligentiam matris familiae iactat, altera delicias et indiligentiam viri. dumque sic cohaerent, Habinnas furtim consurrexit pedesque Fortunatae correptos super lectum immisit. 'au au' illa proclamavit aberrante tunica super genua. composita ergo in gremio Scintillae indecentissimam rubore faciem sudario abscondit.

68 **interposito deinde spatio cum secundas mensas Trimalchio iussisset afferri, sustulerunt servi omnes mensas et alias attulerunt, scobemque croco et minio tinctam sparserunt et, quod numquam ante videram, ex lapide speculari pulverem tritum. statim Trimal-**

---

1 mulieris *Tilebomenus, Schefferus:* mulieres *H.* muliebres *Hein*[illegible] sic *H, non* sit barcalaede spoliamur *H:* babaecali *probabil*[illegible] *sius cf. p.* 41, 1. baceli *Schefferus*, berbeculi *Reinesius*, bar[illegible] *quasi uiri uxorii a* βάρχη *pudendis Antonius*, bariculi *a barone Ori*[illegible] *p. 41*, barbulae *uel* baburrae *Hildebrandus ad Apulei met. IV 21 p. 264.* bancalae despoliamus *Iahnius* 2 debent *Schefferus* 4 circulatim *Iac. Gronouius:* circulatum *H.* circumlatum *Heinsius* 5 scyntilla *H* catellam *Iacobsius* 6 filicionem *susp. Heinsius* 8 excatarissasti *et in margine* excatarizasti *H* 12 *decurtasse narrationem compilator uidetur. nam sauciae uino si intellegantur,* δὶς ταὐτόν: *sin maledictis Habinnae offensae, planius hoc ipsum debebat exprimi* 13 matrifamilie *H: emendarunt Tilebomenus et Schefferus* 14 indulgentiam *Patauina* 15 correptos *Schefferus:* correctos *H* auan *H teste Keilio.* ah ah *Schefferus cum* an an *Patauina haberet* 16 composita *prioribus continuat H* 17 indecentissimam *Reinesius:* indecens imam *H.* incensissimam *idem Reinesius*, decentissimam *uel* iam decentissimam *Wehlius p. 37*, ingenti accensam *Iacobsius cui praeferam* indecenti incensam 19 interpoito *H* 21 scobemque *Schefferus:* scrobemque *H* 22 trictum *H. fortasse permutato ordine* tritum puluerem

H chio ʻpoteram quidem' inquit ʻhoc fericulo esse contentus; secundas enim mensas habetis. *set* si quid belli habes, affer.'

interim puer Alexandrinus, qui caldam ministrabat, luscinias coepit imitari clamante Trimalchione subinde: ʻmuta'. ecce alius ludus. servus qui ad pedes Habinnae sedebat, iussus, credo, a domino suo proclamavit subito canora voce:

ʻinterea medium Aeneas iam classe tenebat.'

nullus sonus unquam acidior percussit aures meas; nam praeter recitantis barbarie aut adiectum aut deminutum clamorem miscebat Atellanicos versus, ut tunc primum me etiam Virgilius offenderit. lassus tamen cum aliquando desisset, *plausum* adiecit Habinnas et ʻnunquam' inquit ʻdidicit, sed ego ad circulatores eum mittendo ..... audibant. itaque parem non habet, sive muliones volet sive circulatores imitari. desperatum valde ingeniosus est: idem sutor est, idem cocus, idem pistor, omnis Musae mancipium. duo tamen vitia habet, quae si non haberet, esset omnium numerum: recutitus est et stertit. nam quod strabonus est, non curo; sic ut Venus spectat. ideo nihil tacet, vix oculo mortuo unquam. illum emi tre-
centis denariis'. interpellavit loquentem Scintilla et ʻplane' inquit 69
ʻnon omnia artificia servi nequam narras. agaga est; at curabo, stigmam habeat.' risit Trimalchio et ʻadcognosco' inquit ʻCappadocem: nihil sibi defraudat. et mehercules laudo illum; hoc enim nemo

1 fericulo *sic H* 2 habetis mensas *H* set *inserui: at Iacobsius* 7 *Vergili Aen. V 1* 9 recitantis *Heinsius:* errantis *H quo seruato* barbariae *Schefferus* barbare *Heinsius* adiectum *Schefferus, Munckerus:* abiectum *H* diminutum *H* *potius* inmiscebat. *conparandus ille ludus est cum Margite Homerico nisi quod hic uersus obscenos Vergilianis mixtos esse opinor* 10 etiam, *non* et *H* 11 desisset *Schefferus:* dedisset *H* plausum *addidi* et *loquenti Habinnae tribuebant;* eho *Iacobsius* 12 nunquam inquit *scripsi:* nunquid *H.* nunquam *Burmannus* 13 audibāt *H, non* audiebatur. *periisse aliqua apparet, deinde* audibat *scribendum existimo ut seruus intellegatur.* erudiebam *Iahnius* habebit *Goesius* 14 desperatum *scripsi ut ʻinsanum ualde' Plautus dixerat:* desperatus *H.* desperatos *ad* circulatores *referens Heinsius* 15 mus emancipium *H* uina *H* 16 numerorum *Schefferus cf. p.* 75, 1: nummorum *H* 17 strabosus *Heinsius* sic et *Iahnius* 18 *expectas* et ideo mihi placet *Heinsius* uix oculo irretorto numquam illum *Heinsius*, exosculor nonnunquam illum *Iacobsius*, uix Proculo mortuo inquam illum *Burmannus. certe* illum *male praeponitur* emi trecentis *Schefferus:* emit retentis *H* 21 r risit *H* capadocem *H* 22 defraudit *H dubito an uere.* defrudat *uel* defrudauit *Heinsius* huic *Tilebomenus*

parentat. tu autem, Scintilla, noli zelotypa esse. crede mihi, et vos H novimus. sic me salvum habeatis, ut ego sic solebam ipsumam meam debatuere, ut etiam dominus suspicaretur; et ideo me in villicationem relegavit. sed tace lingua, dabo panem.' tanquam laudatus esset nequissimus servus, lucernam de sinu fictilem protulit et amplius semihora tubicines imitatus est succinente Habinna et inferius labrum manu deprimente. ultimo etiam in medium processit et modo harundinibus quassis choraulas imitatus est, modo lacernatus cum flagello mulionum fata egit, donec vocatum ad se Habinnas basiavit, potionemque illi porrexit et 'tanto melior' inquit 'Massa, dono tibi caligas.' |

nec ullus tot malorum finis fuisset, nisi epidipnis esset allata, turdi siligine, uvis passis nucibusque farsi. insecuta sunt Cydonia etiam mala spinis confixa, ut echinos efficerent. et haec quidem tolerabilia erant, si non ferculum longe monstrosius effecisset, ut vel fame perire mallemus. nam cum positus esset, ut nos putabamus, anser altilis circaque pisces et omnium genera avium, . . . inquit Trimalchio 'quicquid videtis hic positum, de uno corpore est factum.' ego, scilicet homo prudentissimus, statim intellexi quid esset, et respiciens Agamemnonem 'mirabor' inquam 'nisi omnia ista de . . . facta sunt aut certe de luto. vidi Romae Saturnalibus eius-

---

1 par exstat *Schefferus et Heinsius*. parentat *hic non* offert *sed* fruitur post mortem *ualere uidetur* Scyntilla *H* zelotipá *H* 2 ipsum ammeam *H*. *de* ipsuma *domina dixi ad p.* 74, 20 3 debat tuere *H* 4 lingua *Schefferus*: linguam *H*. lingua iam *Heinsius* poenam *Wehlius p. 37* 6 simihora *H* 7 etiam *H*, *non* et 9 molionum *H* phitta *siue* fitta *Trillerus*, facta *susp. Antonius* 10 bassiauit *H* uilli *Heinsius* 11 calligas *H*. *fortasse* Gallicas *quae lacernatum condecent cf. Ciceronis Philipp. II 30, 76* 13 turdis iligine *H*. turdi siliginei *Heinsius*, turdis siligineis *Beckerus Galli III p. 199* micibusque *H* farsi *siue* farti *Heinsius*: farsis *H probante Beckero* cidonea *H*. *fortasse* etiam cydonia *transponendum* 14 ëchinos *et in margine* ö *H* effingerent *Heinsius* 15 *edebant* monstruosius efecisset *H* 16 malemus *H* 17 circhaque *H* *potius* omnium generum aues. *conturbasse hic librarium inde patet quod* auium, inquit trimalchio quicquid *scripsit. intercidisse* amici *aliudue credere malui quam* inquit *post* quicquid *transferre* 20 agamenonem *H* 21 defacta *et in margine* al defuncta *H*. *addendum* fimo *uel* caeno: de cera ficta *Heinsius*, de farina *Iac. Gronouius et Iahnius*, de facto *ego olim quia* facere *uerecundius dicebatur cum aliis naturae necessitatibus parens tum cacans (cap. 62* ad stelas facere) *unde etiam illud 'iste mulus me ad factum dabit' id est 'ad incitas rediget' deductum uidetur*

H modi cenarum imaginem fieri.' necdum finieram sermonem, cum 70
Trimalchio ait: 'ita crescam patrimonio, non corpore, ut ista cocus meus de porco fecit. non potest esse pretiosior homo. volueris, de vulva faciet piscem, de lardo palumbum, de perna turturem, de colaepio gallinam. et ideo ingenio meo impositum est illi nomen bellissimum; nam Daedalus vocatur. et quia bonam mentem habet, attuli illi Roma munus cultros Norico ferro.' quos statim iussit afferri inspectosque miratus est. etiam nobis potestatem fecit, ut mucronem ad buccam probaremus.

subito intraverunt duo servi, tanquam qui rixam ad lacum fecissent; certe in collo adhuc amphoras habebant. cum ergo Trimalchio ius inter litigantes diceret, neuter sententiam tulit decernentis, sed alterius amphoram fuste percussit. consternati nos insolentia ebriorum intentavimus oculos in proeliantes notavimusque ostrea pectinesque e gastris labentia, quae collecta puer lance circumtulit. has lautitias aequavit ingeniosus cocus; in craticula enim argentea cochleas attulit et tremula taeterrimaque voce cantavit.

pudet referre, quae secuntur: inaudito enim more pueri capillati attulerunt unguentum in argentea pelve pedesque recumbentium unxerunt, cum ante crura talosque corollis vinxissent. hinc ex eodem unguento in vinarium atque lucernam aliquantum est infusum

iam coeperat Fortunata velle saltare, iam Scintilla frequentius plaudebat quam loquebatur, cum Trimalchio 'permitto' inquit 'Philargyre et Carrio, etsi prasinianus es famosus, dic et Menophilae,

---

3 preciosior *H* 4 bulba *Schefferus:* bulla *H.* bubla *susp. Burmannus* 7 attuli *Heinsius:* attulit *H* româ unus *H: corr. Heinsius* 11 collo *Heinsius:* loco *H.* loro *Munckerus* 12 sentenciam *H* 13 alter· alterius *Heinsius* 14 ebriorum *dixit quia uidebantur ebrii ebriis neque opus est in* seruorum *mutari* 15 ostria *H* gastris *Munckerus, Heinsius:* castris *H* colecta *H* 16 lauticias *H* 17 cocleas *H* 18 inauditu *H* 19 pelui *Patauina* 20 crura pedesque talosque *H. repetitum* pedesque *ex superioribus esse suo ingenio Heinsius perspexit* corolnis *id est* corolis *mutatum a correctore in* coronis *H* 21 aliquantum *Heinsius:* liquatum *H* *lacunam posui quia miror nisi scriptor, ante quam lasciuientes mulieres descripsit, in uniuersum de ebriis conuiuis mentionem fecerat* 23 philargire *H* 24 Cario *nomen coci scribitur in libris Gloriosi Plauti,* Καρίων *Graece* *praestat* etiam si: et quia *Wehlius p. 37 male cum Trimalchionem nôn ut Carrionem prasinae factioni fauisse sponsio illa p.* 84, 6 *demonstret* prasinianus *aut* prasianus *Schefferus:* prasimanus *H* Menophilae *post Schefferum Burmannus:* minophile *H*

contubernali tuae, discumbat.' quid multa? paene de lectis deiecti *H* sumus, adeo totum triclinium familia occupaverat. certe ego notavi super me positum cocum, qui de porco anserem fecerat, muria condimentisque fetentem. nec contentus fuit recumbere, sed continuo Ephesum tragoedum coepit imitari et subinde dominum suum sponsione provocare 'si prasinus proximis circensibus primam palmam'.

71 diffusus hac contentione Trimalchio 'amici' inquit 'et servi homines sunt et aeque unum lactem biberunt, etiam si illos malus fatus oppressit. tamen me salvo cito aquam liberam gustabunt. ad summam, omnes illos in testamento meo manumitto. Philargyro etiam fundum lego et contubernalem suam, Carrioni quoque insulam et vicesimam et lectum stratum. nam Fortunatam meam heredem facio, et commendo illam omnibus amicis meis. et haec ideo omnia publico, ut familia mea iam nunc sic me amet tanquam mortuum.' gratias agere omnes indulgentiae coeperant domini, cum ille oblitus nugarum exemplar testamenti iussit afferri et totum a primo ad ultimum ingemescente familia recitavit. respiciens deinde Habinnam 'quid dicis' inquit 'amice carissime? aedificas monumentum meum, quemadmodum te iussi? valde te rogo, ut secundum pedes statuae meae catellam fingas et coronas et unguenta et Petraitis omnes pugnas, ut mihi contingat tuo beneficio post mortem vivere; praeterea ut sint in fronte pedes centum, in agrum pedes ducenti. omne genus enim poma volo sint circa cineres meos, et vinearum largiter. valde enim falsum est vivo quidem domos cultas esse, non curari eas ubi diutius nobis habitandum est. et ideo ante omnia adici volo: "hoc monumentum heredem non sequitur". ceterum erit mihi curae, ut testamento caveam, ne mortuus iniuriam accipiam. praeponam enim unum ex libertis sepulcro meo custodiae causa, ne in monumentum meum populus cacatum currat. te rogo, ut naves etiam ... monumenti mei facias plenis velis eun-

---

6 ni *Burmannus* *in fine intercidisse aliqua Iacobsius putabat praeter rem* 8 humanum lactem *conieci* 9 oppressit *scripsi:* oppresserit *H* 10 philargiro *H* 13 hec″∧omnia publico ″ideo *H.* *rectius tamen* et ideo haec *arbitror* 17 ṛ respiciens *H* 20 fingas *Schefferus, Heinsius:* pingas *H.* *possis etiam* ponas *scribere* petraitis *H.* *uide ad p.* 59, 6 23 etiam *Reinesius* poma *correctum in* pomor) *et in margine* pomorum *H.* *inde* pomorum *uulgo* circha *H* 24 insulsum *Heinsius* 26 adiici *H* sequitur *scripsi:* sequatur *H* 30 *suppleas* in lateribus *aut* in aliqua parte: in monumento meo· *Wehlius p. 38*

H tes, et me in tribunali sedentem praetextatum cum anulis aureis quinque et nummos in publico de sacculo effundentem; scis enim, quod epulum dedi, binos denarios. faciatur, si tibi videtur, et triclinia. facias et totum populum sibi suaviter facientem. ad dexteram meam ponas statuam Fortunatae meae columbam tenentem: et catellam cingulo alligatam ducat: et cicaronem meum, et amphoras copiosas gypsatas, ne effluant vinum. et urnam licet fractam sculpas, et super eam puerum plorantem. horologium in medio, ut quisquis horas inspiciet, velit nolit, nomen meum legat. inscriptio quoque vide diligenter si haec satis idonea tibi videtur: "C. Pompeius Trimalchio Maecenatianus hic requiescit. huic seviratus absenti decretus est. cum posset in omnibus decuriis Romae esse, tamen noluit. pius, fortis, fidelis, ex parvo crevit, sestertium reliquit trecenties, nec unquam philosophum audivit. vale: et tu".

haec ut dixit Trimalchio, flere coepit ubertim. flebat et For- 72
tunata, flebat et Habinnas, tota denique familia, tanquam in funus rogata, lamentatione triclinium implevit. immo iam coeperam etiam ego plorare, cum Trimalchio 'ergo' inquit 'cum sciamus nos morituros esse, quare non vivamus? sic vos felices videam, coniciamus nos in balneum, meo periculo, non poenitebit. sic calet tanquam furnus.' 'vero, vero' inquit Habinnas 'de una die duas facere, nihil malo' nudisque consurrexit pedibus et Trimalchionem plaudentem subsequi *coepit.*

ego respiciens ad Ascylton 'quid cogitas?' inquam 'ego enim si videro balneum, statim expirabo'. 'assentemur' ait ille 'et dum illi balneum petunt, nos in turba exeamus'. cum haec placuissent, ducente per porticum Gitone ad ianuam venimus, ubi canis catenarius tanto nos tumultu excepit, ut Ascyltos etiam in piscinam ceci-

---

3 in epulum *Heinsius. coniunctio omissa uidebatur Scheffero* triclinia *H feminine tanquam cenatio: neutraliter accepit Goesius* faciantur *corrigens.* trichila *quae in lapidibus* triclia *uel* triclea *est Orellius* 4 facias *scripsi:* facies *H* 5 collumbam *H* 6 et cicaronem meum *in u.* 6 *post* tenentem *transtulit Goesius* 7 gipsadas *H* effluat *Patauina* urnam *Iac. Gronouius:* unam *H.* sed unam *Heinsius* 13 noluit, *non* uoluit *H* pius *Heinsius:* plus *H* sextercium *H* 17 etiam, *non* et *H* 19 coniiciamus *H* 21 furnus. ✠ Vero *H* uere uere *Schefferus* 22 plaudentem *scripsi, item Iacobsius et Wehlius p. 38:* gaudentem *H.* gradientem *Reinesius* 23 coepit *addidit Burmannus* 25 *in margine* al absentemur *H* 28 ascyltus *H.* *ceterum haec in angustum coacta ab excerptore uidentur*

derit. nec non ego quoque ebrius, qui etiam pictum timueram canem, dum natanti opem fero, in eundem gurgitem tractus sum. H servavit nos tamen atriensis, qui interventu suo et canem placavit et nos trementes extraxit in siccum. et Giton quidem iam dudum se ratione acutissima redemerat a cane; quicquid enim a nobis acceperat de cena, latranti sparserat. at ille avocatus cibo furorem suppresserat. ceterum cum algentes utique petissemus ab atriense, ut nos extra ianuam emitteret, 'erras' inquit 'si putas te exire hac posse, qua venisti. nemo unquam convivarum per eandem ianuam emis-
73 sus est: alia intrant, alia exeunt.' quid faciamus homines miserrimi et novi generis labyrintho inclusi, quibus lavari iam coeperat votum esse? ultro ergo rogavimus, ut nos ad balneum duceret, proiectisque vestimentis, quae Giton in aditu siccare coepit, balneum intravimus, angustum scilicet et cisternae frigidariae simile, in quo Trimalchio rectus stabat. ac ne sic quidem putidissimam eius iactationem licuit effugere; nam nihil melius esse dicebat, quam sine turba lavari, et eo ipso loco aliquando pistrinum fuisse. deinde ut lassatus consedit, invitatus balnei sono diduxit usque ad cameram os ebrium et coepit Menecratis cantica lacerare, sicut illi dicebant, qui linguam eius intelligebant. ceteri convivae circa labrum manibus nexis currebant et gingilipho ingenti clamore exonabant. alii autem aut restrictis manibus anulos de pavimento conabantur tollere aut posito genu cervices post terga flectere et pedum extremos pollices tangere. nos, dum alii sibi ludos faciunt, in solium, quod Trimalchioni parabatur, descendimus

1 exterritus *Iahnius* 5 se ratione *Schefferus*: seruatione *H* 6 et *Wehlius p. 38*, ita *Heinsius* 11 laberintho *H* ian *H* 12 *fortasse ante* proiectisque *descripta erat uia ad balneum et illa pars domus in qua balneum erat* 14 quo *scripsi*: qua *H* 15 nec rectus *uel* uix rectus *Heinsius* *conieci* hic eius iactationem *Heinsius*: ei actionem *H*

16 efugere *H* in turba *Reinesius* 17 loco ipso *H ut coniecerat Heinsius* 19 menetratis *H.* Maecenatis *cum Reinesio Heinsius* 20 circha *H* 21 gingilipho *indicat ut puto cantilenam quam dum nexis manibus in orbem currunt canebant, siue a* γίγγλυμος *profectum est siue a* γιγγιλισμός, *quo usus* gingilismo *Schefferus proposuit cum deberet proponere* gingilismon, *siue aliunde. aliam uiam Heinsius ingressus* singuli sophos *coniecit cui praeferrem* Gai sophos *fortasse* sonabant autem aut *H. bis* autem *librarius scripturus erat in quo si archetypon sequebatur, suspectum* aut *uideri debet* 22 conabatur *H* uellere *Heinsius.* dentibus *uel* ore *excidisse Burmannus existimabat* 24 so-

H ergo ebrietate discussa in aliud triclinium deducti sumus, ubi Fortunata disposuerat lautitias [suas] ita ut supra lucernas . . . aeneolosque piscatores notaverim, et mensas totas argenteas calicesque circa fictiles inauratos, et vinum in conspectu sacco defluens. tum Trimalchio 'amici' inquit 'hodie servus meus barbatoriam fecit, homo praefiscini frugi et micarius. itaque τέγγε πνεύμονας faciamus et usque in lucem cenemus.' haec dicente eo gallus gallinaceus 74
cantavit. qua voce confusus Trimalchio vinum sub mensa iussit effundi lucernamque etiam mero spargi. immo anulum traiecit in dexteram manum et 'non sine causa' inquit 'hic bucinus signum dedit; nam aut incendium oportet fiat, aut aliquis in vicinia animam abiciet. longe a nobis. itaque quisquis hunc indicem attulerit, corollarium accipiet.' dicto citius de vicinia gallus allatus est, quem Trimalchio . . . iussit, ut aeno coctus fieret. laceratus igitur ab illo doctissimo coco, qui paulo ante de porco aves piscesque fecerat, in caccabum est coniectus. dumque Daedalus potionem ferventissimam haurit, Fortunata mola buxea piper trivit.

sumptis igitur matteis respiciens ad familiam Trimalchio 'quid vos' inquit 'adhuc non cenastis? abite, ut alii veniant ad officium.' subiit igitur alia classis, et illi quidem exclamavere: 'vale Gai', hi autem: 'ave Gai'. hinc primum hilaritas nostra turbata est; nam cum puer non inspeciosus inter novos intrasset ministros, invasit

---

lium *scripsi:* solo *H.* solio *Schefferus* al parabatur *margo H:* peruapatur *H quod haud scio an* uaporabatur *sit.* praeparabatur *aut* temperabatur *Heinsius*, pyriabatur *Reinesius* desedimus *Orellius praeter consuetudinem loquendi*

1 *deesse aliquid uel* ergo *ostendit primo loco positum* 2 lauticias suas *H unde* suas *seclusi* 3 alueolosque *Iac. Gronouius*, aeneolos quoque *Goesius. ego lacunam indicaui* 5 Tum, *non* Tunc *H* Croesus meus *Wehlius p. 39* barbatoriam *Schefferus:* babatoriam *H* facit (e) *H* 6 micarius *est fidus, tanquam quicum etiam in tenebris mices.* mi carus *Schefferus*, amicarius *Iahnius* tango menas *H plane ut in cap. 34 ubi dixi de correpta hac locutione* 8 efundi *H* 9 etiam, *non* et *H: est autem* etiam *hic aptum, post* immo *necessarium* annulum *H* 12 abiiciet *H.* ebulliet *Iahnius* longe + a *H* corolarium *H* 14 *addendum* occidi *aut* iugulari. *uulgata scriptura derideri Trimalchionis grauitatem Wehlius p. 42 statuit* oenococtus *Oriolius p. 24. cf. p. 55, 2* fiero *ex H enotauit Bursianus* 15 de porco *omiserat Lucius* 16 cacabum *H* 18 matheis *H* 20 ille *ita ut* e *in* i *correcta sit H*

eum Trimalchio et osculari diutius coepit. itaque Fortunata, ut ex aequo ius firmum approbaret, male dicere Trimalchionem coepit et purgamentum dedecusque praedicare, qui non contineret libidinem suam. ultimo etiam adiecit: 'canis'. Trimalchio contra offensus convitio calicem in faciem Fortunatae immisit. illa, tanquam oculum perdidisset, exclamavit manusque trementes ad faciem suam admovit. consternata est etiam Scintilla trepidantemque sinu suo texit. immo puer quoque officiosus urceolum frigidum ad malam eius admovit, super quem incumbens Fortunata gemere ac flere coepit. contra Trimalchio 'quid enim?' inquit 'ambubaia non meminit, sed de machilla illam sustuli, hominem inter homines feci. at inflat se tanquam rana, et in sinum suum non spuit, codex, non mulier. sed hic, qui in pergula natus est, aedes non somniatur. ita genium meum propitium habeam, curabo, domata sit Cassandra caligaria. et ego, homo dipondiarius, sestertium centies accipere potui. scis tu me non mentiri. Agatho unguentarius here proxime seduxit me et "suadeo" inquit "non patiaris genus tuum interire". at ego dum bonatus ago et nolo videri levis, ipse mihi asciam in crus impegi. recte, curabo, me unguibus quaeras. et ut depraesentiarum

H

---

1 auidius *Wehlius p. 39* 2 Trimalchionem *uitiosum in oratione Encolpii, non iocosum ut opinatur Wehlius p. 42. nec* Trimalchioni *corrigere malo quam pro interpretamento nomen habere ut* ei male dicere *scribendum sit* 3 domus *post* purgamentum *addebat Heinsius* 4 contra confusus offensus *H ut dudum conieceram.* offensus *delerant Schefferus et Heinsius* 5 conuicio *H* 7 Scyntilla *H* 8 malum *H* 9 quam *Heinsius* 10 meminit *Heinsius:* me misit *H* 11 sed de *scripsi:* sede *H.* si de *Schefferus,* sed e *Reiskius,* se *(quod coniungendum cum meminit esse)* de *Heinsius* machilla *Burmannus unico quidem exemplo sed non magis suspecto quam restituta nuper Plauto Persae 687* crumilla: machillam *H.* machina *Reiskius,* mactrilla *Reinesius* 12 non spuit *Reiskius:* conspuit *H.* nec-conspuit *Iacobsius* 14 propicium *H* si *H.* sis *Oriolius p. 45* casaura alicaria *Reinesius probante Heinsio* 15 depundiarius sextercium *H* 16 agato *H* herae *Schefferus qui debebat* proximae *quoque scribere* 18 bonatus *qui opponitur* leui *est tergiuersatus, siue contractum ex* bouinatus *ut* nomus *pro* nouimus *apud Ennium et in Mummiano titulo* uouerat *bisyllabum (cf. mus. Rh. n. XV p. 434) siue quod* i *producebatur mutandum in* bouinatus *est.* bouinator *tergiuersator a Lucilio et apud Gellium XI 7 appellatur. non credo a* bono *ductum uocabulum hominem bona mente fideue praeditum indicare.* bona aliis *Iac. Gronouius,* bene natus *aut* bonis prognatus *Heinsius,* bonus esse satago *Munckerus,* umbonatus *aut* bona ratus *Schefferus,* honoratus *Haasius p. 20,* aporiatus *Reinesius,* βουλαίως *Reiskius* asciam *corr. in* assiam *H*

H intelligas, quid tibi feceris: Habinna, nolo, statuam eius in monu-
mento meo ponas, ne mortuus quidèm lites habeam. immo, ut sciat
me posse malum dare, nolo, me mortuum basiet.'
post hoc fulmen Habinnas rogare coepit, ut iam desineret 75
HL irasci, et || 'nemo' inquit 'nostrum non peccat. homines sumus,
H non dei'. || idem et Scintilla flens dixit ac per genium eius Gaium
appellando rogare coepit, ut se frangeret. non tenuit ultra lacrimas
Trimalchio et 'rogo' inquit 'Habinna, sic peculium tuum fruniscaris:
si quid perperam feci, in faciem meam inspue. puerum basiavi fru-
galissimum, non propter formam, sed quia frugi est: decem partes
dicit, librum ab oculo legit, Thraecium sibi de diariis fecit, arcisel-
lium de suo paravit et duas trullas. non est dignus quem in oculis
feram? sed Fortunata vetat. ita tibi videtur, fulcipedia? suadeo,
bonum tuum concoquas, milva, et me non facias ringentem, ama-
siuncula; alioquin experieris cerebrum meum. nosti me: quod se-
mel destinavi, clavo tabulari fixum est. sed vivorum meminerimus.
vos rogo, amici, ut vobis suaviter sit. nam ego quoque tam fui
quam vos estis, sed virtute mea ad hoc perveni. corcillum est quod
homines facit, cetera quisquilia omnia. "bene emo, bene vendo";
alius alia vobis dicet. felicitate dissilio. tu autem, sterteia, etiam-
num ploras? iam curabo, fatum tuum plores. sed, ut coeperam
dicere, ad hanc me fortunam frugalitas mea perduxit. tam magnus
ex Asia veni, quam hic candelabrus est. ad summam, quotidie me

---

2 mortuus quoque *alicui in mentem uenit.* quiddam litis *Iac. Gronouius* 5 nemo nostrum non peccat. homines sumus, non dii *habent Lpt post caput 82 et florilegium Parisinum* non nostrum *transponit H*, non *om. florilegium* 6 dei *H et florilegium* 7 se frangeret *Heinsius:* effrangeret *H.* effrangeretur *Patauina unde* uti frangeretur *olim Heinsius* 8 frunis canis *aut ut Keilius dubitanter testatur* frunis cauis *H* 11 didicit *Goesius* librum abaculo *Heinsius adscripserat* thretium *H id est armatura Thraecis.* thraecidica *eam appellauit Cicero.* thoracium *Orellius p. 7 qui tamen uerum simul uidit*, teruncium *Heinsius*, pretium *Schefferus* arcisellium *Reinesius et Heinsius pro arcuata sella:* artissellium *H.* ambisellium *Hildebrandus ad Arnobium* 13 falcipedia *Reinesius* 14 bolum *susp. Heinsius* facias *Tilebomenus:* facies *H* amazoniuncula *maluit Heinsius* 16 trabali *Schefferus* 17 ita uobis *Heinsius* tenuis *post* tam *addebat Heinsius*, tantum fui quantum *Haasius p. 20*
18 coricillum *H si credas Hadrianidi quasi* χωρυκίδιον 19 *intellegas* qui bene emit, is bene uendit 20 *fortasse* ego *post* dicet *intercidit*
sterceia *Oriolius p. 46 a stercore* 23 summam *Tilebomenus, Schefferus, Heinsius:* summa *H.* *pessime* tam magnus - ad summa *conectebant*

solebam ad illum metiri, et ut celerius rostrum barbatum haberem, H labra de lucerna ungebam. tamen ad delicias femina ipsimi [domini] annos quattuordecim fui. nec turpe est, quod dominus iubet. ego tamen et ipsimae [dominae] satis faciebam. scitis, quid dicam: ta-
76 ceo, quia non sum de gloriosis. ceterum, quemadmodum di volunt, dominus in domo factus sum, et ecce cepi ipsimi cerebellum. quid multa? coheredem me Caesari fecit, et accepi patrimonium laticlavium. nemini tamen nihil satis est. concupivi negotiari. ne multis vos morer, quinque naves aedificavi, oneravi vinum — et tunc erat contra aurum — misi Romam. putares me hoc iussisse: omnes naves naufragarunt, factum, non fabula. uno die Neptunus trecenties sestertium devoravit. putatis me defecisse? non mehercules mi haec iactura gusti fuit, tanquam nihil facti. alteras feci maiores et meliores et feliciores, ut nemo non me virum fortem diceret. scitis, magna navis magnam fortitudinem habet. oneravi rursus vinum, lardum, fabam, seplasium, mancipia. hoc loco Fortunata rem piam fecit; omne enim aurum suum, omnia vestimenta vendidit et mi centum aureos in manu posuit. hoc fuit peculii mei fermentum. cito fit, quod di volunt. uno cursu centies sestertium corrotundavi. statim redemi fundos omnes, qui patroni mei fuerant. aedifico domum, ... venalicia, coemo iumenta; quicquid tangebam, crescebat tanquam favus. postquam coepi plus habere, quam tota patria mea habet, manum de tabula: sustuli me de negotiatione et coepi *per* li-

---

1 metiri *Schefferus:* me uri *H* 2 femina *uereor ne interpres illis* ad delicias *adscripserit.* femineas *Heinsius* ipsi mi *H quae coniunxi cf. ad p.* 74, 20. domini *additicium est* 3 quatuordecim *H* 4 ipsim-‖ae *H.* dominae *rursus ab interprete profectum* 6 ipsi mi *H. mirum profecto quod nemo dominum denotari uidit* 7 accepi *Schefferus:* accepit *H* 9 uinum, *non* uineam *H* 10 auro *Schefferus* 11 neptunno *H quod nescio an uulgarem nominis formam* Neptuno *monstret. saltem* Incubo *et* Incubus *dicebatur uel* Talasio *et* Talasius 12 sextercium *H* 13 facti *ita ut in fine rasum aliquid sit H.* factum *Schefferus et post* fuit *plene interpungens Iahnius* 15 scitis *scripsi:* scis *H* 18 *potius* mihi. *fortasse in codice* $\overset{i}{\text{m}}$ *scribebatur ut ubicunque* mi *editur, restituendum* mihi *sit* 19 fit *Schefferus:* fio *H* dii *H sed Bursiano teste* di *manu prima* sextercium *H* 20 ^{al} patrimonii *margo H* 21 uenalicia *sunt seruorum greges. itaque aut* iumentaque *scribendum aut uerbum uelut* paro *intercidisse statuendum* 23 me *in* immo *mutabat aut* sustuli me de negotiatione *tollebat Heinsius* negociatione *H* coegi *Schefferus. ego* per *addidi cum Heinsio*

H bertos faenerare. et sane nolentem me negotium meum agere exhortavit mathematicus, qui venerat forte in coloniam nostram, Graeculio, Serapa nomine, consiliator deorum. hic mihi dixit etiam ea, quae oblitus eram; ab acia et acu mi omnia exposuit; intestinas meas noverat, tantum quod mihi non dixerat, quid pridie cenaveram. putasses illum semper mecum habitasse. rogo, Habinna — 77
puto, interfuisti —: "tu dominam tuam de rebus illis fecisti. tu parum felix in amicos es. nemo unquam tibi parem gratiam refert. tu latifundia possides. tu viperam sub ala nutricas" et, quod vobis non dixerim, et nunc mi restare vitae annos triginta et menses quattuor et dies duos. praeterea cito accipiam hereditatem. hoc mihi dicit fatus meus. quod si contigerit fundos Apuliae iungere, satis vivus pervenero. interim dum Mercurius vigilat, aedificavi hanc domum. ut scitis, cusuc erat; nunc templum est. habet quattuor cenationes, cubicula viginti, porticus marmoratas duas, susum cenationem, cubiculum in quo ipse dormio, viperae huius sessorium, ostiarii cellam perbonam; hospitium hospites capit. ad summam, Scaurus cum huc venit, nusquam mavoluit hospitari, et habet ad mare paternum hospitium. et multa alia sunt, quae statim vobis ostendam. credite mihi: assem habeas, assem valeas; habes, habeberis. sic amicus vester, qui fuit rana, nunc est rex. interim,

---

1 nolentem *Schefferus Heinsiusque:* nolente *H.* uolente *Burmannus* negocium *H* al exhortauit *margo H:* exorauit *H, uulgo* 2 grecul i o *H.* Graeculus Serapio *Heinsius* 3 'mihi dixit *hic temere inculcatum*' *Heinsius* 4 exposcit *H* 5 tantum quod *H a Keilio collatus ut coniecerat Burmannus: edebant* tantumque nön *et in margine* m̈ihi *H. unde* mihi non *Burmannus,* non mihi *Heinsius* *expecto* dixit 6 Habinna, nam puto *Heinsius* 7 domum *aut potius* dominium tuum *Heinsius* pusillis *Heinsius.* rebusillis *corruptum* 8 amicis *Schefferus* 9 quid *Schefferus fortasse uere si sic distinguitur* et, quid uobis non dixerim? et. *Heinsius* quo, *Patauina* cur 10 etiamnunc *Iahnius* *potius* mihi 11 quatuor *H* 12 quid? *Heinsius* 13 satis diues *Reinesius,* si at HS uiuus *Heinsius* prouenero *Munckerus. tu explices 'satis diu uixero' conl. Vergili ecl. IX 2* 14 cusuc *Syriace latibulum tenebricosum appellari a Trimalchione Orellius putat p. 7.* casa *Patauina,* casula *Heinsius,* cauus *Iacobsius,* gurgustium *aut* uicus *Wehlius p. 40* quatuor *H* 15 marmoratis duos *H* xustum *Heinsius* 16 cenationem *Schefferus:* cellationem *H qua seriem cellarum designari Heinsius existimauit* 17 hostiarii *H* hospicium *H* hospites c *Heinsius,* M hospites *Schefferus. numero non addito hospitium tantum esse dicitur ut sufficiat numero hospitum* summam *Schefferus ad p.* 89, 23: summa *H* 18 mauolt *Heinsius* hospicium *H* 21 *post* rex *dubito an nonnulla praetermiserit librarius*

Stiche, profer vitalia, in quibus volo me efferri. profer et unguentum et ex illa amphora gustum, ex qua iubeo lavari ossa mea.' H

78 **non est moratus Stichus, sed et stragulam albam et praetextam in triclinium attulit**

iussitque nos tentare, an bonis lanis essent confecta. tum subridens 'vide tu' inquit 'Stiche, ne ista mures tangant aut tineae; alioquin te vivum comburam. ego gloriosus volo efferri, ut totus mihi populus bene imprecetur.' statim ampullam nardi aperuit omnesque nos unxit et 'spero' inquit 'futurum ut aeque me mortuum iuvet tanquam vivum.' nam vinum quidem in vinarium iussit infundi et 'putate vos' ait 'ad parentalia mea invitatos esse.'

ibat res ad summam nauseam, cum Trimalchio ebrietate turpissima gravis novum acroama, cornicines, in triclinium iussit adduci, fultusque cervicalibus multis extendit se super torum extremum et 'fingite me' inquit 'mortuum esse. dicite aliquid belli.' consonuere cornicines funebri strepitu. unus praecipue servus libitinarii illius, qui inter hos honestissimus erat, tam valde intonuit, ut totam concitaret viciniam. itaque vigiles, qui custodiebant vicinam regionem, rati ardere Trimalchionis domum effregerunt ianuam subito et cum aqua securibusque tumultuari suo iure coeperunt. nos occasionem opportunissimam nacti Agamemnoni verba dedimus raptimque tam plane quam ex incendio fugimus

79 || neque fax ulla in praesidio erat, quae iter aperiret errantibus, L nec silentium noctis iam mediae promittebat occurrentium lumen. accedebat huc ebrietas et imprudentia locorum etiam interdiu obscura. itaque cum hora paene tota per omnes scrupos gastrarum-

---

1 ēferri *H* ungentum *H* 3 p̄textam *sic H* 4 *pauca interciderunt. et* Trimalchio *et* uitalia *commemorata erant* 5 an e bonis *Heinsius* confectae *Patauina* 6 uideto *susp. Heinsius* 7 eferri *H* 8 appollam *H* 9 omnesque uenas *Schefferus*, unguesque suos *Reinesius* 10 tanquam uinum *Iacobsius* nardini quid inde in *Heinsius.* uinum *est gustus u.* 2 *memoratus* 13 cornicipes *H* 14 super *scripsi:* supra *H* thorum *H* 16 cornices *H* libitinarii *Schefferus:* libertinarii *H. nimirum Iulii Proculi in cap. 38 notati* 19 efregerunt *H* 20 *inter* aqua *et* securibusque *nota* et *particulae deleta in H* 21 oportunissimam *H* agamenoni *H* 22 plane tamquam *Iahnius* *aliqua sed non multa inter duas has compilationis partes interciderunt. in proximis plura contrahendo deprauata* 25 obscurorum *Burmannus. num* obstatura *uel* obfutura ? 26 '*leg.* scrupos' *margo L:* scirpos *libri.* scruptos '*exemplar membrana-*

L que eminentium fragmenta traxissemus cruentos pedes, tandem expliciti acumine Gitonis sumus. prudens enim pridie, cum luce etiam clara timeret errorem, omnes pilas columnasque notaverat creta, quae liniamenta evicerunt spississimam noctem et notabili candore ostenderunt errantibus viam. quamvis non minus sudoris habuimus etiam postquam ad stabulum pervenimus. anus enim ipsa inter deversitores diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum sensisset. et forsitan pernoctassemus in limine, ni tabellarius Trimalchionis intervenisset . . . vehiculis dives. non diu ergo tumultuatus stabuli ianuam effregit et nos per eandem . . . terram admisit

*

qualis nox fuit illa, di deaeque,
quam mollis torus. haesimus calentes
et transfudimus hinc et hinc labellis
errantes animas. valete, curae
mortalis. ego sic perire coepi.

sine caussa gratulor mihi. nam cum solutus mero amisissem ebrias manus, Ascyltos, omnis iniuriae inventor, subduxit mihi nocte puerum et in lectum transtulit suum, volutatusque liberius cum fratre non suo, sive non sentiente iniuriam sive dissimulante, indormivit alienis amplexibus, oblitus iuris humani. itaque ego ut exper-

---

ceum' Douzae, Puteanus gastrarumque *Lt et praeposito asterisco p:* gastrorumque *Wouwerius*, testorumque *I. F. Gronouius*, glarearumque *Douza*, grumorumque *Bourdelotus*, caricumque *Tornaesius*

1 eminentia *Munckerus* 2 Gnitonis *L* pridie *pt:* prudens *L*, prude *uetus Puteani* 3 omnes (o *superscr.*) *L* creta quae *Puteanus, margo t:* certaq. *L*, certaque *pt.* '*sic uetus, non* creta quae' *Pithoeus.* caque *Munckerus* 4 linimenta *Heinsius* 5 quanuis *L*
6 diuersitores *libri.* diuersat. *et* diriuitores *sed deleta margo L*
7 auidius *Heinsius*, lautius *Iacobsius* 9 interuenisset *p, margo L cui etiam* ui uenisset *inscriptum est:* inuenisset *Lt* *asteriscum interponit t*, x *L*, x. *p unde* decem *insulse inculcarunt. plane haec lacerata sunt*
10 eandem || * t˜ram *L ita ut asteriscus primo uersui praepositus sit*, eandem terram *pt:* intro *Bourdelotus*, fenestram *Richardus. melius* per eandem in cellam nostram *puto quam* in tabernam *asteriscos tres et quattuor interponunt Lpt* 11 dii *libri* 12 calentis *ut mihi uidebatur L* 15 curae Mortales *margo t, nempe post* curae *interpungunt libri* mortalis ego sum. sic perire *LT:* mortales ego sic pire *margo L*, mortalis ego sic perire *pt.* mordaces *Burmannus secundus anthol. III 226; fuit qui* suspirare *adnotaret neglegens numerorum* 16 remisissem *Iacobsius* 19 non *ante* suo *om. L* iniuriam suam siue *L* indormitauit *t, non T* 20 ut *praetermiserant uulgo*

rectus pertrectavi gaudio despoliatum torum ..... si qua est amanti- L bus fides, [ego] dubitavi, an utrunque traicerem gladio somnumque morti iungerem. tutius demum secutus consilium Gitona quidem verberibus excitavi, Ascylton autem truci intuens vultu 'quoniam' inquam 'fidem scelere violasti et communem amicitiam, res tuas ocius tolle et alium locum, quem polluas, quaere.' non repugnavit ille, sed postquam optima fide partiti manubias sumus, 'age' inquit
80 'nunc et puerum dividamus.' iocari putabam discedentem. at ille gladium parricidali manu strinxit et 'non frueris' inquit 'hac praedâ, super quam solus incumbis. partem meam necesse est vel hoc gladio contemptus abscindam.' idem ego ex altera parte feci et intorto circa brachium pallio composui ad proeliandum gradum. inter hanc miserorum dementiam infelicissimus puer tangebat utriusque genua cum fletu petebatque suppliciter, ne Thebanum par humilis taberna spectaret, neve sanguine mutuo pollueremus familiaritatis clarissimae sacra. 'quod si utique' proclamabat 'facinore opus est, nudo ecce iugulum, convertite huc manus, imprimite mucrones. ego mori debeo, qui amicitiae sacramentum delevi.' inhibuimus ferrum post has preces, et prior Ascyltos 'ego' inquit 'finem discordiae imponam. puer ipse, quem vult, sequatur, ut sit illi saltem in eligendo fratre salva libertas.' ego qui vetustissimam consuetudinem putabam in sanguinis pignus transisse, nihil timui, immo conditionem praecipiti festinatione rapui commisique iudici litem, qui ne deliberavit quidem, ut videretur cunctatus, verum statim ab extrema parte verbi consurrexit *et* fratrem Ascylton elegit. fulminatus hac pronuntiatione, sic ut eram, sine gladio in lectulum decidi, et attulissem mihi damnatus manus, si non inimici victoriae invidissem. egreditur superbus cum praemio Ascyltos et paulo ante carissimum sibi com-

---

1 pertractaui *t* dispoliatum *libri* *lacunam statui Iahnio auctore supplens* illosque una dormientes uidi 2 ego *additicium* traiicerem *libri* 3 morti ingererem *et in margine* mortis *t* demum *pt*: dein *L* Gnitona *L* 5 sceleste *Nodotus* 7 postquam] *pauca omisisse excerptor uidetur* 9 parricidiali *t* 11 contemtus *Burmannus*: contentus *libri*, continuo *margo t.* dimidio contentus *Iacobsius* abscindam *L* idem *ualde molestum est ad strictum gladium referre. uide igitur an talia perierint* simulque puerum ad se trahens dimicationi se praeparauit 15 carissimae *Gonsalius* 21 salua *om. L* qui *p*: *om. Lt* 22 transiisse *pt* imo *L* 23 *scribendum* arripui 25 consurrexit. *et in principio noui uersus* fratrem *L. ego* et *addidi;* fratremque *Nodotus* 26 cinctus gladio *Iacobsius* 27 damnatas *t* inuiderem *L*

L militonem fortunaeque etiam similitudine parem in loco peregrino destituit abiectum.

LO || nomen amicitiae sic, quatenus expedit, haeret;
calculus in tabula mobile ducit opus.
cum fortuna manet, vultum servatis, amici;
cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.

---

grex agit in scaena mimum: pater ille vocatur,
filius hic, nomen divitis ille tenet.
mox ubi ridendas inclusit pagina partes,
vera redit facies, adsimulata perit.

---

nec diu tamen lacrimis indulsi, sed veritus, ne Menelaus etiam 81
antescolarius inter cetera mala solum me in deversorio inveniret,

---

3 *octo hos uersus coniunctos adfert Ioannes Saresb. pol. III 7 p. 179 sic praefatus* hoc ipsum Arbiter noster ingemiscit, etsi alterius uideatur induisse personam. ait enim: nomen *eqs., quattuor priores florilegium Parisinum* nodus *Burmannus* amicicie *A* sic *Munckerus:* si *testes omnes, quod qui seruabant debebant* amicitia est *scribere.* nisi quatenus expedit, haerent *Heinsius Ouidiani memor uersiculi* '*nomen amicitiae, nomen inane fides*' 4 ut tabulae *Heinsius*, ut tabula *Munckerus* nobile *ACDEFGps, non BLPt aut uetus Pithoei* ludit *Munckerus* 5 *et* 6 *adferunt Vincentius Bel. l. s. et laudatus a Goldasto Iacobus Magni Zophil. IV 8 et sine nomine Petronii Ioannes Saresb. pol. VIII 3 p. 213* 5 dum *Iahnius* 6 cedidit *Parisinus 6842 D.* cedit *Richardus* 7 *hos uersus asteriscis a prioribus separauit p. ex alio loco huc inlati sunt; respexit eos Ioannes Saresb. pol. III 8 p. 180:* fere totus mundus ex Arbitri nostri sententia mimum uidetur implere *et p. 183:* non duco contentionis funem, dum constet inter nos quod fere totus mundus iuxta Petronium exerceat histrionem (*quaedam exemplaria* histrioniam) ait *ACDEFGPS* cena *ACFP*, cęna *D*, coena *EG* mymum *G*, munum *P*, minimum *F*, nimium *T* 8 iste *Reiskius* 9 inclusit ịnclụsị *A* pagina *cum siparium ualere nequeat corruptum. fortasse* machina *id est pegma scaenicum* 10 uerba *C* dedit *G* faces *C* assimulata *Douza:* dissimulata *ABCFGLPpst cum Saresberiensi neque in DE esse* assimulata *ex silentio collegerim. erat qui* et simulata *coniceret* uersus VIII *subscriptum A. in uocem* perit *hodie desinit B cf. praefatio* 11 Haec *G* tñ *id est* tamen *etiam A:* tum *s* lacrymis *G et corr. ex* lacrimis *L*, lacrymas *t. ad hoc uerbum Sambucus adnotauit* '*uidentur deesse non nulla*' *uerum quamquam de fletu supra relatum non est, haec tamen nihil obstat quo minus uersui* 6 *continuemus* indusi *F*, inclusi *G*. nec *P* 12 antescholarius *Orellius p. 7 ex inscriptione suae collectionis 1175:* antescolanụs *praeter T et Altissiodurensem L cuius margo* '*in al. c.* aut scol.' et '*l.* Asculanus Ausculanus *Osculana pugna*' *adscripta habet*, antescholanus *p*, aut scolarius *P cum Memmiano*, aut scolanus *t*, aut scolanius *ACDGs*, aut scholanius *E*, aut scilanius *F*

collegi sarcinulas locumque secretum et proximum litori maestus *LO* conduxi. ibi triduo inclusus redeunte in animum solitudine atque contemptu verberabam aegrum planctibus pectus || et inter tot al- *L* tissimos gemitus frequenter etiam proclamabam: 'ergo me non ruina terra potuit haurire? non iratum etiam innocentibus mare? effugi iudicium, harenae imposui, hospitem occidi, ut inter audaciae nomina mendicus, exul, in deversorio Graecae urbis iacerem desertus? et quis hanc mihi solitudinem imposuit? adolescens omni libidine impurus et sua quoque confessione dignus exilio, stupro liber, stupro ingenuus, cuius anni ad tesseram vaenierunt, quem tanquam puellam conduxit etiam qui virum putavit. quid ille alter? qui [tanquam] die togae virilis stolam sumpsit; qui, ne vir esset, a matre persuasus est, qui opus muliebre in ergastulo fecit, qui postquam conturbavit et libidinis suae solum vertit, reliquit veteris amicitiae nomen et, proh pudor, tanquam mulier secutuleia unius noctis tactu omnia vendidit. iacent nunc amatores obligati noctibus totis, et forsitan mutuis libidinibus attriti derident solitudinem meam. sed non impune. nam aut vir ego liberque non sum, aut noxio sanguine parentabo iniuriae meae.'

82 haec locutus gladio latus cingor, et ne infirmitas militiam per-

---

me etiam diuersior *P.* diuersorio *omnes* '*al.* aut scolanus *et paulo post* inuenire' *Pithoeus*

1 colli *C* sarcimulas *P* littori *AG* maestus *aut* mestus *scripti:* metus *P* 2 condussi *F* inclusa *ACDFGPS.* incluso *susp. Antonius* rodente mihi animum *Iacobsius* sollicitudine *L* 3 contemtu *DF*, contemptum *E* agrum *C* plantibus *P* tot *reuocandum in u.* 6 *esse suspicor* 5 non iratum] num *margo t* mare aufugi. Indicium harenae *t.* *fortasse* an ideo effugi 6 arenae *et in margine* μονομαχ *L* inter tot audaciae *Iacobsius et ego coniecimus* 7 diuersorio *libri* 8 solicitudinem *sed in margine* solitudinem *t* 9 des *ante* confessione *extinctum in L* exitio *p* 10 uenierunt *Pithoeus ut margo t testatur:* uenerunt *libri sed* XII uenierunt *margo L* 12 *sic* die *transposui et* tanquam *ut errore repetitum seclusi:* alter die qui tanquam togae *libri nisi quod* altero *t habet,* alter * die *p.* qui tanquam die togae *margo L commemorans simul Cic. Philipp. II 18, 44.* alter o dii qui tanquam *Lipsius et* togam uirilem *corrigens Antonius*, alter o dii quid inquam qui die togae *Heinsius*, alter qui ipso inquam togae uirilis die *Douza.* *nec sane incredibile est olim pleniora fuisse uelut sic* alter? puer nequam qui die 14 conturbauit omnia *Bourdelotus* libidini *sed in margine* libidinis *t*
16 pacto *Pontanus*, fructu *Scaliger*, tractu *Nodotus* *potius* adligati
17 solicitudinem *sed in margine* solitudinem *t*

L deret, largioribus cibis excito vires. mox in publicum prosilio furentisque more omnes circumeo porticus. sed dum attonito vultu efferatoque nihil aliud quam caedem et sanguinem cogito frequentiusque manum ad capulum, quem devoveram, refero, notavit me miles, sive ille planus fuit sive nocturnus grassator, et 'quid tu' inquit 'commilito, ex qua legione es aut cuius centuria?' cum constantissime et centurionem et legionem essem ementitus, 'age ergo' inquit ille 'in exercitu vestro phaecasiati milites ambulant?' cum deinde vultu atque ipsa trepidatione mendacium prodidissem, ponere *me* iussit arma et malo cavere. despoliatus ergo, immo praecisa ultione retro ad deversorium tendo paulatimque temeritate laxata coepi grassatoris audaciae gratias agere

*

non bibit inter aquas poma aut pendentia carpit
  Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
divitis haec magni facies erit, omnia cernens
  qui tenet et sicco concoquit ore famem.

---

1 largioribus *om. t, non T* 2 circueo *L* 3 nil *pt. ante* nihil *lacunam statuit Iahnius* 6 centuria *L uetus Pithoei*: centuriae *pt* 8 phaecasiati *L, Turnebus: 'in u. c.* phocas.' *margo L,* phocasiati *pt* 10 me *addidi* dispoliatus *t* imo *L.* omni *Scriuerius. an* deposita *praetermissum est?* 11 diuersorium *libri* laxata *Munckerus*: lassata *libri* 12 *asteriscus in p, nullum lacunae signum in Lt* 13 *hi uersus ex mediocri aliquo ingenio exierant inter cap. 20 et 34 in deperdita libri parte. demonstrat illud ordo quem in excerpendo sententias Vincentius Belu. l. s. sequitur, quippe qui quattuor hos uersus inter p.* 22, 4 *et p.* 37, 5 *inuenerit. huc autem in Lpt cum aliis reliquiis congesti sunt. exhibent eos Fulgentius quoque myth. II 18 his uerbis:* hanc *de Tantalo* fabulam Petronius breuiter exponit dicens *et florilegium Parisinum* Nec *Fulgentius, margo t* nec poma pendentia *codices Fulgentii,* nec poma patentia *Fulgentius editus et ex Fulgentio margo L,* neque poma *margo t.* aut poma natantia *et* nec carpit pendula poma *alii Pithoeo teste.* poma aut fugientia *uel* nec poma fugacia *Munckerus* sumit *Scaliger cum* natantia *ederet,* captat *nescio quis secundum Horatium sat. I 1, 68* 14 *post* Tantalus *incidit orationem Barthius* 15 omnia late *Fulgentius et secundum illum margo L.* aceruos (*immo* aceruans) *Iacobsius. fortasse* circum 16 quae *sed in margine* qui *t* tenet *Fulgentius laudatus in margine L, Vincentius, florilegium:* timet *Lpt frustra defensi ab Orellio p. 7 et a Goldasto appellatus Iacobus Magni Zophil. VI 8* conquirit *aut* conquerit *pro* conquoquit *exempla Vincentii,* conquerit *florilegium* *post* famem *duos asteriscos habent Lt, tres p. subsecuntur deinceps in Lpt septem sententiae asteriscis inter se separatae quas descripserant ex cena Trimalchionis. eas H suis sedibus adsignauit cap. 43 p.* 47, 18*: cap. 44 p.* 50, 1*: cap. 45 p.* 50, 9*: cap. 55 p.* 62, 23*: cap. 56 p.* 65, 10*: cap. 59 p.* 70, 9*: cap. 75 p.* 89, 5. *itaque*

non multum oportet consilio credere, quia suam habet fortuna rationem *L*

*

83 in pinacothecam perveni vario genere tabularum mirabilem. nam et Zeuxidos manus vidi nondum vetustatis iniuria victas, et Protogenis rudimenta cum ipsius naturae veritate certantia non sine quodam horrore tractavi. iam vero Apellis, quam Graeci μονόκνημον appellant, etiam adoravi. tanta enim subtilitate extremitates imaginum erant ad similitudinem praecisae, ut crederes etiam animorum esse picturam. hinc aquila ferebat caelo sublimis Idaeum, illinc candidus Hylas repellebat improbam Naida. damnabat Apollo noxias manus lyramque resolutam modo nato flore honorabat. inter quos etiam pictorum amantium vultus tanquam in solitudine exclamavi: 'ergo amor etiam deos tangit. Iuppiter in caelo suo non invenit quod eligeret, set peccaturus in terris nemini tamen iniuriam fecit. Hylan Nympha praedata imperasset amori suo, si venturum ad interdictum Herculem credidisset. Apollo pueri umbram revocavit in florem, et omnes fabulae quoque sine aemulo habuerunt

---

octauo loco quae adponitur supra expressa, ea olim aut inter cap. 75 et 82 uelut in cap. 79 hodie mutilato aut hoc ipso loco legebatur in ea narratione quae pinacothecae descriptionem antecessit

2 *asterisci tres in libris* 3 fabularum *sed in margine* tabularum *t* 4 Zeuzidos *pt* 5 ueritate *cum deesset in t,* ipsa natura *margo t. illud addidit T.* uarietate *Douza* 6 *fortasse* uero Venerem. *Iacobsius* Dianam uero *coniecit epitheton ad pernicitatem referens quasi* '*uno pede nixam*' quem *p* Graeci *delebat Iahnius* monocnemon *Scaliger:* monocremon *libri.* monohemeron monochromon *margo t* 7 adoraui *ut in fine rasa* t *uideatur L* 9 *magnificentius loquitur Encolpius nescio an uersum aliquem recordatus; iambicum senarium in uulgata scriptura deprehendit Antonius* *fortasse* sublimen Idaeum *Wehlius p. 40:* deum *pt, margo L;* dm̄ *L.* catamitum *Bongarsius, Iacobsius.* pincernam *uel* pocillatorem *intercidisse susp. Orellius p. 7.* tegebat-deum *antea Iacobsius id est* '*Iouem qui sub aquilae specie latebat*' 10 Naiada *pt, non T* 11 coronabat *Paschalius cui praestabat* ornabat 12 etiam] ego tum *susp. Iacobsius* pictor *Memmianus.* deorum *Cuperus* lusus *Heinsius* sollicitudine *Memmianus* 13 exclamans *sed in margine* 'maui. *u. c.*' *L* tangit? *uulgo* 14 diligeret *Bongarsius, Iacobsius* set *scripsi, item Iacobsius:* et *Lpt* in cœlis *L* tam *L* 15 Hylan *margo L:* Hylam *p, margo t;* hilari *L uetus Pithoei,* Hylari *t* 16 interceptum *margo t* Herculeum *t* 17 omnes *Lp,* ὃs *T:* os *t,* hos tabulae *margo t.* suos *coni. Goldastus denique Iacobsius,* quoscumque *Iahnius; num* suos quaeque? *hoc ordine L* sine aemulo *subducta linea notans margoque eius* '*al. quam uulg. Sic alibi*' *habet:* habuerunt sine aemulo *pt*

L complexus. at ego in societatem recepi hospitem Lycurgo crudeliorem.'

ecce autem, ego dum cum ventis litigo, intravit pinacothecam senex canus exercitati vultus et qui videretur nescio quid magnum promittere, sed cultu non proinde speciosus, ut facile appareret eum *ex* hac nota litteratorum esse, quos odisse divites solent. is ergo ad latus constitit meum

*

'ego' inquit 'poeta sum et ut spero, non humillimi spiritus, si modo coronis aliquid credendum est, quas etiam ad imperitos deferre gratia solet. "quare ergo" inquis "tam male vestitus es?" propter hoc ipsum. amor ingenii neminem unquam divitem fecit.

LO ‖ qui pelago credit, magno se faenore tollit;
qui pugnas et castra petit, praecingitur auro;
vilis adulator picto iacet ebrius ostro,
et qui sollicitat nuptas, ad praemia peccat:
sola pruinosis horret facundia pannis
atque inopi lingua desertas invocat artes.

non dubie ita est: si quis vitiorum omnium inimicus rectum iter 84

1 hospitem *om. t, non T.* hospite *Scioppius* Ligurgo *p*, ligargo *Tolosanus* 3 ego *suspectum de repetitione* 4 Eumolpus *ante* senex *addit L. margini id nomen apposuit Tornaesius* 'rugosi, austeri' *interpretatur margo t:* excitati *Iahnius* 5 specioso *Heinsius* 6 ex *add. Douza* literatorum *Douza:* literatum *et* litteratum *Lt*, litterarum *p* literatos odisse diuites solent *descripsit florilegium Parisinum* quod *margo t.* '*al.* quod genus odisse' *Pithoeus. restituendum* quam 7 *lacunam asterisco indicat t, non Lp. sine lacuna* et ego *Goldastiana*, ut ad latus *Burmannus. praetermissa pauca uidentur* 8 et *om. L* 9 *fortasse* immeritos 10 inquio *t* 11 '*ut dici solet*, amor ingenii nunquam hominem diuitem fecit' *Ioannes Saresb. pol. VII 15 p. 140* inquam *L Memmianus* 12—*p.* 100, 4 ipsi tenent *habet florilegium Parisinum. sex hos uersus eis qui in pag.* 15 *leguntur codex Vossianus subicit sic inscriptos* item eiusdem pellego *F* magno *om. F* 13 et *ante* petit *deletum G* petis *C.* capit *scriptum erat in L sed super illo et in margine* petit 14 *ante* 13 *collocat florilegium qua permutatione factum est ut* 12 praecingitur ostro *et* 13 ebrius auro *T haberet hunc uersum usurpat Ioannes Saresb. pol. III 13 p. 204* adolator *Vossianus* pictor *florilegium* 15 solicitat *AG* nuptias *G*, nuptias *C Vossianus*, innuptas *P* proemia spectat al peccat *ab eadem manu Vossianus*, spectat o. l. *margo L* 16 pruniosis *C* heret *AF* prudencia *aut* prudentia pannis *Vossianus*, prudentia o. l. *margo L* 17 disertas *AT Vossianus* arces *Vossianus* uersus VI *subscriptum A* 18 dubio *Lp* si *LPpt*

vitae coepit insistere, primum propter morum differentiam odium habet; quis enim potest probare diversa? deinde qui solas extruere divitias curant, nihil volunt inter homines melius credi, quam quod ipsi tenent. insectantur itaque, quacunque ratione possunt, litterarum amatores, ut videantur illi quoque infra pecuniam positi' LO

*

|| 'nescio quo modo bonae mentis soror est paupertas' L

*

'vellem, tam innocens esset frugalitatis meae hostis, ut deliniri posset. nunc veteranus est latro et ipsis lenonibus doctior'

*

85 'in Asiam cum a quaestore essem stipendio eductus, hospitium Pergami accepi. ubi cum libenter habitarem non solum propter cultum aedicularum, sed etiam propter hospitis formosissimum filium, excogitavi rationem, qua non essem patri familiae suspectus amator. quotiescunque enim in convivio de usu formosorum mentio facta est, tam vehementer excandui, tam severa tristitia violari aures meas obscoeno sermone nolui, ut me mater praecipue tanquam unum ex philosophis intueretur. iam ego coeperam ephebum in

---

cum florilegio: sed *reliqui,* set *F ut assolet* quis *ACDFGLPpt florilegium:* qui *Es* uiciorum *A* inter *G.* uitae iter *transponit florilegium* 1 insistere *E si silentio fides*, '*alias* insistere' *Brassicanus:* inspicere *ACDFGLPps et transponens* inspicere coepit *t.* respicere coepit *florilegium* mori *florilegium* 2 uniuersa *Memmianus.* diuisa (*ut semel Antonii errores repellam*) *S non magis quam A* de inde *F: om. florilegium* quis *G* extruere, *non* exstruere *ACFL et inuertens* diuitias extruere *G.* instruere *Bituricus. fortasse* solum extruere 3 curauit *P,* cubant *F* quam credi *transponit D* quod *om. AF et exemplum Ioannis Saresb. qui pol. VII 16 p. 140 coniectura* uia *suppleuit:* qui solas diuitias congerere curant, nihil in uita potius credi uolunt uia quam ceteris praetulerunt. ut eis indigentia expleatur, diuersa probantur a diuersis 4 *post* tenent *habet asteriscum et* iactantur — 5 positi *omittit L* insectantur *scripsi:* iactantur *omnes,* Iactantur *G* 5 uideant *G* *asteriscos duos interponit in uersu uacuo t, unum p* 6 *hanc sententiam habent Vincentius Belu. l. s. et florilegium Parisinum. dixit eam Eumolpus* modo] non *ex uetere codice enotat Daniel asteriscum interponunt Lpt. quae secuntur ea de poetica dixisse Eumolpus Iahnio uidetur* 8 nunc *a* posset *dimidii uersus spatio seiungit t quasi lacuna intercederet* lenonibus *p:* leonibus *Lt,* latronibus *margo t lacunam indicant asteriscis duobus L, uno pt. deinde ut Eumolpum narrare appareat,* Eumolpius: *praemittit L,* EVMOLPVS *in margine addunt pt* 9 conductus *t, non T* 14 esset *L* 15 obscaeno *L* uideri uolui *incertus*, dolui *Gruterus*, '*proprium esset* simulaui' *Iacobsius*, uetui *Iahnius* 16 ergo *pt*

L gymnasium deducere, ego studia eius ordinare, ego docere ac praecipere, ne quis praedator corporis admitteretur in domum

*

forte cum in triclinio iaceremus, quia dies sollemnis ludum artaverat pigritiamque recedendi imposuerat hilaritas longior, fere circa mediam noctem intellexi puerum vigilare. itaque timidissimo murmure votum feci et "domina" inquam "Venus, si ego hunc puerum basiavero, ita ut ille non sentiat, cras illi par columbarum donabo". audito voluptatis pretio puer stertere coepit. itaque aggressus simulantem aliquot basiolis invasi. contentus hoc principio bene mane surrexi electumque par columbarum attuli expectanti ac me voto exolvi. proxima nocte cum idem liceret, mutavi optionem 86
et "si hunc" inquam "tractavero improba manu et ille non senserit, gallos gallinaceos pugnacissimos duos donabo patienti." ad hoc votum ephebus ultro se admovit et, puto, vereri coepit, ne ego obdormiscerem. indulsi ergo sollicito totoque corpore citra summam voluptatem me ingurgitavi. deinde, ut dies venit, attuli gaudenti quicquid promiseram. ut tertia nox licentiam dedit, consurrexi ad aurem male dormientis *et* "dii" inquam "immortales, si ego huic dormienti abstulero coitum plenum et optabilem, pro hac felicitate cras puero asturconem Macedonicum optimum donabo, cum hac tamen exceptione, si ille non senserit." nunquam altiore somno ephebus obdormivit. itaque primum implevi lactentibus papillis manus, mox basio inhaesi, deinde in unum omnia vota coniunxi. mane sedere in cubiculo coepit atque expectare consuetudinem meam. scis, quanto facilius sit columbas gallosque gallinaceos emere quam asturconem, et praeter hoc etiam timebam, ne tam grande munus suspectam faceret humanitatem meam. ego aliquot horis spatiatus in hospitium reverti nihilque aliud quam puerum

2 *tres asteriscos inserit L, unum p et uacuo relicto uersu t* 3 solennis *L* 4 arctauerat *L* recitandi *inepte Iungermannus* 5 itaque *pt:* et *L* 8 precio *libri* adgressus *p* 12 *fortasse* si ego hunc ut *Cuperus* 14 obdormiscerem *Munckerus:* obdormissem *L,* obdormiissem *pt* 17 *immo* quod promiseram. denique ut tertia nox licentiam eandem dedit 18 et *addidi* 20 optim̃um Macedonicũm *L* 24 *sic redintegranda:* puer proximo mane sedere 25 gallinacios *L* 26 haec *L* 27 haberet *Memmianus* ergo *pt. sed quotiens narrationi haec particula adhibetur, totiens non primo loco ponitur; suppleas* itaque ego

basiavi. at ille circumspiciens ut cervicem meam iunxit amplexu, "rogo" inquit "domine, ubi est asturco?" L

*

87 cum ob hanc offensam praeclusissem mihi aditum, quem feceram, iterum ad licentiam redii. interpositis enim paucis diebus, cum similis casus nos in eandem fortunam retulisset, ut intellexi stertere patrem, rogare coepi ephebum, ut reverteretur in gratiam mecum, id est ut pateretur satisfieri sibi, et cetera quae libido distenta dictat. at ille plane iratus nihil aliud dicebat nisi hoc: "aut dormi, aut ego iam dicam patri." nihil est tam arduum, quod non improbitas extorqueat. dum dicit: "patrem excitabo", irrepsi tamen et male repugnanti gaudium extorsi. at ille non indelectatus nequitia mea, postquam diu questus est deceptum se et derisum traductumque inter condiscipulos, quibus iactasset censum meum, "videris tamen" inquit "non ero tui similis. si quid vis, fac iterum." ego vero deposita omni offensa cum puero in gratiam redii ususque beneficio eius in somnum delapsus sum. sed non fuit contentus iteratione ephebus plenae maturitatis et annis ad patiendum gestientibus. itaque excitavit me sopitum et "numquid vis?" inquit. et non plane iam molestum erat munus. utcunque igitur inter anhelitus sudoresque tritus, quod voluerat, accepit, rursusque in somnum decidi gaudio lassus. interposita minus hora pungere me manu coepit et dicere: "quare non facimus?" tum ego totiens excitatus plane vehementer excandui et reddidi illi voces suas: "aut dormi, aut ego iam patri dicam"

---

1 circunspiciens *L* uinxit *aliquis* amplexui *pt* 3 *duos asteriscos praeponit L, unum p et in uacuo uersu t* 4 *haec libri non potest quin mutilata exhibeant, quia* mox tamen iterum *aut* alia uia *flagitat narrationis continuitas* 5 nos casus *transponunt pt* reduxisset *I. F. Gronouius* 6 stertere *ut in fine* s *uideatur deleta L* ut pateretur || pateretur *L* 9 nihil tam arduum est quod non improbitas extorqueat *habent florilegium Parisinum et Vincentius Belu. l. s. et in speculo doctrinali IV 17 ubi Duacensis* nihil tamen tam ardūum 10 '*Lib.* improbus' *margo L.* importunitas *alii nescio qui* 13 censum *Daniel et Richardus:* sensum *libri* suum *I. F. Gronouius* 14 uides *t, non T.* uide sis *Palmerius* 15 redii * usque *t cum Memmiano,* redii . usque *L:* ususque *p, margo t, Puteanus. praeter unam syllabam quae deerat etiam ueteri Pithoei abesse nihil confido* 18 me excitauit *inuertit t* 19 igitur *p, margo t:* is *t; om. L* 20 tutus *t, non T* rursusque *ex* russusque *corr. L quae potest scriptura primarii libri fuisse* 22 ĕxcitātus totĭes *L* 24 dicām pătri *L, et pristi-*

*

L erectus his sermonibus consulere prudentiorem coepi, aetates tabularum et quaedam argumenta mihi obscura simulque caussam desidiae praesentis excutere, cum pulcherrimae artes perissent, inter quas pictura ne minimum quidem sui vestigium reliquisset. 88
LO tum ille 'pecuniae' inquit 'cupiditas haec tropica instituit. || priscis enim temporibus, cum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuae summumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum saeculis diu lateret. itaque herbarum omnium succos Democritus expressit, et ne lapidum virgultorumque vis lateret, aetatem inter experimenta consumpsit. Eudoxos quidem in cacumine excelsissimi montis consenuit, ut astrorum caelique motus deprehenderet, et Chrysippus, ut ad inventionem sufficeret, ter elleboro

---

nus ordo uersu 9 *probatur* *asteriscos interponunt tres L, duos uacuo relicto uersu t, unum p.* MVLTA DESVNT *margo L. pergunt autem Encolpius Eumolpusque in pinacotheca confabulari*

1 experrectus *Putschius* et aetates *conieci dubitans an etiam interrogare compilator omiserit. nisi is forte totum hoc principium composuit Petronianis uerbis sua admiscens* 2 mihi' argumenta *L potius* caussas 3 praesentis desidiae *inuertit Memmianus* cur *Scioppius* 5 instituit *LTp*: fecit *t* priscis—*p.* 104, 6 tantum docemus *habet florilegium Parisinum.* Ariscis *P* 6 enim *om. G florilegium* partes *florilegium* 7 ingenii summumque *P*, ingenuissimumque *A unde Heinsius* ingenuae spississimumque cum tamen *P* homines mortales erat *G* prefuturum *C* 8 diutius *Parisinus* 6842 *D post* itaque *inserunt* hercula *DP et praeposito asterisco p cum Altissiodurensi*, hercla *C*, harcula *St*, hedera *G*, genera *quod est correctoris AF: omittunt talia EL cum florilegio sed* '^hercula *u. c. leg.* hercule' *margo L*, hercule *item margo t.* '*in quibusdam deest haec uox*' *Pithoeus. puto librarium cum* herbarum *scripturus esset* hercules *cogitasse ut expressum* hercula herbarum *in archetypo fuerit.* genere *aut* in pergula *aut* torculo *uel* torculari *Heinsius*, surculorum omnium herbarumque succos *Reiskius* omnium herbarum *transponit unus L* 9 lapidis *P* uirgutorum *sine* que *L sed* '^q. *al. u. c.*' *margo L* ius *ut uidetur C* hacreret *adscriptum exemplari Almeloueniano ob u.* 8. *sed ego non praesto de solida plenaque documentorum Eumolpi integritate* 10 consumpsit *sic AFGLP*: consupresit *C*

eudoxos *P*: Eudoxius *L sed* 'Endoxus *al. c. u.* Eudoxos' *margo L*, e[u]doxus *G*, eudosus *C*, Eudoxus *reliqui* quidem *om. L et florilegium, et ut nunc conectuntur documenta, nihil ualet.* quoque *G.* quidam *alii apud Goldastum* in excelsissimi montis cacumine *transponit florilegium cum Memmiano* in cacumen-conscendit *st, non ST. coniecturam esse Sambuci opinor* 11 '*uet. lexicon* excelsissimus dicitur a Petronio in primo Satyrarum' *Daniel, ubi* in I *id est* libro *pro* in I *reponendum censet Wehlius p. 61*: excellentissimi *LT* astorum *F* celi *sine* que *AEF* 12 et *om. florilegium* Crisipus *AF post* sufficeret *addit* '^rerum *al. u. c.*' *margo L idque pro* ter *habet P.* acerui *id est*

animum detersit. verum ut ad plastas convertar, Lysippum statuae *LO* **unius liniamentis inhaerentem inopia extinxit, et Myron, qui paene animas hominum ferarumque aere comprehenderat, non invenit heredem. at nos vino scortisque demersi ne paratas quidem artes audemus cognoscere, sed accusatores antiquitatis vitia tantum docemus et discimus. ubi est dialectica? ubi astronomia? ubi sapientiae consultissima via? quis, inquam, venit in templum et votum fecit, si ad eloquentiam pervenisset? quis, si philosophiaé fontem attigisset? ac ne bonam quidem mentem aut bonam valitudinem petunt, sed statim ante quam limen Capitolii tangant, alius donum promittit, si propinquum divitem extulerit, alius, si thesaurum effoderit, alius, si ad trecenties sestertium salvus pervenerit. ipse**

σωρείτου *Munckerus* teter *uetus Pithoei:* ter *mei omnes praeter G qui* iter *habet et P. lego* ueri *nam inuentio ueri est finis dialecticon logiconque* elleboro *sic CG:* helleboro *L*, eleboro *A*, et lebro *F*, eleborum *P*
1 aluum *C. F. Hermannus philologi III p. 102. cf. Gellius n. a. XVII 15* detersit Eudosus quidem uerum *C* ut *om. florilegium* plastes *CG* reuertar *ACDEFGPs*, '*uetus* .ɪ. reuertar' *Pithoeus.* praeuertar *Orellius p. 8* Lysippum *om. ACDEFGs*
2 liniamentis *sic ACFGLP cum florilegio* inedia *C. F. Hermannus* extinxit *sic AFGLP* et *om. florilegium* Miron *AF* 3 animas hominum *LPp florilegium Memmianus:* hominum animas *ceteri;* omnium animas feriarum aere *G* aere *om. florilegium;* here *F* comprehenderat *LTp:* comprehendit *reliqui cum florilegio et Altissiodurensi*, conprehendit *FP* 4 uos *florilegium* demersis si *C* 5 auemus *coni. Sambucus; inde t, non T* iniquitatis *ACDEFGs.* iniqui antiquitatis *Heinsius* uicia *A* tamen *ELP* 6 dialetica *AFG* ubi astronomia — 7 uia *addita in margine G* sapientia *AEFGs*, sapientissimae *sed in margine* sapientiae *t* 7 cultissima *Parisinus 6842 D. id coniecit I. F. Gronouius et ego probo*, consuetissima *Burmannus*, quondam tritissima *aut* inclutissima *Iacobsius* uiam *CD. olim* uita *suspicabar ut poeta Eumolpus similiter loqueretur atque Horatius* '*insanientis dum sapientiae, consultus erro*' quis — *p.* 105, 3 exorat *habet florilegium Parisinum* unquam *Ppt*, *coniecit Sambucus.* dudum *florilegium*, '*alius*' *Pithoei. quod non huic sententiae uidetur includendum esse sed fortasse omissae ab excerptore tali:* periere dudum
8 elloquentiam *A*, eloquentia *P* phye *AF* inuenisset *natum ex* peruenisset *LTp:* attigisset *ceteri cum Biturico* 9 at *L* mentem aut bonam *habent LPpt florilegium: om. reliqui* ualitudinem *AFGP:* ualetudinem *reliqui* 10 statim] 'petunt *al. u. c.*' *margo L* quam *et* tangant *om. A* tangunt *Hadrianides* alius — 11 extulerit *addita in margine G* alii *florilegium*, aliter *P* domum *AFP* 11 alii *florilegium* effoderet *D*, efoderit *A* 12 alius si ad trecenties sestertium *om. E* ad *om. F* trescenties sestercium *P.* sextortium *FG florilegium*, sextercium *A*

LO senatus, recti bonique praeceptor, mille pondo auri Capitolio promittere solet, et ne quis dubitet pecuniam concupiscere, Iovem quoque peculio exornat. noli ergo mirari, si pictura defecit, cum omnibus diis hominibusque formosior videatur massa auri, quam quicquid Apelles Phidiasque, Graeculi delirantes, fecerunt. sed vi- 89
deo te totum in illa haerere tabula, quae Troiae halosin ostendit. itaque conabor opus versibus pandere:

iam decima maestos inter ancipites metus
Phrygas obsidebat messis et vatis fides
Calchantis atro dubia pendebat metu,
cum Delio profante caesi vertices
Idae trahuntur scissaque in molem cadunt
robora, minacem quae figurarent equum.
aperitur ingens antrum et obducti specus,

---

recti
1 recti *florilegium*, *pst:* aequi *L*, rectique *ACDEFGP quo uersus clausula efficeretur* bonique *cum florilegio ELPpt, uetus S. Dionysii et Danielis liber:* hominique *DFG*, o hominique *C*, hominisque *A.* honestique *s* pretector *C* pondera *mutatum ex* pondo *P* Capitolino *coni. Sambucus* 2 iouemque pecculio *P.* pecúlio *L* 3 exornat *coni. Sambucus:* exorat *omnes* nolite *LT. sed praeter Encolpium sermoni nullum interfuisse uerisimile est.* nolito *P, Bourdelotus* defecit *LPp. cf. p.* 103, 4: deficit *ceteri* 4 quam *om. E* 5 quicquid *sic AFGLP* appelles *CF*, appellas *P* Phidiasque *ADEGLst:* fidiasque *F*, phidiesque *P*, que *om. C.* Phidiasue *p, uulgo* sed — 6 tabula] '*hoc in uet. lexico S. Benedicti Floriacensis citatur ex lib. XV. Petronii Arbitri*' *Daniel in praefatione tamen illa quoque* quae Troiae halosin ostendit *ibidem legi testatus* 6 totum te *transponunt Lp* troyae *C*, troye *F* alosin *F*, anolosim *et in margine* analosim i. destructionem *A* ostendint *F* 7 conabar *G* CATACLASMOS (cataclusmos *Burmannus*) ILIACOS *nescio an ex Floriacensi libro adscripsit Daniel* 8 decuma *p* 9 Frigas *A*, Frigidas *F*, p^{h}ygas *P* obsedebat *CDEFP* messes *G* uotis *ACDEFGP.* Graiis *Iacobsius* 10 Calcantis *FP*, Calcantes *ACDG* a tuo *A.* atrox *Iungermannus* dulcia *E* pandebat *ACDFG* 11 profante *Fp:* praefante *aut* prefante *CDELPst cum uetere Pithoei*, presante *A*, praestante *G* ferro *ante* caesi *addunt AFGPs.* '$\wedge$*al.* ferro. *male*' *margo L. pro glossa Sambucus habebat* celsi *ne corrigas, uide de condendis carminibus quid hic poeta iudicet cap. 118* 12 Inde *P* trahunt *G* spissaque '*manuscriptus*' *Douzae* 13 Roboraq; *F* nimacem *C* figurarent *p:* figurant *E*, figurabant *LPst cum uetere Pithoei*, figurabat *ACDFG* equumus *F* 14 aperitur *omnes:* operitur *uetus Danielis. num paratur ?* antrum *pt, margo L:* atrum *LP*, castrum *ACDEFGs. hinc* claustrum *Sambucus, uulgo* obductis pecis *P*, obductum specis *uetus Puteani*

qui castra caperent. huc decenni proelio *LO*
irata virtus abditur. stipant graves
equi recessus Danai et in voto latent.
o patria, pulsas mille credidimus rates
solumque bello liberum: hoc titulus fero
incisus, hoc ad furta compositus Sinon
firmabat et mendacium in damnum potens.
iam turba portis libera ac bello carens
in vota properant. fletibus manant genae
mentisque pavidae gaudium lacrimas habet.
quas metus abegit. namque Neptuno sacer,
crinem solutus, omne Laocoon replet
clamore vulgus. mox reducta cuspide
uterum notavit, fata sed tardant manus,
ictusque resilit et dolis addit fidem.
iterum tamen confirmat invalidam manum
altaque bipenni latera pertentat. fremit
captiva pubes intus, et dum murmurat,

---

1 decem *F*, decuni *a primo P* 2 durata *Burmannus*, firmata *Iacobsius*, iurata *Douza*. *proprium hac in re uerbum* experta additur *P* 3 equi *pt: om. ACDEFGLPs ut* equi *non minus suspitionis habeat quam quod legitur in L* Danai recessus. in suo uoto latent. *ego huc e pag.* 105, 11 ferro *reuocandum censeo* danay *F*. donari in uoto *P* 4 e patria *P* credimus *GP Memmianus* 5 hic *margo L*. hostili fore *Daniel* ferro *A* 6 intus *ADEFGs*. inscriptus *Burmannus;* iuratus *Sambucus*, *Daniel* hoc *Pp:* hec *aut* haec *ACDEFGLst* furta *scripsi:* fata *libri*, fata et *t* sion *C* 7 hei *Douza*, en *Stewechius* m̃ semper *pro* mens *ut Pithoeo uisum est Altissiodurensis*. mendacii *margo t*, *Heinsius;* mendacio *Brassicanus* dampnum *P*, danaum *F* 8 turbata *ACDEFGP* 9 iam *Lst* fata *editio prima* properat *Colbertinus habere falso tradebatur* stertibus *P* 10 lacrymas *GL* habet *uix sanum. fortasse* ciet 11 abeget *CG* nanque *L*. iamque *Iungermannus* neptũno *A*, netuno *F* sicer *aut* sicut *P* 12 crimen *P* omen *A*, omnem *P* Laocoon *L:* Lacoon *ACDEGPpst*, locon *et in margine* lacoon *F* 13 uox *G* 14 uteri *ADFGLs*, ueteri *E*. *unde* uteri notauit furta *olim conieceram* tardant *Lpt*, *ex coniectura Sambucus:* tradunt *ACDEFGP* 15 ictusque *p secundum Altissiodurensem:* letusque *aut* laetusque *ACDEFGLPst*, latusque *nullus*. telumque *Faber*, lentusque *Stephanus*, laesusque *Sambucus*, metusque *cum superiore uersu conectens et post id distinguens Abreschius* adit *F* 17 alta et bipenni *t* bipendi *F* pertemptat *Pp*, praetemptat *t* tremit *Abreschius* 18 captiua *suspectum mihi ob repetitam hanc sententiam post secundum uersum*. Achiua *suspicabar* murmurant *Lst*

LO roborea moles spirat alieno metu.
ibat iuventus capta, dum Troiam capit,
bellumque totum fraude ducebat nova.
ecce alia monstra. celsa qua Tenedos mare
dorso replevit, tumida consurgunt freta
undaque resultat scissa tranquillo minor:
qualis silenti nocte remorum sonus
longe refertur, cum premunt classes mare
pulsumque marmor abiete imposita gemit.
respicimus: angues orbibus geminis ferunt
ad saxa fluctus, tumida quorum pectora,
rates ut altae, lateribus spumas agunt.
dat cauda sonitum, liberae pontem iubae
consentiunt luminibus, fulmineum iubar
incendit aequor sibilisque undae tremunt.
stupuere mentes. infulis stabant sacri
Phrygioque cultu gemina nati pignora
Lauconte. quos repente tergoribus ligant

1 robora *A* motu *G* *hunc uersum secuntur in P uersus 53—58* peritura — solet, *deinde uersus 27—52* ibat — sacris, *tum uersus 60—65* ceruicem — sacra, *denique uersus 59* nodo — iugi. '*uersus 27 et 28 post 53 ponendi, praeterea quaedam excidere*' *Iahnius* 2 iba *G* iuuentus iuuentus *F*, iuuentus iuuĕt' *CG*, iuuentus iuuentas *D* cepta *ACEF*, cępta *D* troyam *C*, t°yam *F* 3 bellum totum *intellegit omnes Graecorum copias* 4 exce *P*, caede *G* monstrat *inuenerat Puteanus* 5 dorse *an* dorso *L habeat incertum* repleuit *ACDEFGPps et praeposito asterisco L.* dorsum *usitata metaphora congeriem scopulorum dixit:* repellit *margo L*, *t* cum surgunt *Sambucus* 6 *undae singulae dum scinduntur ab anguibus tanquam nauibus, minores fiunt quam dum mare tranquillum est, nec longo interuallo sed per crebriores uices resonant:* tranquillo mari *Tollius;* unda et resultat scissa tranquillo fremor *Iacobsius peccans cum Reiskio* 7 resilenti *CDE*, rescilenti *F*, resiⁱenti *A*, resilienti *G* 9 abiecte *G* 10 geminis *aut* geminus orbibus *transponit P.* geminis '*per hypallagen pro* angues orbibus gemini' *Antonius* 12 alie *uel* aliae *ACDEFG* spumis *G* 13 dant *P* sonitu *E*, solitum *F* pontem *LPp cum uetere Pithoei:* pontum *reliqui libri*, ponto *st.* † mento *margo L*, ponti '*ut in uno horum quibus usus Scaliger codice legebatur*' *Heinsius*, *mihi ut emendarem non contigit* 14 *fortasse* fulminibus anguineum *nam* fulmineum *uitiosum.* igneum *margo L*, *Douza f. qui debebant* ignifluum 15 tremuit *P* 16 sacris *G* 17 Phrigioque *A*, Frigioque *F*, phryoque *C* culta *P* gemini *ACDFGS* 18 La^u^conte *margo L:* Laconti *Et*, Lacoonti *ACDFGPps*

angues corusci. parvulas illi manus *LO*
ad ora referunt, neuter auxilio sibi,
uterque fratri: transtulit pietas vices,
morsque ipsa miseros mutuo perdit metu.
accumulat ecce liberum funus parens,
infirmus auxiliator. invadunt virum
iam morte pasti membraque ad terram trahunt.
iacet sacerdos inter aras victima
terramque plangit. sic profanatis sacris
peritura Troia perdidit primum deos.
iam plena Phoebe candidum extulerat iubar
minora ducens astra radianti face,
cum inter sepultos Priamidas nocte et mero
Danai relaxant claustra et effundunt viros.
tentant in armis se duces, ceu ubi solet
nodo remissus Thessali quadrupes iugi
cervicem et altas quatere ad excursum iubas.
gladios retractant, commovent orbes manu
bellumque sumunt. hic graves alius mero
obtruncat et continuat in mortem ultimam
somnos, ab aris alius accendit faces
contraque Troas invocat Troiae sacra.'

---

3 utriq. P. L. ('*Pithoei liber*'?) *margo L* pictas *FGL*, pias *t*, pietas v. (VM) *et infra hoc* pias *et supra 'nam hoc in pictura non ostenditur' margo L* aiaces *P* 4 *nec* moxque *nec* moraque *opus est corrigi* mutatio *P* perdet *ACDFG* 6 infirmius *CG*, infirmis *Pt*: infirmus *etiam margo t* 7 iam *ALPpt*: im *F*, in *reliqui* pasti *ALPpt*: pasci *reliqui*. parci *alii apud Goldastum qui* iam non reparci *proposuit*, iam artusque pasti *Iacobsius* que *om. F* 8 lucet *F* 10—15 *hic omittit P quod ante uersum 27 p.* 107, 1 *inseruit* troya *F* prodidit *E* 11 phebo *F*, Phoebo *s* 13 cur *A* primidas *super addita* a *G* 14 danay *F* castra *P* efundunt *A*, effudunt *P* uires *AF* 15 temptant *Pt. Homeri* πειρηθεν *comparat in margine L Scaliger* ceu ubi *anapaestus.* ceu uti *P;* ceu solet ubi *codex Douzae, Memmianus* solent *A*, selet *E* 16 *de P uide ad p.* 107, 1 nodo *Douza*: nudo *libri.* duro *Wouwerius*, nudus remisso *Burmannus* thesali *AF* quadrupedes *ADFGP* iugo *Lpst* 17 qua rem *P* excussum *ACDEFGs* ungulas *Iacobsius* 18 retranctant *uetus Danielis* comouet *F* orbes *explicat scuta margo t* manu *LPpt:* manus *reliqui* 19 summunt *C* grauius *G* 20 noctem *Douza* ultimos *Douza f.* 21 ab aris *Ept, margo L, Sambucus:* at aris *S*, auaris

L ‖ . . . ex is, qui in porticibus spatiabantur, lapides in Eumolpum 90
recitantem miserunt. at ille, qui plausum ingenii sui noverat, operuit caput extraque templum profugit. timui ego, ne me poetam vocaret. itaque subsecutus fugientem ad litus perveni, et ut primum extra teli coniectum licuit consistere, 'rogo' inquam 'quid tibi vis cum isto morbo? minus quam duabus horis mecum moraris, et saepius poetice quam humane locutus es. itaque non miror, si te populus lapidibus persequitur. ego quoque sinum meum saxis onerabo, ut quotiescunque coeperis a te exire, sanguinem tibi a capite mittam'. movit ille vultum et 'o mi' inquit 'adolescens, non hodie primum auspicatus sum. immo quoties theatrum, ut recitarem aliquid, intravi, hac me adventicia excipere frequentia solet. ceterum ne [et] tecum quoque habeam rixandum, toto die me ab hoc cibo abstinebo.' 'immo' inquam ego 'si eiuras hodiernam bilem, una cenabimus'

*

mando aedicularum custodi cenulae officium

*

video Gitona cum linteis et strigilibus parieti applicitum tristem 91
confusumque. scires, non libenter servire. itaque ut experimentum oculorum caperem . . . . . convertit ille solutum gaudio vultum et 'miserere' inquit 'frater. ubi arma non sunt, libere loquor. eripe

---

ADFG, auarus *C*, auaras *L*, arfaxas *P* 22 contraue *Iacobsius* trohas *C*, troias *P*, Troiam *Lt* Troia inuocat sacra *Lt*, *item s qui cum FGP* inuocant *habet* troye *F* sacre *C* uersus LXV *subscriptum A* *tres asteriscos supponit t*, *nullum L; praeponit unum subsequentibus p. narrationi nihil deest, enuntiationi minimum* quidam *aut* non nulli. *Wehlius p. 43* ecce qui

1 iis *L*, his *pt* *fuerat* quis *in L* 4 uocaret *Lpt:* uocarent *margo t.* in me quoque inuolarent *Iacobsius. timuit ille ne Eumolpus grandinem lapidum euitaturus recitatum carmen non suum sed Encolpii esse simularet. ceterum haec quoque excerptor ut solebat circumcidisse uidetur* 8 prosequitur *pt* 9 e capite *Memmianus* 11 imo *L* recitem *pt*, *non T* 12 effugi intraui *L* hac *Douza:* hic *L*, haec *pt.* sic *Iahnius* aduentitia *libri* excipere *corr. ex* excigere *L* *malo* solebat 13 et *delendum* rixam *Richardus* dum *ante* mando *in u.* 16 *collocans* *sic interpungunt libri, post* die *Antonius* 14 imo *L.* iuro *Memmianus unde* imo iuro *Douza f.* ego inquam *transponit L* curas *t* 15 *duo aut unus aut tres asterisci in Lpt* 16 *duo asterisci cum maiore spatio in libris* 17 Gnitona *L* 18 scires] *deest* eum 19 *intercidere fere haec:* propius accessi et intuebar puerum

me latroni cruento et qualibet saevitia poenitentiam iudicis tui puni. *L* **satis magnum erit misero solatium, tua voluntate cecidisse.' supprimere ego querellam iubeo, ne quis consilia deprehenderet, relictoque Eumolpo — nam in balneo carmen recitabat — per tenebrosum et sordidum egressum extraho Gitona raptimque in hospitium meum pervolo. praeclusis deinde foribus invado pectus amplexibus et perfusum os lacrumis vultu meo contero. diu vocem neuter invenit; nam puer etiam singultibus crebris amabile pectus quassaverat. 'o facinus' inquam 'indignum, quod amo te quamvis relictus, et in hoc pectore, cum vulnus ingens fuerit, cicatrix non est. quid dicis, peregrini amoris concessio? dignus hac iniuria fui?' postquam se amari sensit, supercilium altius sustulit**

*

'nec amoris arbitrium ad alium iudicem tuli. sed nihil iam queror, nihil iam memini, si bona fide poenitentiam emendas'. haec cum inter gemitus lacrimasque fudissem, detersit ille pallio vultum et 'quaeso' inquit 'Encolpi, fidem memoriae tuae appello: ego te reliqui, an tu me prodidisti? equidem fateor et prae me fero: cum duos armatos viderem, ad fortiorem confugi.' exosculatus pectus sapientia plenum inieci cervicibus manus, et ut facile intelligeret redisse me in gratiam et optima fide reviviscentem amicitiam, toto pectore adstrinxi.

92 et iam plena nox erat mulierque cenae mandata curaverat, cum Eumolpus ostium pulsat. interrogo ego: 'quot estis?' obiterque per rimam foris speculari diligentissime coepi, num Ascyltos una venisset. demum ut solum hospitem vidi, momento recepi. ille ut se in grabatum reiecit viditque Gitona in conspectu ministrantem,

---

1 sauitia *L* pęnitentiam *corr. ex* sententiam *L. idem ualet ac* poenitentem iudicem tuum 3 *rursus deest* illum querelam *L* *quaenam* consilia ? *fugae scilicet qualia a Petronio in colloquio Gitonis Encolpiique exposita librarius neglexit* 5 Gnitona *L* 6 meum *om. Memmianus* 7 contergo *sine exemplo Puteanus*, *Douza* 9 quanuis *L* 11 concessor *margo t.* accessio *Verburgius*, confessio *Burmannus* 12 sustulit * nec *p:* sustulit, nec *Lt. in t tamen u.* 13 *post* tuli *asteriscus est. rediit oratio ad Encolpium* 13 tulit *L Memmianus. fortasse* detuli 16 Eucolpi *pt* 17 me *om. Lp* pro me *sed in margine* prae me *L* 19 sapientia *ex* sapientiae *corr. L* 20 et *delebat Antonius fortasse* reuiuiscere 21 pectus *ualde placuit scriptori quinquiens in hoc capite nominatum desideratur hic* puerum *sed abesse etiam plura puto* 22 plane *ignotus* 25 deinde *L* se ut *inuertit Hadrianides* 26 Gnitona *L*

L movit caput et 'laudo' inquit 'Ganymedem. oportet hodie bene sit.' non delectavit me tam curiosum principium timuique, ne in contubernium recepissem Ascylti parem. instat Eumolpus, et cum puer illi potionem dedisset, 'malo te' inquit 'quam balneum totum' siccatoque avide poculo negat sibi unquam acidius fuisse. 'nam et dum lavor' ait 'paene vapulavi, quia conatus sum circa solium sedentibus carmen recitare, et postquam de balneo tanquam de theatro eiectus sum, circuire omnes angulos coepi et clara voce Encolpion clamitare. ex altera parte iuvenis nudus, qui vestimenta perdiderat, non minore clamoris indignatione Gitona flagitabat. et me quidem pueri tanquam insanum imitatione petulantissima deriserunt, illum autem frequentia ingens circumvenit cum plausu et admiratione timidissima. habebat enim inguinum pondus tam grande, ut ipsum hominem laciniam fascini crederes. o iuvenem laboriosum: puto illum pridie incipere, postero die finire. itaque statim invenit auxilium; nescio quis enim, eques Romanus ut aiebant infamis, sua veste errantem circumdedit ac domum abduxit, credo, ut tam magna fortuna solus uteretur. at ego ne mea quidem vestimenta ab officioso recepissem, nisi notorem dedissem. tanto magis expedit inguina quam ingenia fricare.' haec Eumolpo dicente mutabam ego frequentissime vultum, iniuriis scilicet inimici nostri hilaris, commodis tristis. utcunque tamen, tanquam non agnoscerem fabulam, tacui et cenae ordinem explicui

*

'vile est, quod licet, et animus errore lentus iniurias diligit. 93

ales Phasiacis petita Colchis
et pictis avis renovata pennis

---

3 recepissem *ut* r *ex* a *correcta sit L* partem *libri:* Ascylto parem *margo t.* '*al.* patrem' *Pithoeus* ille *ante* Eumolpus *deletum in L* ïlli puër *L* 7 et *Goldastus:* At *aut* at *libri* tanquam de theatro *mihi suspecta. cf. p.* 109, 11 8 Encolpion *p*, Encolpum *t* 10 clamoris *si absit non requiras* Guitona *L* 12 circunuenit *L* 13 libidinosissima *Iacobsius qui non intellexit timidissimam admirationem opponi derisioni petulantissimae* 14 lasciuiam *margo t*, lacunam *Memmianus* 16 aiebant *Douza, Barthius:* aiebat *libri* 17 circundedit *L* 19 officioso *pro officiali;* capsarius *adscripsit Scaliger. an intercidit* balneatore? noto rem *sed deleta margo L* 20 expedit *p:* impedit *Lt* 21 inimici *ante* iniuriis *deletum in L* nostri *pt:* mei *L; om. Memmianus* 23 *quattuor tresue asteriscos habent Lpt* 24 lenitus *margo t.* mentis *I. F. Gronouius*, laetus *Graeuius*, tentus *Reiskius* *haec sententia num nullo interuallo separata fuerit a uersibus illis ualde dubito* 25 *carmen hoc transcriptum in florilegium Parisinum* 26 *hoc loco hunc uer-*

atque Afrae volucres placent palato, *L*
quod non sunt faciles: at albus anser
plebeium sapit. ultimis ab oris
attractus scarus atque arata Syrtis
si quid naufragio dedit, probatur.
mullus iam gravis est. amica vincit
uxorem. rosa cinnamum veretur.
quicquid quaeritur, optimum videtur.'

'hoc est' inquam 'quod promiseras, ne quem hodie versum faceres? per fidem, saltem nobis parce, qui te nunquam lapidavimus. nam si aliquis ex is, qui in eodem synoecio potant, nomen poetae olfecerit, totam concitabit viciniam et nos omnes sub eadem caussa obruet. miserere et aut pinacothecam aut balneum cogita.' sic me loquentem obiurgavit Giton, mitissimus puer, et negavit recte facere, quod seniori convitiarer simulque oblitus officii mensam, quam humanitate posuissem, contumelia tollerem, multaque alia moderationis verecundiaeque verba, quae formam eius egregie decebant

*

94 **|| 'o felicem' inquit 'matrem tuam, quae te talem peperit: macte** *LO*

---

sum habet t, duobus post uersibus inter anser *et* plebeium *LTp cum florilegio. sed pauo quem* pictae pennae *indicant in delicatioribus cibis numerabatur nec facilis erat paratu* auis *florilegium:* anas *LTp* renouata *LT uetus Pithoei, florilegium:* enouata *p.* enotata *Iungermannus,* inchoata *nempe anas Barthius. num* innouata ? et pictis atagen opaca pennis *et* et pictis renouata nassa pennis *margo L quorum prius receptum in t est*

1 afrae *pt, margo L, Puteanus:* aeriae *LT,* aerie *florilegium* 3 horis *florilegium* 4 tetra *Iacobsius* Syrtis *pt, margo L cum florilegio:* Sitis *L,* syris *Memmianus* 5 probamus *L Memmianus* 6 mulus *florilegium* 9 neq, *sed in margine* ne quem *L* hodie | uersum *sic L* 11 iis *L,* his *pt* synaecio *et in margine* gynaecio *t* potant *p:* potarit *Lt* nomen poetae] Eumolpum *Wehlius p. 42* 13 causa *om. Memmianus.* casa *Iungermannus* pinnothecam *sed in margine* pinacothecam *L.* aminothecam *reppererat Puteanus* 14 Guiton *L* 15 conuiciarer *L* 16 quam *corr. ex* quanta *L* 17 *ex praegresso* negauit *facile huc* dixit *adsumitur* 18 *tres asteriscos interponunt Lt, unum p. pauca tamen deesse 'quibus Eumolpum Gitonis humanitate delectatum fuisse dixerat' Iacobsius adnotauit.* EVMOLPVS AD GVITONEM *praescripsit L, eadem* GYTONEM *exhibentes margini imposuerunt pt* 19 inquit *om. L;* inquid *P* tuam *om. AF* te *om. L*

LO virtute esto. raram fecit mixturam cum sapientia forma. itaque ne putes te tot verbà perdidisse, amatorem invenisti. ego laudes tuas carminibus implebo. ego paedagogus et custos etiam quo non iusseris, sequar. nec iniuriam Encolpius accipit, alium amat.' profuit etiam Eumolpo miles ille, qui mihi abstulit gladium; alioquin quem animum adversus Ascylton sumpseram, eum in Eumolpi sanguinem exercuissem. nec fefellit hoc Gitona. itaque extra cellam processit, tanquam aquam peteret, iramque meam prudenti absentia extinxit. paululum ergo intepescente saevitia 'Eumolpe' inquam 'iam malo vel carminibus loquaris, quam eiusmodi tibi vota proponas. et ego iracundus sum, et tu libidinosus: vide, quam non conveniat his moribus. puta igitur me furiosum esse, cede insaniae, L id est ocius foras exi.' || confusus hac denuntiatione Eumolpus non quaesiit iracundiae caussam, sed còntinuo limen egressus adduxit repente ostium cellae meque nihil tale expectantem inclusit, exemitque raptim clavem et ad Gitona investigandum cucurrit.

inclusus ego suspendio vitam finire coustitui. et iam semi-

---

1 raram facit mixturam cum sapientia forma *descripsere Vincentius Belu. l. s. et florilegium Parisinum* ratam *P* fecit *ACFGP:* peperit *S*, facit *reliqui loci communis gratia* misturam *FL* fama *Colbertinus* 2 te *om. A* inunisti (e *supra* u) *G* ego — 3 implebo *om. G* 3 qua *L* 4 ne iniuria *P* Eucolpius *pt*, euclopius *F*, ecolpius *P*, ciclopius *A*, Circlopius *s*, cerclopius *E*, c̄clopius *D*, conclopius *CG* alius *A* 5 eumolp^hus *A*, eumos *CDEFGs* iste *solus A* qui *om. G* quoque *post* alioquin *addunt AEFs* 6 animum quem *inuertunt ACDEFGs.* quem animaduersurus *Puteanus* aschylton *P*, ascilton *CF*, Ascyltan *s* sumpseram *sic ACLP:* suprę̨seram *G* eum *ante* in *addidit p cum Parisino 6842 D: abest ab ACEFGLPst, abesse a D non adnotatum est* in *om. G* eumolp^hi *A*, eumopli *F* sanghuinem *C* 7 excreuissem *L teste Mommseno.* exseruissem *Scioppius;* sanguine extinxissem *Scriuerius* ne *P* Guitona *L*, gythona *A*, gytona *G* itaque *om. L* 8 tamquam *ACP* aquam *om. P* iram itaque *ACDEFGs* pudenti *L* 9 extinxit *sic AFGLP:* extinsit *C* ego *Ls* intepesente (c *supra* s) *G* 10 iam *super scriptum F* uel *om. P* modi] nomini *ACDF*, nomine *s*, nō *G* nota *sed in margine* uota *L* 11 sum *om. L* et *om. ACDEFGs* unde *F* 12 puta *LPpt:* putas *reliqui* igitur *om. F* cedo *AEF*, reddo *s*, sede *P* 13 id est *LPpt:* idem *ACDEFGS*, fidem *s* foras ocius *L* denunciatione *libri.* enunciatione *Memmianus.* renuntiatione *Iahnius* 14 obdux *margo L* 16 Guitona *L a me collatus*, Gnitona *et similia similiter alibi idem teste Mommseno* 17 ergo *Putschius* semicinctio *Lp:* semicincio *T*, me hemicyclo *t*

L

cinctio stanti ad parietem spondae me iunxeram cervicesque nodo condebam, cum reseratis foribus intrat Eumolpus cum Gitone meque a fatali iam meta revocat ad lucem. Giton praecipue ex dolore in rabiem efferatus tollit clamorem, me utraque manu impulsum praecipitat super lectum, 'erras' inquit 'Encolpi, si putas contingere posse, ut ante *me* moriaris. prior coepi; in Ascylti hospitio gladium quaesivi. ego si te non invenissem, periturus per praecipitia fui. et ut scias non longe esse quaerentibus mortem, specta invicem, quod me spectare voluisti.' haec locutus mercenario Eumolpi novaculam rapit et semel iterumque cervice percussa ante pedes collabitur nostros. exclamo ego attonitus, secutusque labentem eodem ferramento ad mortem viam quaero. sed neque Giton ulla erat suspitione vulneris laesus, neque ego ullum sentiebam dolorem. rudis enim novacula et in hoc retusa, ut pueris discentibus audaciam tonsoris daret, instruxerat thecam. ideoque nec mercenarius ad raptum ferramentum expaverat, nec Eumolpus interpellaverat mimicam mortem.

LO

95 **|| dum haec fabula inter amantes luditur, deversitor cum parte cenulae intervenit, contemplatusque foedissimam volutationem iacentium 'rogo' inquit 'ebrii estis, an fugitivi, an utrumque? quis au-**

---

1 stanti *p:* stantis *Lt. semicinctium autem zonula est, non instita restisue spondae; erexerat ad parietem spondam indêque se suspenderat ceruicibus semicinctio illigatis* spondae me *margo L:* spondae *t*, spondam *Lp* uinxeram *L.* semicinctium stanti ad parietem spondae iunxeram *Ferrarius*, semicinctio institam ac parieti spondam iunxeram *Iac. Gronouius*, semicinctio stantem ad parietem spondam uinxeram *Gonsalius* 2 indebam *Burmannus* Guitone *L* 3 fatali tramite *Iahnius* reuocauit *pt* Guiton *L* 4 *sic pt:* clamorem. *et in nouo uersu* me *L.* meque *Nodotus*, me *in* et *mutabat Iacobsius; praeferendum* clamorem dumque me 6 me *addidi cum Nodoto* mor^i^aris *L* 7 *melius* ego *ante* prior *in u.* 6 *collocaretur, hic autem* et *legeretur* petiturus *L correctum fortasse ex* periturus *et p* per *om. L unde* praecipitio '*alii*' *apud Patissonum* 9 Enmolpi *L* 10 atque iterum *Memmianus* 12 sacramenno *Memmianus* Guiton *L* 13 uulneris suspicione *transponit t* 15 tonsor is *t* 'thecam *L. erat qui* enthecam *suspicaretur* 16 Enmolpus *L* mimicam *p:* inimicam *Lt cum uetere Pithoei* 17 mortem inimicam *transponit t* 18 famula *s* ludit *ACDEFGPs uetus Pithoei* deuersitor *uetus Pithoei:* diuersitor *mei omnes*, diuersator *P*, diribitor *sed deletum et* ξενοδόχος *margo L* parte] altera *add. Nodotus* 19 que *om. D* fidissimam *A* uolutationem iacentium *AEFLst:* iacentium uolutationem *CDGPp.* uoluptationem *FP*, uoluntatem *G* 20 inquid *P* quid *E*

LO tem grabatum illum erexit, aut quid sibi vult tam furtiva molitio? vos mehercules ne mercedem cellae daretis, fugere nocte in publicum voluistis. sed non impune. iam enim faxo sciatis non viduae hanc insulam esse sed M. Mannicii.' exclamat Eumolpus 'etiam minaris?' simulque os hominis palma excussissima pulsat. ille tot hospitum potionibus liberum urceolum fictilem in Eumolpi caput iaculatus est solvitque clamantis frontem et de cella se proripuit. Eumolpus contumeliae impatiens rapit ligneum candelabrum sequiturque abeuntem et creberrimis ictibus supercilium suum vindicat. fit concursus familiae hospitumque ebriorum frequentia. ego autem nactus occasionem vindictae Eumolpum excludo, redditaque scordalo vice sine aemulo scilicet et cella utor et nocte.

interim coctores insulariique mulcant exclusum et alius veru extis stridentibus plenum in oculos eius intentat, alius furca de carnario rapta statum proeliantis componit. anus praecipue lippa, sordidissimo praecincta linteo, soleis ligneis imparibus imposita, canem ingentis magnitudinis catena trahit instigatque in Eumolpon.

1 illũd *C hoc est* illum derexit uult *om. ACDEFGs* mollitio *G* 2 cœllæ *L* 3 iam *duplicant LP* fato *P* 4 marci *AFP* mannicii *ACDFps:* manicii *E*, mammicii *P*, mamicii *G*, Mamucii *uetus Pithoei*, Manucii *t*, Mannitii *L* eumolp$\overset{h}{\wedge}$us *A* minatus *C* 5 similiter os *P*. eos *G* excusissima *t* 6 hostium *ADEFG* liberum *Lst*, liber; *p:* liber *cum ceteris margo t.* ad ostium *stans* protinus libratum *Iacobsius, neque ego sana illa puto* eumolp$\overset{h}{\wedge}$i *A*, cumo$\overset{1}{p}$i *G* capud *P* 7 est *om. F* clamantes *P* 8 contumeliæ *L*. contumelia se inpatiens *F;* inpatiens *etiam P* igneum *ADEFGLs, sed* ligneum *margo L.* iligneum *dicitur Heinsius coniecisse* 9 celeberrumis *P* uendicat *A*, indicat *E* 10 hospitiumque *CF.* que *abest a Parisino 6842 D, Memmiano, Douzae libro* 11 eumolp$\overset{h}{\wedge}$um *A* reditaque *F* scorclalo *G*, scortillo *st, sed* scordalo *etiam S.* '*in Pithoei ms. Petronio legitur* scardalo' *Daniel*, sardalo *Memmianus* 12 siue *nescio ubi repperit et emendauit Pithoeus* cena *A* 13 et *post* interim *addunt Tp* coctores *libri cum T:* cortores *G.* lictores '*ita uidetur legendum*' *Sambucus, t. fortasse* circitores insalariique *E* multant *CDGL*, mulctant *AE margo t*, mutant *F* 'mucl̃at exclusum *Altissiodurensis, al.* exclusum multant' *Pithoeus.* '*in al. u. c.* inclusum' *margo L* 14 estis *ACEFG*, aestis *ante Sambucum qui* escis *coniecit* oculis *LP* intentant *AP* furcla *G* 15 componis *C* lipa *A* 16 linteo praecincta *transponunt Lst.* precinta *F*, lincco *Memmianus* solers *F*, sollers *s. fortasse* soleisque ligneis *om. ACDEFGPs* impar uiribus imposuit *s* 17 ingentes *P* cathena *ACG.* trahĩt cathēna *L cuius margo* catena *non extare in al. u. c. testatur, in Colbertino scilicet* eumolpon *P:* Eumolpum *ceteri*

96 sed ille candelabro se ab omni periculo vindicabat. videbamus nos *LO* omnia per foramen valvae, quod paulo ante ansa ostioli rupta laxaverat, favebamque ego vapulanti. Giton autem non oblitus misericordiae suae reserandum esse ostium succurrendumque periclitanti censebat. ego durante adhuc iracundia non continui manum, sed caput miserantis stricto acutoque articulo percussi. et ille quidem flens consedit in lecto. ego autem alternos opponebam foramini oculos *L* iniuriaque Eumolpi ‖ velut quodam cibo me replebam ‖ advocatio- *LO* nemque commendabam, cum procurator insulae Bargates a cena excitatus a duobus lecticariis in mediam rixam profertur; nam erat etiam pedibus aeger. is ut rabiosa barbaraque voce in ebrios fugitivosque diu peroravit, respiciens ad Eumolpon 'o poetarum' inquit 'disertissime, tu eras? et non discedunt ocius nequissimi servi manusque continent a rixa?'

---

1 se *om. AEF, post* omni *collocant st* defendebat *pro* uindicabat *AEFs* 2 ualne *F* paullo *L* ante '*non extat in al. u. c.*' *margo L* causa *C*, ansia *sed* s *a correctore G* hostioli *P*, ostiali *AD*, ostiariili *C*, ostiali *mutatum in* hostiali *G*, hostiali *EF*, hostialis *princeps editio*, hostii disrupta *s* laxauerant *ADEG*, laxanerant *F* 3 fauebamque *ex* fauebantque *corr. F* ego *om. P;* eo *C*, ergo *G* gyton *GL*, gython *A* 4 reserēdum *P* esse *ACFGLPs: om. reliqui* hostium *AFPs* periculi tanti *G* 5 adhuc *om. C* contumii *F* manus *ACFGs* 6 que *om. ACDEFGs* pressi *I. F. Gronouius* quidem flens *A:* flens quidem *ceteri;* et flens ille quidem *F* 7 cum sedit *P* lectum *u. c. Douzae* alternos *om. G* apponebam *Burmannus* 8 *sic composui luxata in libris membra:* iniuriam Eumolpi aduocationemque commendabam cum *mei libri praeter pt nisi quod* iniuriamque *LP*, eumolp^h^i *A*, Eumolpo *de coniectura Sambucus*, commodabam *P*, cōmendabam * * cum *L praebet.* '*in bono cod.* iniuriaq. Eumolpi uelut quodam cibo me replebam' *margo L eamque scripturam a Pithoeo quoque memoratam sequitur t* ueluti *scribens. coniunxit illa p hoc modo* iniuriamque Eumolpi aduocationemque commendabam et ueluti quodam cibo me replebam cum. *praeeunte Richardo* iniuriaeque Eumolpi aduocationem commodabam *Scaliger coniecit. maligne Encolpius ipse recusans aduocati officium Eumolpo aduocationem commendat, qua re in cap. 98* meritissima proditio *illustratur, nec uero nego posse plura intercidisse uelut reseratis foribus in limine cellae stantem Encolpium clara uoce ludibrio habuisse uapulantem.* aduocationem commodare *tanquam otiosus spectator non apte dici uidetur qui iniuria alterius simul delectatur. fauerat Eumolpo a principio sed nimia Gitonis misericordia rursus aduersus illum exacerbatus est* 9 exercitatus *G* 10 lectuariis *F* rissam *F.* '*u. c.* nexam. *lege* noxam. *Auson.*' *margo L* profertur *A:* perfertur *reliqui* 11 etiam erat *transponit A.* iam *Wehlius p. 52 ebrium intellegens* 12 parauit *F* eumolpon *P:* emolpum *G*, Eumolpum *ceteri* inquid *P* 13 disertissimi *C*, disertussume *P*

*

L · || 'contubernalis mea mihi fastum facit. ita, si me amas, maledic illam versibus, ut habeat pudorem'

*

97 dum Eumolpus cum Bargate in secreto loquitur, intrat stabulum praeco cum servo publico aliaque sane modica frequentia, facemque fumosam magis quam lucidam quassans haec proclamavit: 'puer in balneo paulo ante aberravit, annorum circa XVI, crispus, mollis, formosus, nomine Giton. si quis eum reddere aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille.' nec longe a praecone Ascyltos stabat amictus discoloria veste atque in lance argentea indicium et fidem praeferebat. imperavi Gitoni, ut raptim grabatum subiret annecteretque pedes et manus institis, quibus sponda culcitam ferebat, ac sic ut olim Vlixes pro . . . arieti adhaesisset, extentus infra grabatum scrutantium eluderet manus. non est moratus Giton imperium momentoque temporis inseruit vinculo manus et Vlixem astu simillimo vicit. ego ne suspitioni relinquerem locum, lectulum vestimentis implevi uniusque hominis vestigium ad corporis mei mensuram figuravi.

interim Ascyltos ut pererravit omnes cum viatore cellas, venit ad meam, et hoc quidem pleniorem spem concepit, quo diligentius oppessulatas invenit fores. publicus vero servus insertans commissuris secures claustrorum firmitatem laxavit. ego ad genua Ascylti

---

tu *om. A* discendunt *uel* discendum *F.* discedunt honus *P* 14 continet *AC,* continerent *F* a rioca *F* *tres asteriscos L, unum in uersu uacuo pt habent.* BARGATES PROCVRATOR AD EVMOLPVM *praeponit L, eadem (sed* EVMOLP. *t) margines pt*

1 itaque *alii apud Patissonum* 2 *duos asteriscos intericiunt libri* 3 Baŕgate *L* 4 sane non modica *coni. Pithoeus* 5 magisq. lucidam *fuerat in L sed* q. *deletum et in margine* quam *scriptum est* pronunciauit *ante* proclamauit *deletum in L* 6 paullo *L* XVI *pt* 7 Guiton *L* 8 ualuerit *adscripserat Heinsius* 10 Guitoni *L* 11 spondam culcita *t, uetus Pithoei.* culcitram *L* 12 Vlyxes *L* pro . . . arieti *scripsi ut* pro salute *aut* procero *aut* pro sarcina *suppleatur:* pro ariete *libri.* in ariete *scriptus Boschii id est liber commenticius,* imo ariete *Munckerus,* utero arietis ἀτόπως *Heinsius* 14 Guiton *L* uinculis *Nodotus* 15 Vlyxem *L* suspicioni *libri* 17 figuram *ante* mensuram *deletum in L* 19 hic *Burmanniana* quo *margo L:* quod *libri* 20 commissuras secure *et in margine* securi *L quasi* insecans *scriptum fuerit* 21 firmitatem *chirographus Douzae:* infirmitatem *Lpt* Ascylti *pt:* Ascyltos *L,* Ascylto *margo L*

procubui et per memoriam amicitiae perque societatem miseriarum *L* petii, ut saltem ostenderet fratrem. immo ut fidem haberent fictae preces, ‘scio te’ inquam ‘Ascylte, ad occidendum me venisse. quo enim secures attulisti? itaque satia iracundiam tuam: praebeo ecce cervicem, funde sanguinem, quem sub praetextu quaestionis petisti.’ amolitur Ascyltos invidiam et se vero nihil aliud quam fugitivum suum dixit quaerere, mortem nec hominis concupisse nec supplicis,
98 utique eius quem post fatalem rixam habuisset carissimum. at non servus publicus tam languide agit, sed raptam cauponi harundinem subter lectum mittit omniaque etiam foramina parietum scrutatur. subducebat Giton ab ictu corpus et reducto timidissime spiritu ipsos sciniphes ore tangebat

*

Eumolpus autem, quia effractum ostium cellae neminem poterat excludere, irrumpit perturbatus et ‘mille’ inquit ‘nummos inveni; iam enim persequar abeuntem praeconem et in potestate tua esse Gitonem meritissima proditione monstrabo.’ genua ego perseverantis amplector, ne morientes vellet occidere, et ‘merito’ inquam ‘excandesceres, si posses perditum ostendere. nunc inter turbam puer fugit, nec quo abierit, suspicari possum. per fidem, Eumolpe, reduc puerum et vel Ascylto redde.’ dum haec ego iam credenti persuadeo, Giton collectione spiritus plenus ter continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret. ad quem motum Eumolpus conversus salvere Gitona iubet. remota etiam culcita videt Vlixem, cui vel esu-

---

2 imo *L* 7 *mirae istae argutiae: an* nec supplicis mortem hominis concupisse utique? *olim tentabam* nec mortem hominis concupisse nec supplicium *ut mors ad priuatam clandestinamque ultionem, supplicium ad publicam raptoris receptatorisque punitionem referretur* 8 post] ante *Boschius.* praeter *interpretabatur Reiskius* habuisset *scripsi:* habuit *libri.* habuerit *Iacobsius* 9 publicus seruus *transponit L* arundinem *L* 11 Guiton *L* 12 scyniphes *pt.* cimices *Gonsalius,* scimpodes *Wouwerius* *lacunam non significatam in LT significauere asterisco pt* 14 perturbaturus *Barthius* 15 sua *pt* 16 Guitonem *L* uerissima *margo t* proditione *Richardus:* propositione *libri. post id aliquid uelut* esse *erasum in L* 17 excandesceres *p:* excandescens *Lt,* excandescis *margo t.* *ceterum distorta sunt a librario ac peruersa Petroniana uerba. lacunam post* excandescens *Iacobsius statuerat* 18 perditum *scripsi, item Iacobsius:* proditum *Lpt.* te proditum *Nodotus quo aptius* proditorem 19 redde puerum *t* 20 ego *om. t* 21 Guiton *L* plenus *tollebat nescio quis* ter *om. pt, non T* 22 quem sonitum *Iahnius* 23 saluere *corr.*

L riens Cyclops potuisset parcere. mox conversus ad me 'quid est' inquit 'latro? ne deprehensus quidem ausus es mihi verum dicere. immo ni deus quidam humanarum rerum arbiter pendenti puero excussisset indicium, elusus circa popinas errarem'

*

Giton longe blandior quam ego, primum araneis oleo madentibus vulnus, quod in supercilio factum erat, coartavit. mox palliolo suo laceratam mutavit vestem, amplexusque iam mitigatum osculis tanquam fomentis aggressus est et 'in tua' inquit 'pater carissime, in tua sumus custodia. si Gitona tuum amas, incipe velle servare. utinam me solum inimicus ignis hauriret aut hibernum invaderet mare. ego enim omnium scelerum materia, ego caussa sum. si perirem, conveniret inimicis'

*

'ego sic semper et ubique vixi, ut ultimam quamque lucem 99
tanquam non redituram consumerem'

*

profusis ego lacrimis rogo quaesoque, ut mecum quoque redeat in gratiam: neque enim in amantium esse potestate furiosam aemulationem. daturum tamen operam, ne aut dicam aut faciam amplius, quo possit offendi. tantum omnem scabritudinem animi tanquam bonarum artium magister deleret sine cicatrice. 'incultis asperisque regionibus diutius nives haerent, ast ubi aratro dome-

---

ex saluera *L* Guiton *sed in margine* Guitona *L* *malo transponi* et iam remota culcitra *L* Vlyssem *L* uel *pt*: et *L*, etiam *Memmianus* 1 *immo* uoluisset 2 dicere] *per exclamationem t, per interrogationem Lp efferunt* 3 imo *L* 4 *quattuor asteriscos habent Lt, unum p* 5 Guiton. longe *sic interpungens L ut nomen uideatur supplementum* 7 mitigatum *LTp*: mihi gratum *t*, amplexu *et* gratus *margo t* 8 adgressus *p* 9 Guitona *L* 10 *num* solis inicus ? aut *margo L*: ut̄ *L*, et utinam *t*, utinam *p* hibernum *t*, hiber^n um *L*: hiberum *Tp*, *uetus Pithoei* 11 caussa sum *corr. ex* caussarum *L* 12 amicis *Goldastus* *lacunam significant duobus asteriscis Lp, tribus t. tum* EVMOLPVS *in contextu uerborum L, in margine pt* 13 *hanc sententiam descripserunt Vincentius Belu. l. s. et florilegium Parisinum* ergo *unum exemplar Vincentii* quanque *L, Vincentius* 14 *quattuor tresue asteriscos interponunt Lpt* 15 lacrymis *L* 17 *legendum* daturum me 18 tantum *pt*: tamen *L* scabitudinem *libri.* scabritiem *aut* scabredinem *alii dicebant* animi *scripsi*: animo *libri* 19 cicatrice *pt*: dolore *L* incultis — *p.* 120, 3 prelabitur *habet florilegium Parisinum* 20 ast *tolerabile in sublimi tumidaue oratione* ubi *florilegium, Munckerus*: ubi ea *Lpt.* ubi ex *Schefferus* mansuefacta: domita *margo t*

L

facta tellus nitet, dum loqueris, levis pruina dilabitur. similiter in pectoribus ira considit: feras quidem mentes obsidet, eruditas praeterlabitur.' 'ut scias' inquit Eumolpus 'verum esse, quod dicis, ecce etiam osculo iram finio. itaque, quod bene eveniat, expedite sarcinulas et vel sequimini me vel, si mavultis, ducite.' adhuc loquebatur, cum crepuit ostium impulsum, stetitque in limine barbis horrentibus nauta et 'moraris' inquit 'Eumolpe, tanquam propudium ignores.' haud mora, omnes consurgimus, et Eumolpus quidem mercenarium suum iam olim dormientem exire cum sarcinis iubet. ego cum Gitone quicquid erat, in alter compono et adoratis sideribus intro navigium

*

100 'molestum est quod puer hospiti placet. quid autem non commune est quod natura optimum fecerit? sol omnibus lucet. luna innumerabilibus comitata sideribus etiam feras ducit ad pabulum. quid aquis dici formosius potest? in publico tamen manant. solus ergo amor furtum potius quam praemium erit? immo vero nolo ha-

---

1 uelut pruina dilabuntur *Cuperus* similiter *pt:* similis *florilegium*, simul *L* 2 humanis *post* pectoribus *addidit florilegium* ubi ira conligitur *Iahnius* quidem *om. florilegium* obsidit *florilegium* set *addendum censeo* praeterlabitur *t:* praelabitur *Lp cum florilegio* 3 Enmolpus *L* Ecce enim osculo *L* 4 sarciñulas expẽdite *L* 6 cum crepuit *pt:* concrepuit *L* impulsum] *fortasse* uehementius *aut simile appositum neglexit excerptor* 'uerbis (*uel* barba horridus)' *margo t* 7 moraris *Lp*, *margo t:* miraris *t* properandum *margo t*, propedem *a Turpilio 215 R. memoratum et* podiam *huc* (*ad* propodion) *facere Pithoeus putabat*, prope diem *Richardus*, proludium *tanquam portisculum Bongarsius*, prolubium *Cuperus. admutilata redintegrare non potui* 8 ignores? *edebant* hac mora '*Rogertianus codex*' *unde* nec *Douza.* '*non dubium quin desint multa*' *Bongarsius* 9 *expectaueris* dormientem excitat et praeire cum 10 Guitone *L* alt͠ *L*, alt. *uetus Pithoei*, altum *t*, alutam *p et margo t*, '*u. sced. ms.* ad altum comporto' *Wouwerius.* inlatum *Salmasius*, elatum *Heinsius*, in arctum *Burmannus*, in uiaticum *cum Scriuerio aut* in uidulum *Reiskius.* festinanter *olim*, *nunc* in iter *ego* adoratis] *adscripsit in margine L Scaliger uersum Propertianum I 17, 3* 11 *tres asteriscos inserit L, duos t, unum p* 12 est *omittebant* placet? *t* quid — 15 manant *habet florilegium Parisinum*, quid — 13 fecerit *Vincentius Belu. l. s.* autem *om. Vincentius et florilegium* 13 fecerit *Vincentius:* fecit *reliqui, quod defensurus post* autem *debebit interpungere* 14 comita *florilegium* feras ad pabulum mittit *florilegium*, '*al.* mittit' *Tornaesius et Pithoeus non opus* stabulum *substituere*, spectaculum *Barthius*, *delebat* ad pabulum *Iacobsius* *post* quid *litterula deleta in L* 15 formosius dici *transponit florilegium* manent *florilegium* 16 furtum quam praemium potius erit *Memmianus* imo *L*

L bere bona, nisi quibus populus inviderit. unus, et senex, non erit gravis; etiam cum voluerit aliquid sumere, opus anhelitu prodet.' haec ut infra fiduciam posui fraudavique animum dissidentem, coepi somnum obruto tunicula capite mentiri.

sed repente quasi destruente fortuna constantiam meam eiusmodi vox supra constratum puppis congemuit: 'ergo me derisit?' et haec quidem virilis et paene auribus meis familiaris animum palpitantem percussit. ceterum eadem indignatione mulier lacerata ulterius excanduit et 'si quis deus manibus meis' inquit 'Gitona imponeret, quam bene exulem exciperem.' uterque nostrum tam inexpectato ictus sono amiserat sanguinem. ego praecipue quasi somnio quodam turbulento circumactus diu vocem collegi tremebundisque manibus Eumolpi iam in soporem labentis laciniam duxi et 'per fidem' inquam 'pater, cuius haec navis est, aut quos vehat, dicere potes?' inquietatus ille moleste tulit et 'hoc erat' inquit 'quod placuerat tibi, ut supra constratum navis occuparemus secretissimum locum, ne nos patereris requiescere? quid porro ad rem pertinet, si dixero Licham Tarentinum esse dominum huiusce navigii, qui Tryphaenam exulem Tarentum ferat?' intremui post hoc fulmen 101
attonitus, iuguloque detecto 'aliquando' inquam 'totum me, Fortuna, vicisti'. nam Giton quidem super pectus meum positus diu ani-

1 uietus *margo t* etiam senex *L. fortius* et *quam* et iam 2 prodet *t, ms. codex Douzae:* perdet *Lp* 3 haec *L:* hoc *pt* intra *margo t. persuadebat sibi illa citra fiduciam* firmaui *margo t. fefellit animum suum dissidentem ab illius meditationis lenociniis aut potius modo huc modo illuc inclinantem* diffidentem *Douza* 5 *dubito num haec continuo exceperint priora* quasi] as *ex correctione L* fortuña destruente *L.* destituente *Cuperus* 6 supra *L:* super *pt* 7 et haec *scripsi cf. p.* 127, 20: at haec *libri* et *om. Memmianus* pene *Lt,* pęne *p. corrigendum* plane palpantem *Memmianus* 8 lancinata *margo t* 9 nauibus *margo t* inquit *super uersu scriptum in L* Guitona *L* 10 exciperem *margo t:* exciperet *Lpt.* exciperent *Reiskius. malo cum Douza* acciperem expectato *L* 12 circumactus *Cuperus:* circuamictus *et* circumamictus *libri quod Douza composuit cum Tibulli III 4, 55.* circumictus *Gesnerus qui debebat* circumiactus tremulisque *pt* 13 somnum soporem *L* traxi *margo t,* adduxi *Douza* 15 erat *et* quod *om. t, non T* 16 supra *scripsi:* super *libri* 18 Lycam *margo t,* Lyc Licham *L;* Licas *constanter p, uetus Pithoei, Memmianus* dominum] dñ *L* 19 Triphaenam *pt;* Triphena *constanter uetus Pithoei* exulem] uxorem *margo t,* meretriculam *Iacobsius.* exulem *comprobabis collatis c. 106 extr. et* damnata *c. 108* 21 Guiton *L* meum pectus *transponit t* diu *omiserant:* paene *Nodotus*

mam egit. deinde ut effusus sudor utriusque spiritum revocavit, L comprehendi Eumolpi genua et 'miserere' inquam 'morientium et pro consortio studiorum commoda manum. mors venit, quae, nisi per te non licet, potest esse pro munere.' inundatus hac Eumolpus invidia iurat per deos deasque se neque scire quid acciderit, nec ullum dolum malum consilio adhibuisse, sed mente simplicissima et vera fide in navigium comites induxisse, quo ipse iam pridem fuerit usurus. 'quae autem hic insidiae sunt' inquit 'aut quis nobiscum Hannibal navigat? Lichas Tarentinus, homo verecundissimus et non tantum huius navigii dominus, quod regit, sed fundorum etiam aliquot et familiae negotiantis, onus deferendum ad mercatum conducit. hic est Cyclops ille et archipirata, cui vecturam debemus; et praeter hunc Tryphaena, omnium feminarum formosissima, quae voluptatis caussa huc atque illuc vectatur.' 'hi sunt' inquit Giton 'quos fugimus' simulque raptim caussas odiorum et instans periculum trepidanti Eumolpo exponit. confusus ille et consilii egens iubet quemque suam sententiam promere et 'fingite' inquit 'nos antrum Cyclopis intrasse. quaerendum est aliquod effugium, nisi naufragium ponimus et omni *modo* nos periculo liberamus.' 'immo' inquit Giton 'persuade gubernatori, ut in aliquem portum navem deducat, non sine praemio scilicet, et affirma ei impatientem maris fratrem tuum in ultimis esse. poteris hanc simulationem et vultus confusione et lacrimis obumbrare, ut misericordia permotus gubernator indulgeat tibi.' negavit hoc Eumolpus fieri posse: 'vix

---

2 et pro] et *margo t:* i. *t*, id est *Lp* 3 mors uenit *in margine add. L* 4 non *super uersu scriptum L: om. pt.* si per te licet *Scioppius* *post* munere *uacuus uersus cum asteriscis in t, nulla lacuna in Lp* 5 dolum illum *transponit t.* illum *etiam L:* ullum *margines Lt cum p* 6 malo *margo t.* consilio *est ad consilium suum ut id nauigium secum intrarent* 8 nobiscum *pt:* nobis *L.* nouus *Ruhnkenius* Annibal *L* 10 tam *L* 11 negotiatorum *margo t* conducit *pt id est conducere solet*, condu(c)xit *L:* conduxit *margo t* 13 foeminarum *L* 14 atque huc *L* Guiton *L* 15 omnis dolos *ante* caussas *deletum in L* 17 quenque *L* proponere *clam importauit Bourdelotus* 19 naufragi *uel* naufragio imponimus *id est decipimus Scioppius* omnimodo *scripsi id est una qualubet ratione:* omni *libri.* et periculo *uel* et uno periculo omni nos periculo *incertus apud Hadrianidem*, aut morte nos *et postea* et communi nos *Iacobsius*, et omnium pernicie nostro nos *ego olim* imo, inquit, Gniton *L* 22 et lacrimis et uultus confusione *transponunt pt* 24 uix *scripsi:* quia *libri.* *post* çuruatis *addebat* non *Cottericius*, non facile *Burmannus*

L magna' inquit 'navigia portubus se curvatis insinuant, nec tam cito fratrem defecisse veri simile erit. accedit his, quod forsitan Lichas officii caussa visere languentem desiderabit. vides, quam valde nobis expediat, ultro dominum ad fugientes accersere. sed finge navem ab ingenti posse cursu deflecti et Licham non utique circumiturum aegrorum cubilia: quomodo possumus egredi nave, ut non conspiciamur a cunctis? opertis capitibus, an nudis? opertis, et quis non dare manum languentibus volet? nudis, et quid erit aliud quam se ipsos proscribere?' 'quin potius' inquam ego 'ad teme- 102
ritatem confugimus et per funem lapsi descendimus in scapham praecisoque vinculo reliqua fortunae committimus? nec ego in hoc periculum Eumolpon arcesso. quid enim attinet innocentem alieno periculo impendere? contentus sum, si nos descendentes adiuverit casus.' 'non imprudens' inquit 'consilium' Eumolpos 'si aditum haberet. quis enim non euntes notabit? utique gubernator, qui pervigil nocte siderum quoque motus custodit. et utcunque imponi vel dormienti posset, si per aliam partem navis fuga quaereretur: nunc per puppim, per ipsa gubernacula delabendum est, a quorum regione funis descendit qui scaphae custodiam tenet. praeterea illud miror, Encolpi, tibi non succurrisse, unum nautam stationis perpetuae interdiu noctuque iacere in scapha, nec posse inde custodem nisi aut caede expelli aut praecipitari viribus. quod an fieri possit, interrogate audaciam vestram. nam quod ad meum quidem comitatum attinet, nullum recuso periculum, quod salutis spem ostendit. nam sine caussa quidem spiritum tanquam rem vacuam impendere

---

1 inquit *neglexit Antonius* portibus *pt* curatis *margo t.* grauatim *Lipsius* 2 forsan *L* 3 uide sis *incertus apud Hadrianidem* 4 '*f.* domum. dm̂' *margo L. figura sumpta a seruis fugitiuis* accersere *scripsi*, *item* arcessere *Iacobsius:* accedere *libri.* accire *incertus apud Hadrianidem* 5 ab incepto *conieci*, ab urgente *Reiskius* circuiturum *L* 6 aegrotorum *t* 8 ecquid *Iacobsius* 9 inquam, ergo *L* 12 Eumolpum *pt* 13 impendere *scripsi cum Iacobsio:* imponere *libri* nos nocentes *Wehlius p. 43* *post* adiuuerit *distinguendum*, casus *deprauatum uidetur* 14 consilium inquit *transponunt pt* Eumolpus *pt* 16 quaque *margo t* utique *margo t* uel non dormienti *I. F. Gronouius: ut unam uiam indicem, si dormire eum statuamus* 17 possit *L* fuga quoque quaereretur *L* 18 dilabendum *libri: emendauit Burmannus* 19 gubernacula *sed in margine* custodiam *t. neutrum a Petronio scriptum* 20 Eucolpi *pt* 21 noctuque *margo L, Douza:* noctisque *libri* 22 posset *t* 23 conatum *margo L* 24 saluis *L* ostendat *t* 25 quidem *mihi suspectum* imponderem *alii a Patissono memorati*

ne vos quidem existimo velle. videte, numquid hoc placeat: ego *L* **vos in duas iam pelles coniciam vinctosque loris inter vestimenta pro sarcinis habebo, apertis scilicet aliquatenus labris, quibus et spiritum recipere possitis et cibum. conclamabo deinde nocte servos poenam graviorem timentes praecipitasse se in mare. deinde cum ventum fuerit in portum, sine ulla suspitione pro sarcinis vos efferam.' 'ita vero' inquam ego 'tanquam solidos alligaturus, quibus non soleat venter iniuriam facere, an tanquam eos qui sternutare non soleamus nec stertere, an quia hoc genus furti semel antea feliciter cessit? sed finge una die vinctos posse durare: quid ergo, si diutius aut tranquillitas nos tenuerit aut adversa tempestas? quid facturi sumus? vestes quoque diutius vinctas ruga consumit, et cartae alligatae mutant figuram. iuvenes adhuc laboris expertes statuarum ritu patiemur pannos et vincla?'**

*

'adhuc aliquod iter salutis quaerendum est. inspicite, quod ego inveni. Eumolpus tanquam litterarum studiosus utique atramentum habet. hoc ergo remedio mutemus colores a capillis usque ad ungues. ita tanquam servi Aethiopes et praesto tibi erimus sine tormentorum iniuria hilares, et permutato colore imponemus inimicis.' 'quidni?' inquit Giton 'etiam circumcide nos, ut Iudaei videamur, et pertunde aures, ut imitemur Arabes, et increta facies, ut

---

1 nec *libri quod correxi* nunquid *libri* 2 coniiciam *libri.* consuam *Bourdelotus. fortasse* in duas coniciam pelles impedimenta *Cuperus* 3 habebo *pt*, habebo *margo L:* habeo *L* 4 conclamo *L* 7 ego *om. L* alligaturus es *Iahnius* 8 uentus *L* 9 antea *Scioppius:* mea *p*, mea *repetitis punctis quam deletoriam notam Fronto dixit in margine L*, mihi *t.* Menelao *Iahnius secundum Odyssiae IIII 435* 10 *fortasse* quid uero, 11 nos *delebat Scioppius. fortasse* nauem 12 uestes diutius uinctas ruga consumit et carte alligate mutant figuram *habet florilegium Parisinum* iunctas *sed in margine* uinctas *L* 13 arcte *Iacobsius* 14 uincula *pt* *tribus duobusque asteriscis complent uersum Lt: lacunam non agnouit p, quo probato* aliud *recipi debebat* 15 adhuc *om. t, add. margo t* aliquod *Lp:* aliud aliquod *t.* aliud quod *Goldastus* quid *L* 16 literarum *et sic constanter L* 17 remedio *dempsit incertus apud Hadrianidem* colorem *Nodotus* 18 itaque *Memmianus* etiam *L* tibi] illi *Nodotus* 20 quid ni? *L:* quid tu *pt*, quin *margo t.* quidni *etiam T in quo tamen* tu *additum fuisse e notula Tornaesii concludas.* quid tum *Scioppius*, quin tu *Goldastus; irridet dum adfirmantem simulat* Guiton *L* etiam *L:* et *pt* circuncide *t et Mommseno teste L* 21 et pertunde] et *pt:* etiam *L*

L suos Gallia cives putet: tanquam hic solus color figuram possit pervertere et non multa una oporteat consentiant [et non] ratione, *ut* mendacium constet. puta infectam medicamine faciem diutius durare posse; finge nec aquae asperginem imposituram aliquam corpori maculam, nec vestem atramento adhaesuram, quod frequenter etiam non accersito ferrumine infigitur: age, numquid et labra possumus tumore taeterrimo implere? numquid et crines calamistro convertere? numquid et frontes cicatricibus scindere? numquid et crura in orbem pandere? numquid et talos ad terram deducere? numquid *et* barbam peregrina ratione figurare? color arte compositus inquinat corpus, non mutat. audite, quid dementi succurrerit: praeligemus vestibus capita et nos in profundum mergamus.' 'ne istud dii hominesque patiantur' Eumolpus exclamat 'ut 103
vos tam turpi exitu vitam finiatis. immo potius facite, quod iubeo. mercenarius meus, ut ex novacula comperistis, tonsor est: hic continuo radat utriusque non solum capita, sed etiam supercilia. sequar ego frontes notans inscriptione sollerti, ut videamini stigmate esse puniti. ita eaedem litterae et suspitionem declinabunt quaerentium et vultus umbra supplicii tegent.'

non est dilata fallacia, sed ad latus navigii furtim processimus capitaque cum superciliis denudanda tonsori praebuimus. implevit Eumolpus frontes utriusque ingentibus litteris et notum fugitivorum

---

2 oporteat *Heinsius:* oportet *libri* consentiant ratione ut mendacium *scripsi:* consentiant et non natione mendacium *Lt et* ratione *exhibens p.* nouatione *deletum margo L,* oratione *margo t.* ut non una ratione *Heinsius quem* una *ante* oporteat *oportet induxisse*, ut omni ratione *Crusius*, ut nationis *Munckerus.* et non *errore repetita* 4 aliqũam im̃posituram *L* 5 atramentum adhaesurum quae *et* inficitur *Munckerus* 6 arccssito *L. fortasse* accersita ferrugine nunquid *pt:* inquit *L* et *pt:* etiam *L* 7 humore *margo t* teterrimo implere tumore *non male* '*chirographum exemplar*' *Douzae* nunquid *L ut* 8 *utrobique et* 9 *et* 10, *item p*, nũquid *sed deinceps* nunquid *t* 8 comburere *margo t* 9 etiam crura *L* etiam talos *L* 10 et *Memmianus: om. Lpt* barbam *pt:* barbara *L, margo t, Tolosanus* peregrina ratione *margo t:* peregrinatione *libri.* pari ratione *Heinsius* color — 11 mutat *excerpsit florilegium Parisinum* 11 dementi *chirographae membranae Douzae:* timenti *Lpt* 13 nec *libri quod correxi* 14 imo *L* 15 mercenarius, inquit, meus *pt natum fortasse ex* ·n· *id est* enim 16 no *post* radat *deletum in L* 17 notatus *L. praue* notaturus *coniceres* stigmati *p* 18 puncti *Douza* querentium *L* 19 supplicii *Douza:* supplici *libri.* 'simplici, *alii* duplici *rasurae et notarum*' *margo t* teget *Bourdelotiana*

epigramma per totam faciem liberali manu duxit. unus forte ex *L*
vectoribus, qui acclinatus lateri navis exonerabat stomachum nausea gravem, notavit sibi ad lunam tonsorem intempestivo inhaerentem ministerio, execratusque omen, quod imitaretur naufragorum ultimum votum, in cubile reiectus est. nos dissimulata nauseantis devotione ad ordinem tristitiae redimus, silentioque compositi reliquas noctis horas male soporati consumpsimus

*

104 'videbatur mihi secundum quietem Priapus dicere: "Encolpion quod quaeris, scito a me in navem tuam esse perductum." exhorruit Tryphaena et 'putes' inquit 'una nos dormiisse; nam et mihi simulacrum Neptuni, quod Baiis *in* tetrastylo notaveram, videbatur dicere: "in nave Lichae Gitona invenies." 'hinc scies' inquit Eumolpus 'Epicurum esse hominem divinum, qui eiusmodi ludibria facetissima ratione condemnat'

ceterum Lichas ut Tryphaenae somnium expiavit, 'quis' inquit 'prohibet navigium scrutari, ne videamur divinae mentis opera damnare?'

---

1 literali *exemplar manuscriptum Douzae* 5 nos *Douza, Barthius:* non *libri* 6 religione *ante* deuotione *deletum in L* *exponunt: ad solitam tristitiam* compositi *nescio quis:* composito *libri* 7 * * LICHAS *in fine uersus L, duos uel tres asteriscos et in margine* LICAS *uel* LICHAS *habent pt* 8 Eucolpion *Lt, uetus Pithoei* 9 quod *p, uetus Pithoei:* quid *Lt.* quem *margo t,* '*Memm. et Pith. cod.*' *Boschius certe de Pithoeano falsus* productum *t* 10 n̄os un̄a *L* 11 *post* quod *asteriscum inserunt pt, non lacunae sed corruptelae signum* Baistor asylo *libri:* Bais *separauit Scaliger* cestro ac *in margine L* stylo *et* torosula *adludens,* in tetrastylo *ego scripsi. tetrastylon uel aedicula tetrastyla uariorum deorum reperitur in litteris epigraphicis.* in peristylo *Heinsius,* in peristylio *I. F. Gronouius;* torali nouo ornaueram *Iacobsius quo dono longe opportunius* topazion *fuisset; ceteri insana multa, nemo quod sanum quidem est* pro asylo *commendauit* 12 naui *pt* Guitona *L* 13 Enmolpus inquit *mutato ordine L* esse hominem esse *L:* hominem esse *pt* 14 acutissima *Heinsius* contemnat *Heinsius* *lacunam significaui: enarrauit Encolpius facetissimam illam rationem nescio an uersibus; itaque huc Bourdelotus rettulit carmen de somniis quod in appendice feci fr. XXX* 15 caeterum Lychas *L* somnum *L* quid *uere opinor Burmannus* 16 '*lege* arcana opera damnare. *Mem. cod.*' *Boschius.* arcana operta *Heinsius.* *praeferendum* operam

L is qui nocte miserorum furtum deprehenderat, Hesus nomine, subito proclamat: 'ergo illi qui sunt, qui nocte ad lunam radebantur pessimo medius fidius exemplo? audio enim non licere cuiquam mortalium in nave neque ungues neque capillos deponere, nisi cum pelago ventus irascitur.' excanduit Lichas hoc sermone 105 turbatus et 'itane' inquit 'capillos aliquis in nave praecidit, et hoc nocte intempesta? attrahite ocius nocentes in medium, ut sciam, quorum capitibus debeat navigium lustrari.' 'ego' inquit Eumolpus 'hoc iussi. nec in eodem futurus navigio auspicium mihi feci, sed quia nocentes horridos longosque habebant capillos, ne viderer de nave carcerem facere, iussi squalorem damnatis auferri; simul ut notae quoque litterarum non adumbratae comarum praesidio totae ad oculos legentium acciderent. inter cetera apud communem amicam consumpserunt pecuniam meam, a qua illos proxima nocte extraxi mero unguentisque perfusos. ad summam, adhuc patrimonii mei reliquias olent'

*

itaque ut tutela navis expiaretur, placuit quadragenas utrique plagas imponi. nulla ergo fit mora. aggrediuntur nos furentes nautae cum funibus tentantque vilissimo sanguine tutelam placare. et ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi. ceterum Giton semel ictus tam valde exclamavit, ut Tryphaenae aures notissima voce repleret. non solum ergo turbata est sed ..... ancillae etiam omnes familiari sono inductae ad vapulantem decurrunt. iam

---

1 *ante* is *non nulla periisse arbitror* laesus omine *margo t probabiliter. neque enim opus erat nomen homini illi in transcursu memorato indere; quod si tamen indiderat, tale fuisse credas ex quo lucis aliquid aut inuidiae in mores hominis recideret uelut* Hesychus. *male* Heius *uel* Herius *cogitauit Reiskius, meliuscule* Theseus *edidit;* Aesius *Gonsalius cui non cesserint* Hedys Helius Haemus Nessus Rhesus Hesperus
2 rogo *Iacobsius* 6 aliquis inquit capillos *sine* itane *Memmianus*
9 in *scripsi:* non *libri. nec rem ominosam duxi, si quidem omen etiam in me ualeret una cum ceteris naufragio interfuturum* mihi] triste *margo t* et *Antonius* 10 longos horridosque *Memmianus* 11 *post* simul *aliquid erasum in L* 12 non *pt:* nō *margo L*, ne *L; om. Memmianus* *immo* obumbratae 13 acciderent *Heinsius:* accederent *libri* *immo* praeter cetera 14 consumserunt *L.* consumpserant *Memmianus* 16 *asteriscus in pt, non in L* 17 utrique *scripsi:* utrisque *libri. de omisso nostrum cf. p.* 125, 16 *et* 22 20 spartana *lt, correctum* Spartana *L* excoxi *fuerat a primo in L* Guiton *L*
22 sola *incertus. ego post* sed *lacunam notaui:* accessit quoque propius et acrius uociferantem intuetur 23 etiam *TL quorum hic* etiam ancillae: quoque *pt* omnes *om. L*

Giton mirabili forma exarmaverat nautas coeperatque etiam sine voce saevientes rogare, cum ancillae pariter proclamant: ‘Giton est, Giton, inhibete crudelissimas manus; Giton est, domina, succurre’. deflectit aures Tryphaena iam sua sponte credentes raptimque ad puerum devolat. Lichas, qui me optime noverat, tanquam et ipse vocem audisset, accurrit et nec manus nec faciem meam consideravit, sed continuo ad inguina mea luminibus deflexis movit officiosam manum et ‘salve’ inquit ‘Encolpi’. miretur nunc aliquis Vlixis nutricem post vicesimum annum cicatricem invenisse originis indicem, cum homo prudentissimus confusis omnibus corporis orisque liniamentis ad unicum fugitivi argumentum tam docte pervenerit. Tryphaena lacrimas effudit decepta supplicio — vera enim stigmata credebat captivorum frontibus impressa — sciscitarique summissius coepit, quod ergastulum intercepisset errantes, aut cuius tam crudeles manus in hoc supplicium durassent. meruisse quidem contumeliam aliquam fugitivos, quibus in odium bona sua venissent L

106 . . . . . concitatus iracundia prosiliit Lichas et ‘o te’ inquit ‘feminam simplicem, tanquam vulnera ferro praeparata litteras biberint. utinam quidem hac se inscriptione frontis maculassent: haberemus nos extremum solatium. nunc mimicis artibus petiti sumus et adumbrata inscriptione derisi.’

volebat Tryphaena misereri, quia non totam voluptatem perdiderat, sed Lichas memor adhuc uxoris corruptae contumeliarumque, quas in Herculis porticu acceperat, turbato vehementius vultu proclamat: ‘deos immortales rerum humanarum agere curam, puto,

---

1 Guiton *L* miserabili *margo t* 2 *et* 3 Guiton *ubique L* 3 est *ante* inhibete *Brouckhusius addi uoluit* 5 etiam *L* 8 Eucolpi *libri* Vlyxis *pt*, Vlyssis *L* 10 pudentissimus *Douza*, imprudentissimus *Scioppius* orisque *scripsi:* indiciorumque *natum ex praegresso* indicem *libri.* faciei que *margo t* 12 lacrymas *L* 14 inter suscepisset *L in primo uersu* 16 aliqūam contumeliām *L;* antiquam *Memmianus.* tamquam *Douza* 17 *lacunam posui cum sine dubio paulo plenior olim Tryphaenae oratio fuerit saltem his additis* set non tam acerbam 19 hacce inscriptione frontes *Iungermannus* 20 mimicis *p:* inimicis *uetus Pithoei*, inimici *Lt* 21 abumbrata *Memmianus* 22 nondum *maluit Douza* 23 iniuriarumque *p et Memmianus, quod commendauerim conl. u.* 16 24 porticu Herculis *transponit t. in quo oppido illa fuerit prorsus incertum: Tiburis mentionem iniecit Pithoeus, Romae Douza, Herculaneum deprehendisse sibi uidebatur Winkelmannus, magis de Tarento cogitauerim* 25 *ante* rerum *litterula deleta in L* habere *Memmianus*

L intellexisti, o Tryphaena. nam imprudentes noxios in nostrum induxere navigium, et quid fecissent, admonuerunt pari somniorum consensu. ita vide, ut possit illis ignosci, quos ad poenam ipse deus deduxit. quod ad me attinet, non sum crudelis, sed vereor, ne quod remisero, patiar.' tam superstitiosa oratione Tryphaena mutata negat se interpellare supplicium, immo accedere etiam iustissimae ultioni. nec se minus grandi vexatam iniuria quam Licham, cuius pudoris dignitas in concione proscripta sit

*

'me, ut puto hominem non ignotum, elegerunt ad hoc officium 107
[legatum] petieruntque, ut se reconciliarem aliquando amicissimis. nisi forte putatis iuvenes casu in has plagas incidisse, cum omnis vector nihil prius quaerat, quam cuius se diligentiae credat. flectite ergo mentes satisfactione lenitas, et patimini liberos homines ire sine iniuria, quo destinant. saevi quoque implacabilesque domini crudelitatem suam impediunt, si quando poenitentia fugitivos reduxit, et dediticiis hostibus parcimus. quid ultra petitis aut quid vultis? in conspectu vestro supplices iacent iuvenes ingenui, honesti, et quod utroque potentius est, familiaritate vobis aliquando coniuncti. si mehercules intervertissent pecuniam vestram, si fidem proditione laesissent, satiari tamen potuissetis hac poena, quam videtis. servitia ecce in frontibus cernitis et vultus ingenuos voluntaria poenarum lege proscriptos.' interpellavit deprecationem supplicis Lichas et 'noli' inquit 'caussam confundere, sed impone singulis modum. ac primum omnium, si ultro venerunt, cur nudavere

---

1 o *super scriptum L* 2 ammonuerunt *L* 3 possit *Tolosanus:* prosit *Lpt cui non conuenit nisi* ignoscere 6 imo *L* 8 uxoris dignitas *Iacobsius* cuius *ad Licham referens. fortasse* pudor et dignitas *asteriscos tres inserunt libri.* EVMOLPVS *ante* Me *L, in margine pt* 9 ut puto *Lt:* utpote *p, Gulielmus fortasse uere* idiotam *aut* indoctum *Iacobsius* 10 legatum *Lt Tolosanus: om. p. agitur nunc non de repentina hac Eumolpi legatione uerum de meditata et praeparata Encolpii Gitonisque cum Eumolpo in nauem conscensione. glossam puto ortam ex p.* 130, 2 11 *asteriscum ante* nisi *interposuit Bourdelotus* 12 prorsus *Memmianus* 13 patimini *ut* ni *super uersu scriptum sit L* 14 *immo* destinarunt 16 dedititiis *libri* 19 pecunia *manuscriptae membranae Douzae qui* mehercule uos interuortissent pecunia, uestram si *suspicabatur* se *Memmianus* 21 seruitii indicia *Burmannus*, stigmata *Munckerus;* seruilia ecce in frontibus stigmata *Iacobsius. ego Burmanno assentior* uestigia *tamen praeferens* 22 poenarum *omissum in L, additum in margine L* depregationem *fuerat in L* supplicis *om. t, non T* 24 at *L*

crinibus capita? vultum enim qui permutat, fraudem parat, non satisfactionem. deinde, si gratiam a legato moliebantur, quid ita omnia fecisti, ut quos tuebaris, absconderes? ex quo apparet casu incidisse noxios in plagas et te artem quaesisse, qua nostrae animadversionis impetum eluderes. nam quod invidiam facis nobis ingenuos honestosque clamando, vide, ne deteriorem facias confidentia caussam. quid debent laesi facere, ubi rei ad poenam confugiunt? at enim amici fuerunt nostri. eo maiora meruerunt supplicia; nam qui ignotos laedit, latro appellatur, qui amicos, paulo minus quam parricida.' resolvit Eumolpos tam iniquam declamationem et 'intelligo' inquit 'nihil magis obesse iuvenibus miseris, quam quod nocte deposuerunt capillos: hoc argumento incidisse videntur in navem, non venisse. quod velim tam candide ad aures vestras perveniat, quam simpliciter gestum est. voluerunt enim ante quam conscenderent, exonerare capita molesto et supervacuo pondere, sed celerior ventus distulit curationis propositum. nec tamen putaverunt ad rem pertinere, ubi inciperent, quod placuerat ut fieret, quia nec omen nec legem navigantium noverant.' 'quid' inquit Lichas 'attinuit supplices radere? nisi forte miserabiliores calvi solent esse. quamquam quid attinet veritatem per interpretem quaerere? quid dicis tu, latro? quae salamandra supercilia tua exsussit? cui deo crinem vovisti? pharmace, responde.' L

108 obstupueram ego supplicii metu pavidus, nec quid in re manifestissima dicerem, inveniebam, turbatus et deformis praeter spoliati capitis dedecus superciliorum etiam aequali cum fronte calvitie, ut nihil nec facere deceret nec dicere. ut vero spongia uda facies plorantis detersa est et liquefactum per totum os atramentum omnia scilicet liniamenta fuliginea nube confudit, in odium se ira convertit. negat Eumolpus passurum se, ut quisquam ingenuos

8 nostri *LTp*, *uetus Pithoei*: mei *t* eo *pt*: et *L*, *margo t* 10 Eumolpos *L a Mommseno collatus*: Eumolpus *pt*. *Graeca forma ubique restituenda* 13 in nauem uidentur *transponunt pt* aures v̂ras *L*, aures uestras *p*: uestras aures *t* 20 quanquam *L* 21 sola salamandra *libri*: sola *induxit Richardus*. quaeso *substituit Heinsius*; latro? a te quaeso an *Iacobsius* excussit tua *inuertit Antonius* exussit *Douza*: excussit *libri* 25 ēt *id est* etiam *primo uersui praepositum L* aequali *et* caluitie *Munckerus*: aequalis *et* caluities *libri* 27 est *ante* per *add. L in principio uersus* 28 scilicet *interpretor* δηλονότι: *an* simul *scribendum*? *minus recte ante* omnia *interpungebant* fuliginis *margo t* confusa redierunt, in iram se odium *margo t*. misericordia *pro* ira *I. F. Gronouius*

L contra fas legemque contaminet, interpellatque saevientium minas non solum voce sed etiam manibus. aderat interpellanti mercenarius comes et unus alterque infirmissimus vector, solatia magis litis quam virium auxilia. nec quicquam pro me deprecabar, sed intentans in oculos Tryphaenae manus usurum me viribus meis clara liberaque voce clamavi, ni abstineret a Gitone iniuriam mulier damnata et in toto navigio sola verberanda. accenditur audacia mea iratior Lichas, indignaturque quod ego relicta mea caussa tantum pro alio clamo. nec minus Tryphaena contumelia saevit accensa totiusque navigii turbam diducit in partes. hinc mercenarius [tonsor] ferramenta sua nobis et ipse armatus distribuit, illinc Tryphaenae familia nudas expedit manus. ac ne ancillarum quidem clamor aciem destituit, uno tantum gubernatore relicturum se navis ministerium denuntiante, si non desinat rabies libidine perditorum collecta. nihilo minus tamen perseverat dimicantium furor, illis pro ultione, nobis pro vita pugnantibus. multi ergo utrinque sine morte labuntur, plures cruenti vulneribus referunt veluti ex proelio pedem, nec tamen cuiusquam ira laxatur. tunc fortissimus Giton ad virilia sua admovit novaculam infestam, minatus se abscissurum tot miseriarum caussam, inhibuitque Tryphaena tam grande facinus non dissimulata missione. saepius ego cultrum tonsorium super iugulum meum posui, non magis me occisurus, quam Giton, quod minabatur, facturus. audacius tamen ille tragoediam implebat, quia sciebat se illam habere novaculam, qua iam sibi cervicem praecide-
LO rat. ‖ stante ergo utraque acie, cum appareret futurum non trala-

---

2 etiam *L*: et *pt* 6 abstineat *Memmianus* Guitone *L* iniuriam *om. Antoniana* 7 liberanda uerberanda *L* 8 irritatior *nescio quis* indignatusque *uitium Antonianae* tantum *pt*: tamen *L* 9 non minus *L* 10 tonsor *seclusi cum Burmanno.* tonsoria *superuacaneum foret* 11 etiam ipse *L* 13 tanto *L* 16 semimortui '*uetus codex*' *Wouwerii*, sine mora *Pflugius. mimicam tu pugnam credas* 17 cruenti sine uulneribus *I. F. Gronouius* 18 Guiton *L* 19 infestam *Richardus*: 'infertam *uetus, non* infectam' *Pithoeus;* infertam *p*, infertam *Lt*, infectam *margo t* 20 caussam tot miseriarum *transponit L* 21 offensione *margo t*, miseratione *ego olim et Haasius p. 20. promptum prae se tulit ad missionem animum* 22 Guiton *L* 23 *supplendum* facturus erat ille tamen *transponit t* 24 ceruicem *ut prior* c *ex correctione sit L* praeciderit *L* 25 state *G* cui *F* apparet *G*, pareret *P* non tralaticium '*sic Altissiodurensis. al.* stlatarium *et* statarium' *Pithoeus*, non tralatitium *p. non uulgare aut leue significatur:* non tlaticium *P*, n (*Mommseno* ũ *uisum est*)

ticium bellum, aegre expugnavit gubernator, ut caduceatoris more Tryphaena indutias faceret. data ergo acceptaque ex more patrio fide protendit ramum olivae a tutela navigii raptum, atque in colloquium venire ausa LO

'quis furor' exclamat 'pacem convertit in arma?
quid nostrae meruere manus? non Troius heros
hac in classe vehit decepti pignus Atridae,
nec Medea furens fraterno sanguine pugnat.
sed contemptus amor vires habet. ei mihi fata
hos inter fluctus quis raptis evocat armis?
cui non est mors una satis? ne vincite pontum
gurgitibusque feris alios immittite fluctus.'

109 haec ut turbato clamore mulier effudit, haesit paulisper acies revocataeque ad pacem manus intermisere bellum. utitur poenitentiae occasione dux Eumolpos et castigato ante vehementissime Licha tabulas foederis signat, quis haec formula erat: 'ex tui animi

---

st~latarium *et in margine* nõ stlat *L ortum fortasse a* translaticium, non stlatarium *et in margine* nec cessaturum *t*, stlalaturum *fertur Memmianus habuisse; omittunt ACDEFGs*

1 caducearis *P* 2 Tryphaena — more *om. G.* triphena *ACFs* indutias *ex scriptis unus C* feceret *P* dataque *L* ergo *om. ACs et inuertens* accepta dataque *F* ex more patrio *ACFPs, uetus Pithoei*: ex patrio more *t*, patrio more *Lp cum DE* 3 oliuae *uel* oliue *ADEFGs*: oleae *LPpt cum C* tutela] '*nota pro hoc loco quod Porphyrio in Horatium scribit I 5, 12. in glossario S. Benedicti in uerbis Petronii* Troiae halosin' *obscure obscurus, secundum Burmannum Delbenus* 5 exclamat] o ciues *Isidorus originum II 21, 19 hunc uersum sine auctoris nomine describens* conuertis *ACDEFGs ut post* furor *incidatur oratio* 6 troyus *F* heros *ACDFGs Altissiodurensis Bituricus*, '*al.* c. heros' *margo L*: eros *P Memmianus*, hostis *ELpt.* hospes *Wehlius p. 44* 7 ucit *F*, uenit *A* 8 medeum *P* superno *Bituricus* 9 contemptus *cum* p *GLP*: contentus *AF* ei *scripsi*: et *libri* 10 '*al.* qui' *Pithoeus in lemmate* quis captis *praescribens* annis *alii a Patissono memorati* 11 nec *F a Mommseno collatus, Lst;* uos *A*: ne *cum reliquis margo t, coni. Sambucus* potum *ACDFs*: pontum *coniecit etiam Sambucus* 12 altos *P, Goldastiana* immittite *Lpt*: imponite *ceteri Altissiodurensis*, inponite *FP. nata haec opinor ex* pontum *superioris uersus* fructus *C* versus VIII *subscriptum A* 13 ubi *G* turbata *Richardus* hesitque *ADEFGPs ut ab* utitur *incipiat apodosis* 14 reuocareque *P*, reuocate *sine* que *F* intermiscere *F*, inter miserere *P* utitur *cum ceteris margo t*: Initae *t*, Iratus *L*, Vi *P* 15 ocasione *P*, occasionem *fuerat in F* Eumolpos *GPs*: eumolphos *C*, Eumolpus *reliqui* 16 Liebha *set in margine* Licha *A*, liebha *et in margine* lyca *E*, liebha *G*, lieb⊢a *D*, lycha

LO sententia, ut tu, Tryphaena, neque iniuriam tibi factam a Gitone quereris, neque si quid ante hunc diem factum est, obicies vindicabisve aut ullo alio genere persequendum curabis; ut tu nihil imperabis puero repugnanti, non amplexum, non osculum, non coitum venere constrictum, nisi pro qua re praesentes numeraveris denarios centum. item, Licha, ex tui animi sententia, ut tu Encolpion nec verbo contumelioso insequeris nec vultu, neque quaeres ubi nocte dormiat, aut si quaesieris, pro singulis iniuriis numerabis praesentes denarios ducentos.' in haec verba foederibus composi- *L* tis arma deponimus || et ne residua in animis etiam post iusiurandum ira remaneret, praeterita aboleri osculis placet. exhortantibus universis odia detumescunt, epulaeque ad certamen prolatae conci- *LO* liant hilaritate concilium. || exonat ergo cantibus totum navigium, et quia repentina tranquillitas intermiserat cursum, alius exultantes quaerebat fuscina pisces, alius hamis blandientibus conpellebat prae-

---

C signat foederis *inuertit G.* '*al. u. c.* fidei' *margo L* quis *ACDFGP:* queis *reliqui. fortasse* cuius animi tui *transponit t*
1 ut tu *Ppt*, *margo L ut intexerentur post* sententia: *omittunt EF*, ubi *ACDG;* Tryphena, uti *Sambucus legi in S* ubi *testatus. praestat* uti tu triphena *G*, trifena *AF* Gytone *GLs*, gythone *A*
2 quereris *margo L:* queraris *libri omnes* obities *P*, obiicies *ceteri*, *om. F* uindicabisque *sed in margine* 'bisue *u. c.*' *L*, iudicabis ue *A* 3 ut aut *A* ullo modo alio *G non omittens* genere et tu *Fs*, *margo t;* tu *om. C;* et ut *Parisinus 6842 D* nihil *intercidit in Antoniana.* nichil *P* 4 obsculum *C*, ob osculum *F*
5 constructum *Memmianus* nisi *om. F* qua] hac *margo t*, quaque *Scioppius* numerabis *margo t* 6 denarios centum *LPpt:* centum *aut* C denarios *ACDEFGs* *post* centum *spatio uersus relicto tres asteriscos habet t* lycha *CDG*, lica *F* anim̃i tũi *L* '*u. c.* cõscientia' *margo L* encholpion *G*, eucolpion *Apt*, eumolpion *F*, Eumolpon *s* 7 contumeliose *P* inseques *G*, insequaris *pt* neque uultu *LP* 8 quaesiueris *FGL*, queris *P* *num* et pro ?
9 ducenos *recte unus Altissiodurensis* 12 ad certamen *sic dicitur ut ad primum nuntium aut ad lucernam;* ob *Bourdelotus* 13 concilium *libri mei:* consilium *Memmianus.* conuiuium *margo t*, *Scioppius*; hilaritatem *Iacobsius delens* concilium *quod natum ex* conciliant *mihi uidetur expulisse* concordiam. *ceterum quae secuntur usque ad* torquebat *p.* 134, 4, *ea non puto nisi particulam esse plenioris descriptionis* exonat *AEF:* exónat *et in margine* ouat *D*, exsonat *G*, exsonat *CPp uetus Pithoei*, exonerat *Lt.* exornatur *ed. princeps*; personat cantu *coni. Tornaesius* ergo *om. Lpt:* *add. cum ceteris uetus Pithoei* cantus *Lt.* '*in u. c.* exsonat ergo cantib. triũ totũ nauig.' *margo L.* tritum *pro* totum *P* 14 quo (ia) *D*, quo *P*, quoniam *G* tranquillitate *margo t* cursu *P* exultantes *Lpt:* exsultantes *E*, exultans *ACFGPs*, *margo t*, *Altissiodurensis;* exsultans *D*
15 captabat *u. c. Brit. Tornaesii et in lemmate Pithoeus.* euerrebat

dam repugnantem. ecce etiam per antennam pelagiae consederant volucres, quas textis harundinibus peritus artifex tetigit. illae viscatis illigatae viminibus deferebantur ad manus. tollebat plumas aura volitantes, pennasque per maria inanis spuma torquebat. LO

iam Lichas redire mecum in gratiam coeperat, iam Tryphaena Gitona extrema parte potionis spargebat, cum Eumolpus et ipse vino solutus dicta voluit in calvos stigmososque iaculari, donec consumpta frigidissima urbanitate rediit ad carmina sua coepitque capillorum elegidarion dicere:

'quod summum formae decus est, cecidere capilli,
vernantesque comas tristis abegit hiems.
nunc umbra nudata sua iam tempora maerent,
areaque attritis ridet adusta pilis.
o fallax natura deum: quae prima dedisti
aetati nostrae gaudia, prima rapis.'

Iacobsius fuscina *ELPpt:* fuscinas *ACDG*, fuscinis *Fs* aliūs p̈isces *A.* pices *P* hannis *P.* hamis ∧ conuellebat conuellebat *et in margine* ∧ blandientibus *L* compellebat *ACDGs:* ɔpellabat *F*, conuellebat *ELPpt.* conuertebat *alii apud Patissonum*

1 ecce] quin *margo t* etiam] autem *E* *immo* super antemnam *LP*, antenam *a primo F* pelagi *ante Sambucum* consedere *ACDFGs* 2 qua *G* testis *F*, tectis *Lps.* litis *I. F. Gronouius* harundinibus *sic A:* aurundinibus *C* penitus *F* 3 inligatae *L*, alligate *F* in uiminibus *L* plurimas *C. tempestatis haec praesagia Petronio esse Gonsalius obseruauit* 4 uiditantes *G* pinnasque *Lpt* per inania *Es, non S* inanis *Lpt:* inani *reliqui* pluma *Lt sed* '*al. u. c.* spuma' *margo L*, spira *s.* immani spira *Delbenus* torquebant *F* 5 Lychas *G*, Lycas *uidetur D habere* ridere *P* gratia *C* gythőna tr̈iphena *A.* triphena *FG.* Guitona *L*, gytona *G* 7 solutus *om. F* uoluerit *ACDFGs.* coepit *dixisset scriptor nisi hoc uerbo et paulo ante et paulo post uteretur.* uoluere et *Lipsius*, uoluit iocularia *Wouwerius* stigmosesque *CDP*, stigmos aesque *G*, stiginosesque *AE et ante Sambucum*, stiginosque osque *F* 8 consumpta, *non* consumta *AFGLP* que *om. C* 9 capillo *F*, in capillos suos *LT Tolosanus* ellegidarion *A*, elegidario *F*, elegiarion *t.* elegeidion *Brassicanus* 10 *elegiacos uersus habet florilegium Parisinum* summum *florilegium, ms. liber Douzae:* solum *ceteri omnes.* formie sölum *A;* solum decus forme decus est *P* deus *C* est *om. florilegium* 11 uernatesque *F* abeigit *C*, adegit *ms. liber Douzae unde is* adedit *coniecit*, ademit *florilegium* hyems *CG*, yems *F* 12 mereret *F.* marcent *adscriptum margini Iuniani libri* 13 Aeraque *A*, Aureaque *P* atritis *florilegium*, actritis *F*, attrictis *A.* extritis *margo t* '*al.* aret' *Pithoeus*, sordet *uel* aret *Iunius*, luget *margo t. ridentem aream lubuit illi maerentibus opponere temporibus* adista *P. fortasse* adulta *id est quae increuit demptis crinibus.* friget adesa *Hein-*

LO 'infelix, modo crinibus nitebas
Phoebo pulcrior et sorore Phoebi.
at nunc levior aere vel rotundo
horti tubere, quod creavit unda,
ridentes fugis et times puellas.
ut mortem citius venire credas,
scito iam capitis perisse partem.'

plura volebat proferre, credo, et ineptiora praeteritis, cum an- 110
cilla Tryphaenae Gitona in partem navis inferiorem ducit corymbioque dominae pueri adornat caput. immo supercilia etiam profert de pyxide sciteque iacturae liniamenta secuta totam illi formam suam reddidit. agnovit Tryphaena verum Gitona, lacrimisque tur-
L bata tunc primum bona fide puero basium dedit. || ego etiam si repositum in pristinum decorem puerum gaudebam, abscondebam

---

sius 15 Aetatis *st* gaudia] a *in rasura F* prima dedisti Et tanti nostre gaudia prima rapis *florilegium iterans ultimum uersum* uersus VI *subscriptum A* *tres asteriscos interponit t. sane quidem pauca neglexisse librarius uidetur uelut haec:* deinde ad Gitona respiciens etiam hos addidit hendecasyllabos

1 *hos uersus illo ordine 1 2 3 4 5 6 7 Turnebi Sambucique coniecturis reperto Lpst, hoc 1 3 5 2 4 6 7 ACDEFG, item B qui cum initium rursus capiat a* Phoebo, *tertium et quintum uersus omittit; hoc ordine P:*

1 | *3*
5 | *4*
2 | *6*
| *7*

apparet in primario libro secundum quartum sextum iuxta primum tertium quintum uersus scriptos fuisse 2 '*alter Mercurius eris ei et si uis amplius, es Apollo* Phoeboque pulchrior et sorore Phoebi' *Ioannes Saresb. pol. III 8 p. 178* pulcrior *FP:* pulchrior *reliqui* aut *L* 3 nunc∨aere uel rotundo∨leuior *A* rotumdo *C* 4 horci cuberei *P*. tubete *AFG* quid *C* uuida *C*, uuuda *G*, in uda *A*, muda *margo F*. imber *Iahnius* 5 paues *Bituricus* 6 cicius *A*, cienis *P* 7 periisse *A*, perisse *ex* perire *corr. F* 8 uolebam *G* ut *D* ineptira *G* praeteritis *pro* prolatis *aut* praedictis *non scriptori sed librario deberi arbitror*. praeteris *P* 9 triphene *AG*, triphen̄ *F*, Tryphena *s* gytona *BGs*, gythona *A*, Guitona *L* corimbioque *ABG*, corinbieque *F* 10 adorna capud *P* imo *LP*, ymo *A* et supercilia producit *L*. supercilio *CG*. profert *uersui praepositum in margine B* 11 pixide *CF*, pisside *A* scitaeque *C*, *ante Sambucum;* scytaeque *B*, stiteque *F* iactura *F*, nature *margo A idemque coniecit Sambucus.* iuncturae *aut* scripturae *incertus*, scitaque ductura *alius* liniamenta *sic ABFGL:* luniamenta *P* sequuta *CG* 12 redidit *F* triphena *AFG* Gitona] *libri ut u.* 9 lacrymisque *GL* 13 haustū (basium) *P* ......

L tamen frequentius vultum, intelligebamque me non tralaticia deformitate esse insignitum, quem alloquio dignum ne Lichas quidem crederet. sed huic tristitiae eadem illa succurrit ancilla, sevocatumque me non minus decoro exornavit capillamento; immo commendatior vultus enituit, quia flavum corymbion erat

*

LO || ceterum Eumolpos, et periclitantium advocatus et praesentis concordiae auctor, ne sileret sine fabulis hilaritas, multa in muliebrem levitatem coepit iactare: quam facile adamarent, quam cito etiam filiorum obliviscerentur, nullamque esse feminam tam pudicam, quae non peregrina libidine usque ad furorem averteretur. nec se tragoedias veteres curare aut nomina saeculis nota, sed rem sua memoria factam, quam expositurum se esse, si vellemus audire. conversis igitur omnium in se vultibus auribusque sic exorsus est:

111 'matrona quaedam Ephesi tam notae erat pudicitiae, ut vicina-

---

1 *fortasse* quod intellegebam tralatitia *libri* 2 ne *L Memmianus:* nec *pt* 3 seuocatumque *Goldastiana:* euocatumque *libri* 4 imo *L* *fortasse* emendatior *conl. cap. 126* 5 flauum *margo t:* flaucor. *ms. codex Douzae*, flaucorum *Lt et praeposito asterisco p. praue geminata* cor *syllaba turbas mouit.* Flauiorum *margo L*, glaucum *aut* Chaucorum *simileue nomen Douza*, flauicomum *Barthius;* flauo ornatum corymbio *Casaubonus* 5 *duos tresue asteriscos interponunt Lt uacuo interiecto spatio, unum p* 6 Eumolpos *BFGLPs:* Eumolpus *reliqui* periclitantum *F* 7 actor *L* hillaritas *P* 8 ad amarerent *F*, adamaret *P* 9 et carissimorum *Munckerus*, fidissimorum *I. F. Gronouius*, philorum *Heinsius* que *om. P* foeminam esse *transponit L* 10 aduerteretur *C*, aduerteretur *F*, auelleretur *margo t.* in muliebrem leuitatem ab auctoribus passim multa scribuntur..... liquet quam facile ament, quanta oderint leuitate, quam cito obliuiscantur affectuum et naturae immemores interdum in filios armentur..... licet satyricus dicat... et tragicus, nullam esse feminam tam pudicam quae non peregrina libidine usque ad furorem incendatur *Ioannes Saresb. pol. VIII 11 p. 268 s. non ampliore libro usus sed Petroniana dilatans;* tragicum *ille forsitan ex* tragoediis ueteribus *collegerit.* Petronius de muliebri leuitate dicit qm̃ facile amatur. qm̃ cito etiam filiorum obliuiscitur. nullamque esse feminam tam pudicam quae non peregrina libidine usque ad furorem auertatur *codex Mazarinaeus 1261 saeculi XII* 11 non se *Colbertinus* traiedias *P* sclis *B*, seclus *E*, solis *P* rem *om. st, non T* 12 suam memoriam *P* facta quae *st*, factam *sine* quam *LT et ut uidetur C: habent* quam *ABDEFGPp* expositarum *D*, expoiturum *P* 13 igitur *om. ADFGs* 14 orsus *BLPpt* 15 *descripsere hanc historiolam cap. 111 et 112 Ioannes Saresb. l. s. sic pergens:* matrona quaedam referente Petronio Ephesi, *codex Mazarinaeus modo memoratus, florilegium Parisinum* nocte *FP et a primo G* pudicicie *A*, pudicie *Mazarinaeus*

LO rum quoque gentium feminas ad spectaculum sui evocaret. haec ergo cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus aut nudatum pectus in conspectu frequentiae plangere, in conditorium etiam prosecuta est defunctum, positumque in hypogaeo Graeco more corpus custodire ac flere totis noctibus diebusque coepit. sic adflictantem se ac mortem inedia persequentem non parentes potuerunt abducere, non propinqui; magistratus ultimo repulsi abierunt, comploratаque singularis exempli femina ab omnibus quintum iam diem sine alimento trahebat. adsidebat aegrae fidissima ancilla, simulque et lacrimas commodabat lugenti et quotienscunque defecerat positum in monumento lumen renovabat. una igitur in tota civitate fabula erat: solum videlicet illud adfulsisse verum pudicitiae amorisque exemplum omnis ordinis homines confitebantur, cum interim imperator provinciae latro-

---

1 spectaculum sui *ABCDEFGPst, Ioannes, florilegium:* sui spectaculum *Lp* 2 funus — 5 more *cum deerrantibus oculis praetermisisset Scaliger, suppleuit illa in margine L* funeris officium *Ls* passis *BPpt:* sparsis *reliqui.* funus prosequi crinibus sparsis et turbatis *Ioannes* 3 sparsis quoque prosequi *C* 4 plangore *EF* persecuta *A, florilegium, Memmianus. malo* secuta 5 hypogaeo *per diphthongum BL:* hypogato *Ioannes,* ypogio *florilegium,* hyppogeo *G,* yppogeo *correcta* g *ex* r *F,* ippogyo *et in margine* ippogeo *A* more Graeco *transponit F* condire *uetus Danielis* 6 si adflictantem *B.* afflictantem *reliqui* ad mortem *P* morte media prosequentem *F* 7 ad *ante* abducere *deletum L,* adducere *P* non magistratus. ultimo *Wehlius p. 18* 8 ultio *A* comprobataque ab omnibus *mediis omissis C* *hoc ordine ABDEFGPps, Ioannes:* ab omnibus singularis exempli femina *Lt cum florilegio.* ab *om. T* 9 sine] se *AEF* subtrahebat *EF* adsidebat, *non* assidebat *B* *in fabula Phaedro adsignata codicis Perottini XIV uersu 17:* uidetque aegram et facie pulchra feminam *noli* aegram *Petronianis his defendere sed corrige* egregiam facie *conl. Phaedro III 4, 7 et 8, 3* 10 similiterque lacrimas *P.* et *om. G* lacinias *L,* '*al. c.* lacrymas' *margo L; sic G* commodabat *CDE, Rittershusius:* commedabat *G,* commendabat *ABFLPpt, florilegium.* commundabat lugentis *coni. Sambucus* 11 lugentesi *C* quotiescunque *Ioannes,* quotiensque *B,* quoties *L cum florilegio,* quotiens *Ppt. hoc et* defecerat *om. ACDEFGs* quoties positum lumen in monumento defecerat *L;* defecerat in monimento *sine* positum *P* limen *F* 12 resonabat *P* erit *P* et solum *p* uidelicet illud *composui:* uidelicet *DEFGs,* ·v3· *A* illud *omittentes;* illud *BCLPpt cum Ioanne et florilegio omittentes* uidelicet 13 adfulsisse *BPpst:* affulsisse *L cum Ioanne et florilegio,* affluxisse *ADEFG,* afluxisset *C* pudicicie *AG* 14 homines *om. ACDEFGs; inde* omnes ordines *s* ɔcofitebantur *L,* confitebuntur *P* cum *delet Iahnius* imper. *sic E.* procurator *Iacobsius*

nes iussit crucibus adfigi secundum illam eandem casulam, in qua *LO* **recens cadaver matrona deflebat. proxima ergo nocte, cum miles, qui cruces asservabat, ne quis ad sepulturam corpus detraheret, notasset sibi et lumen inter monimenta clarius fulgens et gemitum lugentis audisset, vitio gentis humanae concupiit scire, quis aut quid faceret. descendit igitur in conditorium, visaque pulcherrima muliere primo quasi quodam monstro infernisque imaginibus turbatus substitit. deinde ut et corpus iacentis conspexit et lacrimas consideravit faciemque unguibus sectam, ratus scilicet id quod erat, desiderium extincti non posse feminam pati, adtulit in monumentum cenulam suam coepitque hortari lugentem, ne perseveraret in dolore supervacuo ac nihil profuturo gemitu pectus diduceret: omnium eundem esse exitum [sed] et idem domicilium, et cetera quibus exulceratae mentes ad sanitatem revocantur. at illa ignota consolatione percussa laceravit vehementius pectus ruptosque crines super**

---

1 crucibus iussit *transponit Ioannes* affigi *scripti praeter B* illam *corr. ex* illud *B* eandem *florilegium, pt: om. reliqui* 2 ergo] uero *LT*, autem *u. c. Rittershusii, Memmianus* 3 crucem *ACFGs* asseruabat *Lpt, florilegium:* seruabat *ceteri* neque *A* ad *om. G* corpus *BCDEFGPs, Ioannes:* corpora *Lpt, florilegium. om. A, Orellius p. 9* 4 ibi sibi *s aut delendum et aut transponendum* et lumen notasset sibi monimenta *per* i *solus B* 5 audiret *L*, audisse *F* uicio *AP* concupiuit *EF* aut *om. Reiskius* 6 ergo *p, Memmianus;* itaque *Ioannes* iussaque *P* 7 quondam *P* mostro *F* infernique *P* 8 subsistit *Ioannes* ut] ubi *Ioannes* aspexit *Ioannes* lacrymas *G et* y *ex* i *correcta L*, lachrymas *constanter Ioannes* 9 septam *F* *imitatus fortasse Petronium est Sulpicius Seuerus chronicorum I 3 'Noe cum iam imbrem destitisse ac quieto in salo arcam circumferri intelligeret,* ratus id quod erat, *aquas decedere, coruum primum ... emisit'* id *om. t, non T* 10 extincti *sic ABFGLP cum Ioanne* feminam pati non posse *Ioannes* adtulit *B:* actulit *F*, contulit *Lp Memmianus*, attulit *ceteri* 11 cedulam *D* ortari *C* perseueret *P* 12 ac *ABCDEFPst, Ioannes:* et *Lp cum florilegio*, aut *G* nichil *P* defuturo *florilegium fortasse* neue gemitu deduceret *Gs*, deducerent *P*. diducere *Iungermannus* 13 eandem *B*, eadem *Ioannes;* communem *uetus Boschii* esse exitum *ACDEFGPst:* exitum esse *Lp, florilegium.* exitum *om. B et Ioannes quorum memoriam ad* eandem esse sedem *spectare potueris opinari* sed et] set et *FG*, sed in *P;* sed *om. A*, et *om. C;* sed e *B*, scilicet *Ioannes* exultante *P* 14 illa *om. P* inopinata *susp. Rittershusius tam inutiliter quam olim ego* ignoti 15 perculsa *margo t* lacerauit uehementius pectus lacerauit *G* uehementis *P* ruptosque crines super pectus *om. florilegium* raptosque *Ioannes* cines *A unde* omnes

LO pectus iacentis imposuit. non recessit tamen miles, sed eadem exhortatione temptavit dare mulierculae cibum, donec ancilla vini certe ab eo odore corrupta primum ipsa porrexit ad humanitatem invitantis victam manum, deinde refecta potione et cibo expugnare dominae pertinaciam coepit et "quid proderit" inquit "hoc tibi, si soluta inedia fueris, si te vivam sepelieris, si ante quam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis?

id cinerem aut manes credis curare sepultos?

vis tu revivescere? vis [tu] discusso muliebri errore, quam diu licuerit, lucis commodis frui? ipsum te iacentis corpus ammonere debet, ut vivas." nemo invitus audit, cum cogitur aut cibum sumere

---

exemplum Amstelodamense super corpus *et ego conieci et edidit Nodotus. cf. u.* 8 *et p.* 139, 10

1 iacentis ^{i}posuit *L* non *ABCDEFGLPpst, Ioannes:* nec *florilegium, Goldastiana* cessit *G* tum *A.* miles tamen *transponit P* eandem *B* 2 tentauit *libri praeter BFP* multicredere *P* donec ancilla *super uersu addita B. uereor ne haec ita conglutinauerit excerptor* uini] humi *Ioannes* 3 certe ab eo *corrupta om. LT, florilegium, Memmianus, liber Douzae; sed* '*al. c. u.* certe ab eo' *margo L.* certa (a *in rasura*) abeo *ego notaui e B*, certu̥ ab eo *Mommsenus et* certo ab eo *Pithoeus ex eodem.* certum habeo *Ioannes nuper editus*, incertum habeo *idem olim editus et t cuius margo* ab eo *exhibet.* nectareo *I. F. Gronouius*, meraco *Iacobsius*, incertum an *Bongarsius*, adeo *Douza*, certe grato *Nodotus*, uini cibique *Bourdelotus cuius* '*manuscriptos*' *mireris non* cenulaebe *potius quam* uici citi *habuisse* corepta *mutatum in* corupta *G* ipsa *om. ACDEFGs* 4 immitantis *F.* inuitanti *Antonius* uicta *florilegium, s;* uitam *C, totum om. P* referta *FG* 5 pertinatiam *AF*, pertinaciem *florilegium*, pertinentiam *L,* '*al. u. c.* pertinantiam *al.* pertinaciam' *margo L* coepit *post* expugnare *transtulere ADFGst, item C qui habet* expugnare fecit cepit

ecquid *coni. Sambucus* inquid *P, florilegium* hoc inquit *L*, tibi hoc *Ioannes transmutat* 6 solita *P* sepellieris *G* 7 indampnatum *P* effuderis spiritum *transmutat Ioannes.* effunderis *F* 8 *Vergilianus uersus Aen. IIII 34* id *om. t, non T* cineres *ABCDEFGs*, ciueres *P* et manes *florilegium sic Ioannes et florilegium cum pt:* credis sentire sepultos *BLPT cum uetere Pithoei sed* '*in u. c. superinductum* curare' *margo L*, sepultos credis sentire *ACDEFGs.* curare *ut legitur apud Vergilium ita adloquium ancillae flagitat* 9 Vbi tu *F* reuiuiscere *praeter BG omnes. post id addit Ioannes cum t* reluctantibus fatis extinctum '*quod deest in ueteribus nostris exemplaribus omnibus*' *ut Pithoeus ait. prorsus autem cum interpolaret illa aberrauit Ioannes a mente Petronii* tu *om. BLPp, Ioannes et florilegium;* uis ne *t* muliere erore *florilegium* quandiu *L* 10 ammonere *B:* admonere *p et Ioannes*, commonere *CEL cum florilegio*, commouere *ADFGPst* 11 potest *LT sed* '*al. c.* debet' *margo L* et uiuas *florilegium*

aut vivere. itaque mulier aliquot dierum abstinentia sicca passa est *LO* frangi pertinaciam suam, nec minus avide replevit se cibo quam

112 ancilla, quae prior victa est. ceterum scitis, quid plerumque soleat temptare humanam satietatem. quibus blanditiis impetraverat miles, ut matrona vellet vivere, isdem etiam pudicitiam eius adgressus est. nec deformis aut infacundus iuvenis castae videbatur, conciliante gratiam ancilla ac subinde dicente:

"placitone etiam pugnabis amori?"
[nec venit in mentem, quorum consederis arvis?]

quid diutius moror? ne hanc quidem partem corporis mulier abstinuit, victorque miles utrumque persuasit. iacuerunt ergo una non tantum illa nocte, qua nuptias fecerunt, sed postero etiam ac tertio die, praeclusis videlicet conditorii foribus, ut quisquis ex notis igno-

nemo — *p.* 140, 1 uiuere *om. florilegium* dum *ACFG* quum uiuere cogitur aut sumere cibum *Ioannes*

1 bibere *commemoratum a Scioppio* 2 partinaciam *F* repleuit se *BLPp*, *Ioannes et florilegium:* se repleuit *reliqui;* '*uetus* impleuit se cibo: *et in glos.* repl.' *Daniel* 3 scis *a primo G* quod *ACDEFG* plerumque soleat tentare *ABCDFGPst:* plerumque tentare soleat *E Ioannes*, tentare plerumque soleat *Lp*, tentare soleat *ut desit* plerumque *florilegium* plerunque *FL*, '*duo u. c.* plurimumq.' *margo L* 4 temptare *sic BP:* temtare *F* sacietatem *G*, societatem *AF*, s[a]ocietatem *D* impetrauit *ACDFGs* 5 uellet uiuere *ABDFGPst*, *florilegium:* uiuere uellet *reliqui* isdem *BP:* hisdem *F*, eisdem *Ioannes*, ii[s]dem *G*, idem *florilegium*, iisdem *ceteri* puditìtiam *B*, pudiciciam *A* adgressus *sic B:* agressus *AF* est *om. s* 6 aut] ac *L* facundus *aut* facundiis *P* ancilla gratiam conciliante *transmutat Ioannes.* concillante *F* 8 placidone *A. sunt Vergiliana Aen. IIII 38 et 39* 9 *totum uersum om. florilegium, Memmianus; nec sane hic quid declaret facile dictu est.* consueueris *Cuperus ut ualeat uersus in nuptias turpiter* consideris *P* 10 diucius *P* nec *L*, *membranae Douzae* quidem] primam *et in margine* priuam *F* mulier corporis partem *transmutat L*, mulier partem corporis *p.* mulier *additum in margine G* ne haec quidem puerilem partem corporis *Heinsius ualde* '*inepta loci*'; corporis *delebat Iacobsius. amplexus militis non magis recusauit et abstinuit quam cibum eius* mulier moror abstinuit *C* abstinuit *prima littera correcta L* 11 utrunque *FL. noli* utcunque *probare* latuerunt *CFGs*, latuerunt *sed in margine* iacuerunt *A* 12 quam *FP* ' sed et postero ac *florilegium*, sed et postero etiam ac *Memmianus* postera *et* tertia *Ioannes* ac *om. L;* et *G* tercio *A* 13 preclusus *F* scilicet *L* quisquis *L*, *florilegium, Memmianus, codex Douzae:* quisque *BPpt Ioannes*, si quis *reliqui* ignotesque *P.* ex ignotis cognitisque *ACDFG*, ex ignotis cognotisque *E*, ex ignotis cognatisque *s ubi* notis *coni. Sambucus*

tisque ad monimentum venisset, putaret expirasse super corpus viri pudicissimam uxorem. ceterum delectatus miles et forma mulieris et secreto, quicquid boni per facultates poterat, coemebat et prima statim nocte in monumentum ferebat. itaque unius cruciarii parentes ut viderunt laxatam custodiam, detraxere nocte pendentem supremoque mandaverunt officio. at miles circumscriptus dum desidet, ut postero die vidit unam sine cadavere crucem, veritus supplicium mulieri, quid accidisset, exponit: nec se expectaturum iudicis sententiam, sed gladio ius dicturum ignaviae suae. commodaret ergo illa perituro locum et fatale conditorium . . . familiari ac viro faceret. mulier non minus misericors quam pudica "ne istud" inquit "dei sinant, ut eodem tempore duorum mihi carissimorum hominum duo funera spectem. malo mortuum impendere quam vi-

---

1 monimentum *per* i *B* ueniens *Ioannes sua coniectura*, uenisse *F* putaret *scripsi:* putasset *libri* expirasse *sic ABFGLP cum Ioanne* uiri corpus *inuertit L* 2 ceterum] et inde *P* mulieris *om. ACDEFGPTs* 3 et *om. t, non T* quicquid *sic ABFGLP cum Ioanne* habere *ante* poterat *add. s* '*et quatuor alii*' *codices Boschii. item t, non T* 4 momentum *B absorpta* ni *syllaba* ferebat *post* nocte *posuit Ioannes* unius cruciarii *L:* unius crucaria *B*, unius crucarie *P*, unius cum clo.arie *C*, unius cruciati *Ioannes*, cruciarii unius *Apt cum florilegio sed* cruciati *margo A*, cruciunculus arie *F sed* cruciarii unius *margo F*, cruciunculu^s^ arie *D*, cruciarii unius arie *G*, cruciati unius *s;* parentes cruciarii unius arte ut *E* parentis *florilegium* 5 laxatum custodia *F* detraxere *ABCDEGPst cum florilegio:* detrahere *F*, detraxerunt *Lp cum Ioanne, Memmianus* nocte *super uersu scriptum B* 6 et supremo *Ioannes*, suppremoque *FP*, que *super scriptum G* mandarunt *L* ac *t* circunscriptus *L*, circum pectus *t cuius margo* circunscriptus *et* pecus *habet.* '*al.* circumspectus' *Pithoeus idque placuit Heinsio;* miles diligens *appellatur in fabula Perottina XIV 25* desidet *Lpt, Ioannes, florilegium:* residet *reliqui* 7 'uidit 'postero die *A* 8 quod *ADFGs; B discrepare cum A ego non notaui* accidit *P* expectaturum *sic ABFGL cum Ioanne* sententiam iudicis *transmutante* 9 commodaret *BPTp:* commodet *CDLt cum florilegio et Memmiano*, commode *GS*, commendaret *sed in margine* o *F*, commendet *A*, commendat *E*, commendans *Ioannes post* locum *interpolans* prouideret 10 ergo *ACDEGSt:* modo *ex praecedente uoce natum BLPTp cum Ioanne et florilegio et Memmiano*, mado *sed in margine* g (o) *F* illa *om. BP Ioannes*, illa perituro *om. F sed add. margo F* periturăm *B* commune *puto intercidisse* 11 faciat *L Memmianus* ne *Heinsius:* nec *libri* inquid *florilegium; om. ABCFGPs* 12 desinant *B*, dii sinant *ceteri*, dii sciant *G*, dii sumant *P* carissimorum] łzimorum *A* hominum duo *om. L, florilegium, Memmianus, chirographus Douzae*

vum occidere." secundum hanc orationem iubet ex arca corpus mariti sui tolli atque illi, quae vacabat, cruci adfigi. usus est miles ingenio prudentissimae feminae, posteroque die populus miratus est, qua ratione mortuus isset in crucem.' *LO*

113 **risu excepere fabulam nautae, [et] erubescente non mediocriter Tryphaena vultumque suum super cervicem Gitonis amabiliter ponente. at non Lichas risit, sed iratum commovens caput 'si iustus' inquit 'imperator fuisset, debuit patris familiae corpus in monimentum referre, mulierem adfigere cruci'.**

non dubie redierat in animum hedile expilatumque libidinosa migratione navigium. sed nec foederis verba permittebant meminisse, nec hilaritas, quae praeoccupaverat mentes, dabat iracundiae locum. ceterum Tryphaena in gremio Gitonis posita modo implebat osculis pectus, interdum concinnabat spoliatum crinibus vultum. || ego maestus et impatiens foederis novi non cibum, non po- *L* **tionem capiebam, sed obliquis trucibusque oculis utrunque specta-**

1 sed *A* rationem *E Ioannes; om. D* ex arca *post* iubet *collocant ABCDFGPst cum Ioanne et florilegio: post* tolli *ELp.* area *BCDGL Ioannes et florilegium*, aurea *P*: arca *etiam margo L* 2 atque] et *ACFGs* cruci *post* illi *transponunt ACDFGs* adfigi *sic B* usus *corr. ex* uisus *B* 4 maritus esset *G;* esset *A quoque.* isset mortuus *transmutat L* ad crucem *AFGs. subicit Ioannes p. 271:* tu historiam aut fabulam, quod his uerbis refert Petronius, pro libitu appellabis. ita tamen ex facto accidisse Ephesi et Flauianus auctor est mulieremque tradit impietatis suae et sceleris parricidalis et adulterii poenas luisse. non quidem solus est in mulierum ineptiis ridendis aut exprimendis Petronius; scribit beatus Hieronymus *et cetera* 5 rursu *C*, risum *G* fabule *AF* et *om. LPp* 6 triphena *AF*, triphea *G* uultumq.—ponente *praetermissa in L add. margo L* uultumque *BLPpt:* uultum *reliqui* suum *om. L* Gytonis *BGL*, gythonis *A* 7 ponente *BLPpt:* posuit *reliqui* lichas *ALst:* licas *CFp*, lychas *B*, lycas *G cum DE*, lucas *P* comouens *G* 8 inquid *P* patrfamilie *super scripta* is *syllaba F*, patris familias *P* 9 monimentum *per* i *B* et mulierem *Memmianus* adfigere *per* d *B* '*f. quid deest*' *Sambucus* 10 hedile *BLT ut errore ex Altissiodurensi* ele *Pithoeus adposuerit:* edile *ADEFPst*, aedile *G*, ele *praeposito asterisco p.* cubile *margo t, Bipontina a qua diuersum C esse non notatum est. fortasse* Hedyle *quod potest Lichae uxori* (*cf. p.* 128, 23) *nomen fuisse, nam* haedile *nec res est nec nomen* expiatumque *super scripta* l *F;* que *om. G* libidinos *D*, libidines *A*, libidinosum *G* 11 fideris *P* permittebat *s*, permittebatur *CDE*, permictebatur *F*, permitebatur *G* 12 ilaritas *A*, hylaritas *F* qua *ACF* occupauerat *BLPp*, *Memmianus* 13 cetero *P* triphena *AFG* ingenio *CDG* Gitonis] *libri ut u.* 6 14 oculis *G* interdum *ABCDFGPp:* modo *ELSt* concumabat *P*, concernebat *ante Sambucum* spoliatis *p*, *Memmianus* uultum *om. P* 15 nec potionem *Memmianus*

L bam. omnia me oscula vulnerabant, omnes blanditiae, quascunque mulier libidinosa fingebat. nec tamen adhuc sciebam, utrum magis puero irascerer, quod amicam mihi auferret, an amicae, quod puerum corrumperet: utraque inimicissima oculis meis et captivitate praeterita tristiora. accedebat huc, quod neque Tryphaena me alloquebatur tanquam familiarem et aliquando gratum sibi amatorem, nec Giton me aut tralaticia propinatione dignum iudicabat, aut quod minimum est, sermone communi vocabat, credo, veritus ne inter initia coeuntis gratiae recentem cicatricem rescinderet. inundavere pectus lacrimae dolore paratae, gemitusque suspirio tectus animam paene submovit

*

in partem voluptatis tentabat admitti, nec domini supercilium induebat, sed amici quaerebat obsequium

*

'si quid ingenui sanguinis habes, non pluris illam facies, quam spurcam. si vir fueris, non ibis ad spintriam'

*

me nihil magis pungebat quam ne Eumolpus sensisset, quicquid illud fuerat, et homo dicacissimus carminibus vindicaret

*

iurat Eumolpus verbis conceptissimis

*

---

7 Guiton *L* tralatitia *libri* 8 '*deleo* uocabat *aut scribo* sermoni communi uacabat' *incertus apud Hadrianidem* 10 lacrymae *L* 11 pene *L* *asteriscos duos interponunt Lt, unum p* 12 *Lichas intellegitur* 13 *tres duoue asteriscos habent libri.* ANCILLA TRYPHAENAE AD ENCOLPIVM *interponit L, margini imponunt pt* 14 *praemittebant* dum ancilla restitans in haec erupit *quod 'sublestae fidei fragmentum Parisinae editionis iam supra laudatae' quam anno 1595 adsignat ut similia alibi 'hic haud importune inseri passus' est primus Gonsalius. in Bourdelotianis a. 1618 et 1645 hoc et similia nondum reperiuntur ut quis ea nugatus sit nesciam* 15 spurcam *margo L:* sportam *libri mei,* sportum *Memmianus.* scortum *Putschius*, spuriam *Gonsalius* spinthriam *margo t:* spuicam *et in margine* spingem *L*, spuitam *praeposito asterisco p*, spurcam *t*, spintham *Memmianus* *complures asteriscos interponunt libri* 16 haec animi pendentem angebant sed *ante* me *inseruit Gonsalius. uide ad u.* 14 pungebat *scripsi:* pudebat *libri.* urebat *Douza* 17 *asteriscos duos habent Lt, unum p.* creditam noxiam *barbare explebant inde a Gonsalio. uide ad u.* 14 18 uerbis Eumolpus *inuertit L. frustum hoc ut seruaretur, superlatiuus in caussa fuit* *duos tresque asteriscos interponunt Lt, uersiculum asteriscis expletum p*

dum haec taliaque iactamus, inhorruit mare nubesque undique *L* adductae obruere tenebris diem. discurrunt nautae ad officia trepidantes velaque tempestati subducunt. sed nec certus fluctus ventus impulerat, nec quo destinaret cursum, gubernator sciebat. Siciliam modo ventus dabat, saepissime [in oram] Italici litoris aquilo possessor convertebat huc illuc obnoxiam ratem, et quod omnibus procellis periculosius erat, tam spissae repente tenebrae lucem suppresserant, ut ne proram quidem totam gubernator videret. itaque hercules postquam manifesta * convaluit, Lichas trepidans ad me supinas porrigit manus et 'tu' inquit 'Encolpi, succurre periclitantibus, id est vestem illam divinam sistrumque redde navigio. per fidem, miserere, quemadmodum quidem soles.'

et illum quidem vociferantem in mare ventus excussit, repetitumque infesto gurgite procella circumegit atque hausit. Tryphaenam autem prope iam . . . fidelissimi rapuerunt servi, scaphaeque impositam cum maxima sarcinarum parte abduxere certissimae morti

*

applicitus cum clamore flevi et 'hoc' inquam 'a diis meruimus,

---

2 officia *L lineola super* ia *ducta in fine uersus* 3 certus *Iungermannus:* certos *libri; om. Memmianus. agitur de auris uagantibus* 4 *fortasse* modo Siciliam notus. *Iacobsius quoque* notus *coniecerat. uehebatur nauis a Campano littore Tarentum, naufragi paulo post Crotona deferuntur. itaque dum nauigant per fretum Siculum, africo simul et boreae obnoxii periclitati uidentur* 5 ostendebat *margo t* malo saepius in oram *t: om. Lp, uulgo* possessor] '*uentis aliis ualidior*' *margo t* 6 ad noxiam *Memmianus* ratem *Goldastiana:* partem *libri.* proram *margo t* 7 procellosius *t, u. c. Douzae* 9 *sic L asteriscum in margine repetens:* Hercules postquam * manifesta conualuit *pt. in tam lacera sententia exploraui nihil, ludebam uelut haec* itaque postquam manifesta gubernatoris imprudentia periculum conualuit. *male* Hercules *tolerarunt omnes;* postquam maris aestus *aut* tempestas conualuit *Pithoeus*, postquam spes omnis manifesto euolauit *Bourdelotus.* nox *addidit Reiskius.* inualuit *Meursius* trepidus *L* 10 Eucolpi *libri* 11 id est] *corrigendum* et 12 quondam *aliquis laudatus a Boschio, fortasse Douza. probo* solebas *plura uereor ne interciderint in quibus ultimo Lichas uociferans induceretur* 13 raptatum *prae* repetitum *improbat Heinsius* 15 exanimatam *aut simile periisse statui:* properam *Gulielmus*, properantes *Cuperus, cui praeferrem* prope *Licham* stantem 16 *post* abduxere *interpungit* certissimae morti applicitus *copulans t: post* morti *interpungunt Lp. potius* subduxere 17 *lacunae signum indidit p. addidit Gonsalius* ego Gitoni *quorum illud Putschius hoc Bourdelotus inuenit*

L ut nos sola morte coniungerent? sed non crudelis fortuna concedit. ecce iam ratem fluctus evertet, ecce iam amplexus amantium iratum dividet mare. igitur, si vere Encolpion dilexisti, da oscula, dum licet, *et* ultimum hoc gaudium fatis properantibus rape.' haec ut ego dixi, Giton vestem deposuit, meaque tunica contectus exeruit ad osculum caput. et ne sic cohaerentes malignior fluctus distraheret, utrunque zona circumvenienti praecinxit et 'si nihil aliud, certe diutius' inquit 'iunctos nos mare feret, vel si voluerit misericors ad idem litus expellere, aut praeteriens aliquis tralaticia humanitate lapidabit, aut quod ultimum est iratis etiam fluctibus, imprudens arena componet.' patior ego vinculum extremum, et veluti lecto funebri aptatus expecto mortem iam non molestam. peragit interim tempestas mandata fatorum omnesque reliquias navis expugnat. non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis aut remus, sed quasi rudis atque infecta materies ibat cum fluctibus

*

procurrere piscatores parvulis expediti navigiis ad praedam rapiendam. deinde ut aliquos viderunt, qui suas opes defenderent, mutaverunt crudelitatem in auxilium

*

audimus murmur insolitum et sub diaeta magistri quasi cu- 115
pientis exire beluae gemitum. persecuti igitur sonum invenimus

---

1 *interrogatiuam formaui enuntiationem* sed ne hoc quidem *uoluerat Burmannus.* si modo hoc *ego tentaui, modo ut nihil omiserit excerptor* 3 diuidit *L* Encolpion *libri* da *Iungermannus:* ad *Lt et praeposito asterisco p.* admoue *Reiskius;* exere caput ad *Bourdelotus* 4 et *ab eodem puto Iungermanno Goldastiana: om. libri* 5 Guiton *L* 6 distraheret *margo t:* detraheret *libri* 7 circunuenienti *L* 8 iunctos nos mare *Faber, Daniel:* iuncta nos mors *libri quibus seruatis* misericors unda ad *Iacobsius.* iuncta nos morte *fluctus* feret *Reiskius. si non seruemur, tamen iuncta corpora mare feret: sin uoluerit ad littus expellere, iuncta aut praeteriens religionis ergo aut fortuito harena sepeliet. et alterum quidem hoc utique eueniet etiam si misericors mare esse noluerit* 9 expellet *Reiskius post* uoluerit *distinguens. debebat autem continuare* ubi nos aut tralatitia *libri* humatione *impugnatus aliquis a Gonsalio* tumulabit *margo t. in illo uerbo faceta est ironia* 14 non malus erat relictus *incertus apud Hadrianidem* 15 *tres asteriscos interiecto uersus spatio L, unum pt habent* 16 procurrere *L, Richardus:* percurrere *pt* 18 cupiditatem *Iacobsius* *de lacuna L sic ut u.* 15*: duos asteriscos habent pt* 20 beluae *super uersu additum et in margine repetitum L* persequuti *libri*

Eumolpum sedentem membranaeque ingenti versus ingerentem. *L* mirati ergo, quod illi vacaret in vicinia mortis poema facere, extrahimus clamantem iubemusque bonam habere mentem. at ille interpellatus excanduit et ʻsinite me' inquit ʻsententiam explere; laborat carmen in fine'. inicio ego phrenetico manum iubeoque Gitona accedere et in terram trahere poetam mugientem

*

hoc opere tandem elaborato casam piscatoriam subimus maerentes, cibisque naufragio corruptis utcunque curati tristissimam exegimus noctem. postero die, cum poneremus consilium, cui nos regioni crederemus, repente video corpus humanum circumactum levi vortice ad litus deferri. substiti ergo tristis coepique umentibus oculis maris fidem inspicere et ʻhunc forsitan' proclamo ʻin aliqua parte terrarum secura expectat uxor, forsitan ignarus tempestatis filius, aut fratrem utique reliquit aliquem, cui proficiscens osculum dedit. haec sunt consilia mortalium, haec vota magnarum cogitationum. en homo quemadmodum natat.' adhuc tanquam ignotum deflebam, cum inviolatum os fluctus convertit in terram, agnovique terribilem paulo ante et implacabilem Licham pedibus meis paene subiectum. non tenui igitur diutius lacrimas, immo percussi semel iterumque manibus pectus et ʻubi nunc est' inquam ʻiracundia tua, ubi impotentia tua? nempe piscibus beluisque expositus es, et qui paulo ante iactabas vires imperii tui, de tam magna nave

---

1 Eumolpium *t* membranaque *t* uersum *Memmianus* 2 quid *L* extraximus *pt* 3 declamantem *Iacobsius*, calamum *Boschius* 5 iniicio *libri* Guitona *L* 6 portam *L ex emendatione Scaligeri:* ʻ*uetus codex* portā' *Pithoeus p. 62*, porcam *pt*. phocam *Douza*, orcam *Iungermannus* poetam mutientem *Munckerus*, muginantem *incertus*. *clamauerat dum extrahitur ex secessu, iam dum in terram trahitur plane mugit tres asteriscos in uersu interposito t habet, unum p et in margine L qui iungit* mugientem. hoc 9 poneremus *non tralaticium in hac dictione uerbum uelut* caperemus *aut* iniremus. componeremus *Scioppius* 10 crederemur *Heinsius* 11 uortice *L cum margine t:* uertice *pt* littus *L* ʻ*al.* ego' *Pithoeus* ʻliuentibus *Faber*. nictantibus, humentibus' *margo t:* uiuentibus *libri*. uuentibus *Lipsius*, diligentibus *Iungermannus*. *scriptum* umentibus *fuisse frustra alios monuerat Munckerus* 12 exclamo *primo fuerat in L* 14 *scripsi* fratrem *qualem Gitona Encolpius habebat; item Iacobsius*: patrem *libri* utique *om. L* aliquem *om. Memmianus, manuscriptus Douzae* 16 natus *margo t* 19 lacrymas *L* imo *L* 20 manu *pt* 22 imperii] *media syllaba non perspicue scripta, itaque* er *super positum in L*

L ne tabulam quidem naufragus habes. ite nunc mortales, et magnis cogitationibus pectora implete. ite cauti, et opes fraudibus captas per mille annos disponite. nempe hic proxima luce patrimonii sui rationes inspexit, nempe diem etiam, quo venturus esset in patriam, animo suo finxit. dii deaeque, quam longe a destinatione sua iacet. sed non sola mortalibus maria hanc fidem praestant. illum bellantem arma decipiunt, illum diis vota reddentem penatium suorum ruina sepelit, ille vehiculo lapsus properantem spiritum excussit. cibus avidum strangulavit, abstinentem frugalitas. si bene calculum ponas, ubique naufragium est. at enim fluctibus obruto non contingit sepultura. tanquam intersit, periturum corpus quae ratio consumat, ignis an fluctus an mora. quicquid feceris, omnia haec eodem ventura sunt. ferae tamen corpus lacerabunt. tanquam melius ignis accipiat; immo hanc poenam gravissimam credimus, ubi servis irascimur. quae ergo dementia est, omnia facere, ne quid de nobis relinquat sepultura?'

*

et Licham quidem rogus inimicis collatus manibus adolebat. Eumolpus autem dum epigramma mortuo facit, oculos ad arcessendos sensus longius mittit

*

hoc peracto libenter officio destinatum carpimus iter ac mo- 116
mento temporis in montem sudantes conscendimus, ex quo haud procul impositum arci sublimi oppidum cernimus. nec quod esset,

---

2 partas *margo t*, raptas *Boschius* 3 ratiõnes patrimonii sui *L* 5 fixit *Oeueringius* 6 illum bellantem — 10 est *habet florilegium Parisinum* 7 soluentem *florilegium* penatium *florilegium, Memmianus*: penatum *Lpt* sepelit] coeperit *in chirographo 'meminerat lectitare' coniecitque* cooperit *Douza* 9 astrangulauit *Memmianus* fragilitas *florilegium* 10 est *om. L* obruti *Memmianus unde* obrutis *aliquis, non Douza* contingit *Goldastiana*: contigit *libri.* continget *Barthius* 11 nihil interest — 13 sunt *habet florilegium Parisinum* ratio quae *inuertit florilegium.* r̄o *et in margine* ratio *L*, natio *margo t* 12 terra *Crusius. fortasse* aura *comparatis Lucretianis* ignis an umor an aura 16 de *scripsi cum Iacobsio*: e *libri* *adfingebant* quando etiam ita de inuitis fata statuant. *uide ad p.* 143, 14. *quattuor asteriscos in uersu paginam finiente L, tres t, duos p habet* 18 *legebatur opinor* et oculos *quae particula cum praetermitteret apodosin librarius periit* 19 *tres asteriscos habent Lt, duos p, praeterea L uersum uacuum. 'deest ast. in u. c.' margo t* 22 expositum *Memmianus* arci *t*: arce *Lp.* impositam arcem sublimem oppido *Cuperus* quid *libri* quod *correxi*

sciebamus errantes, donec a villico quodam Crotona esse cognovimus, urbem antiquissimam et aliquando Italiae primam. cum deinde diligentius exploraremus, qui homines inhabitarent nobile solum, quodve genus negotiationis praecipue probarent post attritas bellis frequentibus opes, ‘o mi’ inquit ‘hospites, si negotiatores estis, mutate propositum aliudque vitae praesidium quaerite. sin autem urbanioris notae homines sustinetis semper mentiri, recta ad lucrum curritis. in hac enim urbe non litterarum studia celebrantur, non eloquentia locum habet, non frugalitas sanctique mores laudibus ad fructum perveniunt, sed quoscunque homines in hac urbe videritis, scitote in duas partes esse divisos. nam aut captantur aut captant. in hac urbe nemo liberos tollit, quia quisquis suos heredes habet, non ad cenas, non ad spectacula admittitur, sed omnibus prohibetur commodis, inter ignominiosos latitat. qui vero nec uxores unquam duxerunt nec proximas necessitudines habent, ad summos honores perveniunt, id est soli militares, soli fortissimi atque etiam innocentes habentur. adibitis’ inquit ‘oppidum tanquam in pestilentia campos, in quibus nihil aliud est nisi cadavera, quae lacerantur, aut corvi, qui lacerant’ *L*

*

117 **prudentior Eumolpus convertit ad novitatem rei mentem genusque divinationis sibi non displicere confessus est. iocari ego senem poetica levitate credebam, cum ille ‘utinam quidem’ *inquit* ‘sufficeret largior scaena, id est vestis humanior, instrumentum lau-**

---

7 semper *delebat Iacobsius* 9 laudibus efferuntur et ad *Iacobsius* 10 in hac urbe *otiosa. cf. u.* 8 *et* 12 12 haeredes *L* 13 nec *pro* non *utrobique pt quod ne probem, uetat omissa u.* 14 *copula* coenas *Bongarsius:* scenas *libri* prohibitus *Iacobsius* 14 *et* 15 nec *pt:* non *L* 14 *immo* uxorem 16 id est] et *praestat.* hii *Memmianus unde* 15 i ad *et* 16 i soli *restituendum esse antea suspicabar* 17 ‘Videbitis vl Adibitis’ *margo L, Puteanus:* Andebitis *L, uetus Pithoei;* Videbitis *pt immo* itaque 19 *asteriscus unus in Lp, duo in t.* DESVNT MVLTA *margo L. tulerat Giton aut monstrauerat eam conditionem ut tanquam diuinatores urbem intrarent* 20 Prudentior *Lp, margo t:* Prudenter *t* Enmolpus *potius quam* Eumolpus *L* "rei nouitatem *L* 21 diuinatio *appellatur diuinorum fraudulentum artificium:* diuitionis *Memmianus, ms. Douzae.* dilationis *Douza*, diae *uel* liquidae rationis *oscitans Heinsius*, simulationis *I. F. Gronouius*, mendicationis *Iacobsius*, id inuitationis *Haasius p. 21* 22 inquit *inserui* 23 scena *libri:* scema *uitiose aliquando Douza post recordatus Plinii epist. VII 17, 9* instrumentum" *L, margo t:* uestimentum *pt.* et instrumentum *recte commen-*

L tius, quod praeberet mendacio fidem. non mehercules poenam istam differrem, sed continuo vos ad magnas opes ducerem. atquin promitto, quicquid exigeret, dummodo placeret, vestis rapinae comes, et quicquid Lycurgi villa grassantibus praebuisset. nam nummos in praesentem usum deum matrem pro fide sua redditurum'

.

'quid ergo' inquit Eumolpus 'cessamus mimum componere? facite ergo me dominum, si negotiatio placet.' nemo ausus est artem damnare nihil auferentem. itaque ut duraret inter omnes tutum mendacium, in verba Eumolpi sacramentum iuravimus: uri, vinciri, verberari ferroque necari, et quicquid aliud Eumolpus iussisset. tanquam legitimi gladiatores domino corpora animasque religiosissime addicimus. post peractum sacramentum serviliter ficti dominum consalutamus, elatumque ab Eumolpo filium pariter condiscimus, iuvenem ingentis eloquentiae et spei, ideoque de civitate sua miserrimum senem exisse, ne aut clientes sodalesque filii sui aut sepulcrum quotidie caussam lacrimarum cerneret. accessisse huic tristitiae proximum naufragium, quo amplius vicies sestertium amiserit. nec illum iactura moveri, sed destitutum ministerio non agnoscere dignitatem suam. praeterea habere in Africa trecenties sestertium fundis nominibusque depositum. nam familiam quidem tam magnam per agros Numidiae esse sparsam, ut possit vel Carthaginem capere. secundum hanc formulam imperamus Eumolpo,

---

dauit Antonius lautius *Gulielmus:* latius *libri.* uestimentum latius *pro glossemate habuit et correxit* quae *Douza*

1 poenam *t cum uetere Pithoei:* penam *L*, peram *p cum chirographo Douzae.* operam *manus docta in codice Iunii*, scenam *I. F. Gronouius*, spem *Iacobsius. fortasse* pompam 2 differrem *Lt, uetus Pithoei:* deferrem *p.* peram-diu ferrem *Heinsius* atqui *t. haec particula si uere traditur, ante non nulla perierunt: alioquin* atque *corrigendum.* ad quae *Heinsius. certum autem est Eumolpum haec loqui, non quem uulgo loquentem faciebant Encolpium* 3 exigeret *et in margine . . L ut* exigere *Scaliger legi iusserit. imperfectum reliquisse et hoc et subsequens enuntiatum excerptor uidetur* rapina *t correctum in margine* 4 Ligurgi *p* 5 deum *pt:* domini *L* *lacunam significaui. Gallorum opinor conditionem aspernatis aliam proposuit Eumolpus* 6 mimum *p:* in unum *Lt, uetus Pithoei* 7 facite rogo *Heinsius* 10 secari *margo L* quidquid *et* 11 tamquam *Sambucus p. 58 'ex Henrici Memmii cod. uet.' describens* 9 in uerba — 12 addicimus 12 postquam est *margo t* 13 dominum] dm̄ *L* consalutauimus *Memmianus* condiscimus *Gulielmus:* condicimus *libri* 16 lacrymarum *L* 18 amiserat *t correctum in margine*

ut plurimum tussiat, ut sit modo solutioris stomachi cibosque omnes palam damnet. loquatur aurum et argentum fundosque mendaces et perpetuam terrarum sterilitatem. sedeat praeterea quotidie ad rationes tabulasque testamenti omnibus *mensibus* renovet. et ne quid scaenae deesset, quotienscunque aliquem nostrum vocare tentasset, alium pro alio vocaret, ut facile appareret dominum etiam eorum meminisse, qui praesentes non essent. L

his ita ordinatis, 'quod bene feliciterque eveniret' precati deos viam ingredimur. sed neque Giton sub insolito fasce durabat, et mercenarius Corax, detrectator ministerii, posita frequentius sarcina male dicebat properantibus affirmabatque se aut proiecturum sarcinas aut cum onere fugiturum. 'quid vos' inquit 'iumentum me putatis esse aut lapidariam navem? hominis operas locavi, non caballi. nec minus liber sum quam vos, etiam si pauperem pater me reliquit'. nec contentus maledictis tollebat subinde altius pedem et strepitu obscoeno simul atque odore viam implebat. ridebat contumaciam Giton et singulos crepitus eius pari clamore prosequebatur

*

118 || 'multos nimirum [inquit Eumolpus, o] iuvenes carmen decepit. LO

---

1 sit morbus *margo t.* ut fit morbo *aliquis apud Boschium;* ut sit morosi solutiorisque *Iacobsius; omisit* modo *Casaubonus ad Theophrastum. olim conieceram* tussiat phthisici modo, sit solutioris, *deinde praetuli* ut sit modo tardioris (*uel* marcentis *uel cum Wehlio p. 47* astrictioris) modo solutioris communes *Burmannus* 3 sterilitatem *p, Memmianus:* fertilitatem *t,* felicitatem *L* 4 mensibus *inserui: asteriscus in pt, nulla lacuna in L.* horis *Douza,* diebus *Putschius,* nominibus *Wehlius p. 47 addidit* 5 *paulo insolentior a praesenti tempore ad imperfectum transitus* quotienscunque *p:* quotiescunque *t,* quoties *L* *potius* tentaret 6 *cf. Cicero de diuinatione I 45, 102:* omnibus rebus agendis 'quod bonum faustum felix fortunatumque esset' praefabantur. *at in edicto Diocletiani edito a Mommseno in actis acad. Saxon. 1851 p. 6 u. 8* quod dii omen auerterent *corrigas* auerterint 9 Guiton *L* 10 detractator *p,* detractor *Lt* 12 iumentum me *L:* me iumentum *pt* 13 Iapygarum *simulque 'quae lapidibus oneratur' margo t* 14 etiamsi *L:* etsi *pt* mē p̃ater *L* 17 Guiton etiam *L* crepitus *manus docta in codice Iunii:* strepitus *libri* persequebatur *t* *duos asteriscos et in medio uacuo uersu* EVMOLPVS *L, tres asteriscos in uacuo uersu et in margine* EVMOLPVS *pt habent* 18 multos — *p.* 151, 3 uenisse *habet florilegium Parisinum* nimirum *florilegium, uetus Danielis: om. reliqui* inquit Eumolpus *ab epitomatore inserta, omissa in Lt et florilegio seclusi:* inquid enmolpus *P;* eumolpius *BCDG,* crimolpius *F* ō *uel* o *BCLPpt: om. ADEFGs, florilegium a quo etiam* iuuenes *abest* iuuenis *P et corr. ex* iuuenes *L. apparet non posse Gitonem cum Encolpio 'siue quo nomine iam mimice*

LO nam ut quisque versum pedibus instruxit sensumque teneriorem verborum ambitu intexuit, putavit se continuo in Heliconem venisse. sic forensibus ministeriis exercitati frequenter ad carminis tranquillitatem tamquam ad portum feliciorem refugerunt, credentes facilius poema extrui posse, quam controversiam sententiolis vibrantibus pictam. ceterum neque generosior spiritus vanitatem amat, neque concipere aut edere partum mens potest nisi ingenti flumine litterarum inundata. effugiendum est ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate et sumendae voces a plebe summotae, ut fiat "odi profanum vulgus et arceo". praeterea curandum est, ne sententiae emineant extra corpus orationis expressae, sed intexto versibus colore niteant. Homerus testis et lyrici Romanusque Virgilius et Ho-

---

uocabatur Polyaeno appellari o iuuenes. *itaque* multos iuuenes *ego coniunxi* carmen *suspectum Wehlio p. 50 quia* nimirum carmen *iunguntur in florilegio, uetere Danielis* decebit *G*

1 quisquis *E* instruxit sensumque] intexuit putauit *F* teneriore *B, coni. Sambucus.* teneriorum *Antonius*, seueriorem *Delbenus*, uehementiorem *Iacobsius* 2 uerborēm *B* ambitum *C: om. L sed* '∧ *al. cod. u.* ambitu' *margo L* eliconem *ACFGLP cum florilegio* 3 exerciti *coni. Sambucus* carminibus *G* 4 tamquam *sic BP* in portum *Barthius* feliciorem *E:* faciliorem *ceteri* '*quaedam deesse uidentur*' *Sambucus* 5 extrui, *non* exstrui *ABFGLP* posse *a correctore P* sententiolis uibrantibus *Ppt:* sentiolis uibrantibus *B*, umbrantibus sententiolis (sentenciolis *A*) *ACDEFGs; tantum* sententiolis *L* 6 uanitatem *Ep:* sanitatem *ABCDFGLst;* generesior spem sanitatem *P;* suauitatem *margo t.* inanitatem *praeferam* 7 nec *F* concipere *pst*, '*f. c* concipere' *margo L:* conspicere *L*, conspici *ABCDEFGPT uetus Pithoei* aedere *C* ni∧ (si) *L.* nisi se *Iacobsius Bituricum approbans* ingens flumen *margo t.* fulmine *B* 8 litterarum *per tt ABG:* licterarum *F* inundata *Lp*, '*al.* inundata' *margo t:* inundante *EFst*, inundanter *BCDG*, mundetur *A*, inundauerit *P Bituricus* *fortasse* refugiendum '(ut ita dicam) ab omni uerbo' uilitate *A* 9 utilitate *G* summende *C* summotae, *non* submotae *ABFG:* sub morte *P.* semotae *I. B. Pius* ut] itaque *Bituricus* *Horati carminum III 1, 1* 10 prophanum *C* uulgus] *prior* u *uocalis correcta fortasse ex* o *in B* arte *F* curam dum *F; om. D* 11 corpus orationis *ELp*, '*al.* corpus orationis' *margo t:* corpus rationis *B et transmutans* corpus expresse rationis *P; tantum* orationis *G*, rationis *ACD*, rationes *F;* rationis modum *st* sed ut *Boschius* intexta *E*, intecto *Lp*, *margo t, Memmianus* uestibus *Bp*, *margo t, Memmianus*, *non A.* ut intexti uestibus colores *non male Iacobsius nisi quod uelut praestabat* 12 expleat niteat *P* testus *F* *fortasse est* et Erici *AF* uirgilius *a primo P* Oratii *APL*, item *B in quo* Oratius *primo fuerat*, oracii *P*

**ratii curiosa felicitas. ceteri enim aut non viderunt viam, qua iretur LO
ad carmen, aut visam timuerunt calcare. ecce belli civilis ingens opus quisquis attigerit, nisi plenus litteris, sub onere labetur. non enim res gestae versibus comprehendendae sunt, quod longe melius historici faciunt, sed per ambages deorumque ministeria et fabulosum sententiarum tormentum praecipitandus est liber spiritus, ut potius furentis animi vaticinatio appareat quam religiosae orationis sub testibus fides: tamquam si placet hic impetus, etiam si nondum recepit ultimam manum**

*

119 **'orbem iam totum victor Romanus habebat,**
qua mare, qua terrae, qua sidus currit utrumque.
nec satiatus erat. gravidis freta pulsa carinis

---

1 enim] autem *ACDEFGs* itur *Memmianus* 2 uisam *Faber, u. c. Richardi et Douzae:* uersum *ABCDFGLPpst*, uersu *Antonius nec discrepare E notatum est* 3 accide attigerit *C*, actingerit *F* litteris *per* tt *ABG:* licteris *F.* fuerit *addit s* onerere *G.* honere abetur (a *in rasura*) *P* 5 faciunt quam poetae *ex glossa St, non T.* '*Lucanus ideo in numero poetarum esse non meruit, quia uidetur historiam composuisse, non poema*' *Seruius in Verg. Aen. I 382* que *om. CD, item G* derum *exhibens* misteria *F captioso errore*, minesteria *G a quo* et fabulosum — 6 praecipitandus est *absunt* 6 torrentem *Barthius* 7 pocius *P* animi *om. ACDFGPs.* animi. / uaticinatio *siue septima a fine littera* t *est L.* ratiocinatio *G* uam *ut* q *desit in uacuo spatio G* narrationis *Iacobsius* 8 tamquam *per* m *BFP*: tamque *A*, tanque *E*, iamque *s*, tam quasi *D*, quanquam *margo L*, '*deest aliquid*' *Tornaesius*, *asteriscum praeposuit p* *fortasse* mihi placet *ut* tanquam *ualeat* exempli caussa, *lacuna autem in fine enuntiati nulla sit. quod redintegrare quidem etiam sic possis:* uidete itaque si placeat placeat *D*, placeret *F* et si *p*, *Memmianus* dum recepit ultimam manum *om. F in uersu uacuo* 9 recipit *AGP* *lacunam agnoscunt Lt duos tresque asteriscos exhibentes, non p.* '*paucula deesse uidentur*' *Sambucus.* EVMOLPVS *in ultimo uersu L, in margine t* 10 *addidi discrepantiam Monacensis (M) et Parisini 6842 D (R) usque ad uersum 99; inde a u. 100 ex M grauiorem discrepantiam neglecta orthographica adposuisse satis habui* *cf. Heiricus monachus Altissiodurensis de uita S. Germani I 1, 24 p. 226 (uide praefationem):* orbem tum totum uictor Romanus habebat, qua mare, qua tellus, qua cardo inuergit uterque: si quod in orbe fretum, si quis sinus abditus usquam, si quod clima foret Phoebeae lampadis expers, si qua fuit regio fuluum quae gigneret aurum, nil nisi Romani uiuebat nominis umbra totû *mutatum in* totil *P* uict^or *P* 11 terras *Boschius* sydus *GM* utrunque *L*, utrimque *G* 12 nec *corr. ex* nes *L* saciatus *AFMR* grandis *F.* Graiis *Rubenius* pulsa *BCDEGLMPRpst*: pressa *AF*

iam peragebantur; si quis sinus abditus ultra,
si qua foret tellus, quae fulvum mitteret aurum,
hostis erat, fatisque in tristia bella paratis
quaerebantur opes. non vulgo nota placebant
gaudia, non usu plebeio trita voluptas.
aes Ephyreiacum laudabat miles in unda;
quaesitus tellure nitor certaverat ostro;
hinc Numidae accusant, illinc nova vellera Seres,
atque Arabum populus sua despoliaverat arva.
ecce aliae clades et laesae vulnera pacis.
quaeritur in silvis auro fera, et ultimus Hammon
Afrorum excutitur, ne desit belua dente

---

1 peragebatur *E*, peragrabantur *Mps (non S) t.* perarabantur *Delbenus* additus *G* 2 fuluum quae *inuertit L Memmianus.* fulnum *C*, furnum *R* mittere *P* 3 que *om. G Memmianus* tristitia *aut* tristicia *P* 4 uulga *P*, uolgo le *M* 5 risu *L in margine* risu. Circ. fab. *simulque* usu *exhibens.* ritu *Heinsius* plebeia *ACDEFMs et ante correctorem G* treita *B*, tricta *A*, tracta *L in margine correctum et margo t.* adstricta *Heinsius* 6 aes Ephyreiacum *Heinsius:* aes epyre cum *B*, ęs epireum *R*, ac sepyre cum *P Bituricus*, ac sepiretum *L*, aes pyreum c̃ *CG et S in quo* cum *erat*, aes pyreum conlaudabat *D*, aes pireum cum *A*, aes pircum cum *F*, aes purum putum (pu *add. et in margine*) *E*, spolia tum seuūs *M.* 'pircum *al. u. c. lege* Assyria concam' *margo L*, Assyria concham *t.* Ephyreum *margo G.* aes Ephyrae regum *p*, aes Ephyreaeum *Palmerius*, Hesperia coccum *Stephanus*, Assyria baccam *Reiskius;* aes Pirenaeum dapibus ne deesset opimis, aequorea remum lentabat miles in unda *Iustinus Moesslerus in quaestionibus de hoc poemate Hirschbergiae a. 1857 euulgatis p. 5* laudarat *Bouherius* "in unda" miles *R* in ora *Stephanus*, in umbra *Heinsius*, in Inda *iungens cum* tellure *Bouherius* 7 tartauerat *F* 8 huic *FP;* hinc *reliquis omissis R* accusant *Lp, uetus Pithoei:* accusat *Bituricus*, accusati *P*, accusatius *BCDGM*, acusatius *AEs*, accuratius *F.* crustas *margo L et t*, accurant *aut* aduectant *Colladonius*, accumulant *Heinsius. sed praeteritum tempus flagitatur uelut* accierant-Seris, *nisi potius unus uersus intercidit* hinc *M* uelle[ra] *B*, uła *P* 9 ac *R.* stacte *Reiskius* [de]spoliauerat *G* atria *M* *post hunc uersum asteriscos interiecerat et postea deleuit in L Scaliger* 10 et lise *F*, et lapse *G*, elyse *M*, elisae *st* uolnera *M* 11 quaeritis *DG* syluis *M* auro *BLPRp:* ā reo *ACG sed* leo *margo A*, an reo *D*, an sit *M*, arco *F*, arcu *S.* Mauro *Richardus, E si silentio fides;* Mauri *t*, circo *Stephanus*, Euri *Heinsius* feret ultimus *R* Hammon *Ls:* hamon *M*, hammo *B*, hamo *ACDEGR*, hymo *F*, amo *ut secunda manus* h *super scripserit P*, Ammon *t*, Ammo *p* 12 Affrorum *MPR* ne] n̂ *P* belua, *non* bellua *ABFMR* danti ad mortes. pretiosa fames *Moesslerus in commentatione de hoc poemate Vratislauiae a. 1842 edita p. 41*

ad mortes pretiosa; fames premit advena classes,
tigris et aurata gradiens vectatur in aula,
ut bibat humanum populo plaudente cruorem.
heu, pudet effari perituraque prodere fata,
Persarum ritu male pubescentibus annis
subripuere viros exectaque viscera ferro
in venerem fregere; atque ut fuga nobilis aevi
circumscripta mora properantes differat annos,
quaerit se natura nec invenit. omnibus ergo

---

1 mortem *L:* '*al. u. c.* mortes' *margo L.* ad mortis pretiosa famem *Heinsius* preciosa *uel* praeciosa *ABLM* fames] '*al.* suas' *margo L,* suas *t.* fame *Orellius p. 10*, furens *et* fremens *Reiskius et Iacobsius,* Phari *Burmannus,* famens *Sambucus cum Memmiano* 2 trigris *F*, tri^{r}gis *P* nectatur *ACDGP.* iactatur *Pomponius Sabinus in Cirin;* rabidus spectatur *Cuperus* et aula *G* 3 humañ *P*, inhumanum *C* laudante *G* 4 '*in u. c. hi 13 ucrsus sequuntur post illum* uulneribus' (*u. 57*) *Tornaesius. in Memmiano lacuna erat* hem *M* affari *ACDFG*, adfari *ante Sambucum* parituraque *uetus Pithoei.* partitaque *Heinsius* 5 de castratis *margo M* rictū *P* 6 *in P, cuius archetypon in hoc carmine per quinque paginas distributo primo duos uicenorum senorum uersuum ordines, deinceps ter binos tricenorum quinorum, postremo duos septendecim et sedecim uersuum habuerat, totum carmen sic dispositum est:*

fol. 21^a	*1 usque ad 20*	*27 usque ad 46*
fol. 21^b	*21 usque ad 26* *53 usque ad 85*	*47 usque ad 52* *88 usque ad 120*
fol. 22^a	*86 et 87* *123 usque ad 157* *193 et 194*	*121 et 122* *158 usque ad 192* *228 et 229*
fol. 22^b	*195 usque ad 227* *263 usque ad 268*	*230 usque ad 262* *280 usque ad 285*
fol. 23^a	*269 usque ad 279*	*286 usque ad 295*

surripuere *FL* exectaque *sic L:* 'exacta *u. c.*' *margo L et ita quidem ABCDFGMPR.* neruosaque *ludens Moesslerus commentationis p. 42* 7 fringere *P* nobilis *ABCDEFGLPRS:* mobilis *Mpst, margo L* euo *uel* aeuo *ABCFGLPR.* esset *M:* aeui *etiam margo L* 8 cir^{i}cumscta *P*, circunscripta *Lt*, circonscripta *R* *post hunc uersum intercidisse alium suspicor* 9 — *p.* 155, 2 *habent florilegium Parisinum et Vincentius Belu. l. s. et spec. doctrin. IIII 120, eosdem uersus cum priore hemistichio u. 27 suos fecit Ioannes Saresb. pol. VIII 15 p. 302* quare *ACDEFGMs* natam non inuenit *ACDEGMs*, nitant non inuenit *F*

LO **scorta placent fractique enervi corpore gressus**
et laxi crines et tot nova nomina vestis,
quaeque virum quaerunt. ecce Afris eruta terris
citrea mensa, greges servorum ostrumque renidens
ponitur ac maculis imitatur vilibus aurum
quae sensum trahat. hoc sterile ac male nobile lignum
turba sepulta mero circum venit, omniaque orbis
praemia correptis miles vagus essurit armis.
ingeniosa gula est. Siculo scarus aequore mersus
ad mensam vivus perducitur, atque Lucrinis
eruta litoribus vendunt conchylia cenas,

---

1 placent *corr. ex* placet *P* factique *AEFP* nerui *florilegium et Vincentius*, eneruis *M* in corpore *aut* serpere *Vincentii exemplaria plura* gressos *M* 2 lassi *A*, lapsi *CG*, lapsus *D*, laxa *R*. pexi *uel* flexi *Heinsius*, fluxi *uel* lixi *Douza* fest *ante* uestis *deletum in M* 3 '*ante hunc uersum in u. c. leguntur illi* tres tulerat *(u. 61) et sequens*' *Tornaesius* queque iure *AEF*, que mire *M*. quisque uirum *uel* uirque uirum *Heinsius* querit *ACFGs*, *Ioannes* afris *ut* s *secunda manus in litura rescripserit B*, affris *MP*, atris *C* tescis *Heinsius* 4 de mensa citrea Rõ *margo M* citrea *st*, '*al. c. u.* citrea' *margo L:* cithrea *M*, antea *ACDEFG*, aurea *LPRp cum margine E, totum abest a B* greges *corr. ut uidetur ex* uolgus *M* reuidens *A*, raduens *F* *hoc ordine ABCDEFGLMPRpst id est omnes:* 3 5 6 4 *ordinari uoluit Scaliger cum quattuor illis uersibus* 3—6 *in L adscriberet* a d b c *litteras*, 3 5 4 6 *recte I. F. Gronouius*, 3 4 6 5 *Moesslerus commentationis p. 42* 5 imitatur *corr. ex* imittitur *P*, mutatur *ACDEFGs* uilius *probabiliter I. F. Gronouius* 6 que *reliquis omissis R*, et *E* sensum trahat *L:* sensim trahat *p Bituricus*, censum trahat *P*, sensum trahant *B*, sensum turbant *CDEFGt*, "sensum" turbant *A*, turbant sensum *M (in quo* censum *fuerat) s. olim* perturbant sensum *conieci, nunc* quae secum trahit hoc sterile *Lp Bituricus:* hosterile *B*, osterile *P sic ut Orellius p. 10* o sterile *commendauit*, hostiale *ACDEFG*, hostile *Mst* male *om. t* ligum *G*, legunt *margo t* 7 corbis *fuerat in R* 8 corruptis *Bourdelotus*, contemtis *Burmannus* meles *P* fagus *M* esurit *BLRp*, effurit *P ut* t *secunda manus addiderit, itaque* '*al. u. c.* effuri' *margo L:* extruit *AFGMt*, exstruit *reliqui.* adstruit *Heinsius*, extudit *adscriptum libro Hesselii* *pone* armis *asteriscos quattuor interponit L non interrupta uersuum continuitate* 9—*p.* 156, 3 *habet florilegium Parisinum.* ingeniosa gula est *Martialis XIII 62 uix memor Petronii, ex Petronio Vincentius Belu. l. s. et Iacobus Magni Zophil. VI 12, sine auctoris nomine Ioannes Saresb. pol. VIII 15 p. 302* ingenuos *G* scarus *margo M* sciculo *A* 10 uiuos *B fortasse uere*, nunis *P*, unius *E*. hinc uiuus *Heinsius* producitur *florilegium*, '*al. u. c.* deduc' *margo L, ita p et margo t* atque] '*al. u. c.* inde' *margo L; ita p*, *margo t*, *Heinsius.* inque *Colladonius* lucnis *P*, luerinis *C* 11 ostrea *margo M* littoribus

ut renovent per damna famem. iam Phasidos unda LO
orbata est avibus, mutoque in litore tantum
solae desertis adspirant frondibus aurae.
nec minor in campo furor est, emptique Quirites
ad praedam strepitumque lucri suffragia vertunt.
venalis populus, venalis curia patrum.
est favor in pretio. senibus quoque libera virtus
exciderat, sparsisque opibus conversa potestas,
ipsaque maiestas auro corrupta iacebat.
pellitur a populo victus Cato; tristior ille est,
qui vicit, fascesque pudet rapuisse Catoni.
[namque hoc dedecoris populo morumque ruina]
non homo pulsus erat, sed in uno victa potestas
Romanumque decus. quare tam perdita Roma

AGMt, lictoribus *F* uendunt *omnes:* condunt *margo t nec dissidere E traditur* conchilia *AFMRs*, conchila (i suprascr.) *G* ceas *A;* scenas *M* 1 renonouent *uel* renoneuent *B*, remouent *ACFG*, remouet *D*, renouant *M* dampna *MPR* fam̄ *P* Phasianus *margo M* phasidis *Mst* hora *M* 2 mutatoque *G* littore *AGMt* cantum *Palmerius* 3 adspirant *per* d *B* ausae *florilegium* 4 furor V emptique quirites V est *A.* est *om. F additum in margine* emptique *sic ABFGLR.* emptusque Quirites *Daniel appellans Sergium cuius testimonium fragmentis adscripsi n. XXII* 5—9 *habet florilegium Parisinum,* 5 *et* 6 *Vincentius Belu. l. s. hos duos usurpat Ioannes Saresb. pol. VIII 15 p. 302* strepitamque *L.* que *om. F, postea additum in M* sufragia *R* uertit *florilegium, Vincentius, Ioannes.* uendunt *Laur. Valla* 6 de suffragiis et uotis R̃o *margo M* curia primum *Vincentius et Goldasto teste Iacobus Magni Zophil. V 3, VIII 6* 7 et *E.* en *Stewechius;* et fauor in pretio est *Heinsius* furor *G* precio *uel* praecio *ABGL* 8 excidit et sparsis opibus *florilegium* sparsique *G.* partisque *memoratus ab Hadrianide aliquis* 9 iam quoque *Magni* magestas *F* corupta *P* iacebit *florilegium et Magni VIII 6,* iacebit *uel* tacebit *Vincentii exemplaria hunc uersum l. s. adferentis,* latebit (n suprascr.) *Magni V 3* 10 uictus *B* de Cathone *in margine et in uersibus* catho *et* cathoni *M* ille *corr. ex* ile *G.* illo *Heinsius* 11 uīcit *M* facesque *B* 12 *insiticium iudicauit Brouckhusius:* namque (o dedecora, o populi morumque ruinae) *Heinsius,* namque hac degeneris populi morumque ruina *G. Hermannus laudatus Moesslero quaestionum p. 6* nanque *FGL* hoc *om. G* dedecori *Lp, Memmianus:* '*in al. u.* dedecoris' *margo L, sic ABCDEFGMPRs.* dedecus est populi *cum Stephano t;* dedecori est *Antonius* 13 set *FGM* ∧uno uicta potestas∧in *A.* in *om. CDFG* 14 que *om. G* iam *t.* a se *Heinsius* '*in al. u. c.* prodita' *margo L; sic* '*multi ex scriptis, alter etiam Scaligeri codex* prodite' *Heinsius*

LO ipsa sui merces erat et sine vindice praeda.
praeterea gemino deprensam gurgite plebem
faenoris inluvies ususque exederat aeris.
nulla est certa domus, nullum sine pignore corpus,
sed veluti tabes tacitis concepta medullis
intra membra furens curis latrantibus errat.
arma placent miseris, detritaque commoda luxu
vulneribus reparantur. inops audacia tuta est.
hoc mersam caeno Romam somnoque iacentem
quae poterant artes sana ratione movere,
ni furor et bellum ferroque excita libido?
  tres tulerat Fortuna duces, quos obruit omnes
armorum strue diversa feralis Enyo.
Crassum Parthus habet, Libyco iacet aequore Magnus,
Iulius ingratam perfudit sanguine Romam,
et quasi non posset tot tellus ferre sepulcra,

1 erat *om. P* 2 *abest a F* porro tergemino *t* geminam *ABCDEGs*, uario *M* deprehensam *BCGR*, deprehensa *P* plebem *Burmannus:* praedam *aut* predam *libri*, p̄da *P*, pridem *t.* foeda *Cuperus* 3 de usura Rō *margo M* funeris *t* inluuies *B:* illuuies *CDEFGLMpst*, illuuiens *A*, illumies *et ab altera manu* illumĩes *P*, ingluuies *ex silentio R* uersuraque *uel* et abusus adederat *aliquando Heinsius* exederat *CGLPRpst:* exaederat *B*, exciderat *reliqui* heris *F* 4 nulli *Heinsius* cetera *F* 5 set *FM* thabes *M* mebullis *P* 6 infra *ABCDEFGPR* *num* fames? lacerantibus *margo L* errant *ABDFGPR* 7 *et* 8 *habet florilegium Parisinum* de bello Rō *margo M* detrictaque *A* comoda *FM*

8 uolneribusq; *sed* q; *deletum M* rpaumt *M; 'in u. c.* uulnerib. reparatur inops' *margo L* inobs *R cum florilegio* audatia *AG* tua *B*, uita *P* 9 hoc *ABEFPRpt:* hec *uel* haec *reliqui* mersam *pt*, hoc mersam coeno *margo L:* mersant *libri*, miserans *P* sceno *M* sompnoque *P* 11 excita *Stephanus, E ex silentio, t:* excisa *ABCDFGPRp*, excissa *LM*, exscissa *s.* accincta *Heinsius qui* excita *e codice Scaligeri enotauit* *post hunc uersum lacuna erat in Memmiano* 12—*p.* 158, 1 *habet florilegium Parisinum. eosdem ut epigramma in triumuiros scriptum exemit hinc Moesslerus commentationis p. 11* d' morte Iulii Cesaris pompeii Marci Crassi *margo M* tullerat *G;* dederat *florilegium, liber Douzae* ōs *F*, omnis *Ms* 13 Enyo *Lpt:* enio *BR cum florilegio*, emo *P*, erinis *ACFG*, erynnis *M*, Erinnys *DEs*

14 parthus *B*, partus *CFGR*, phartus *M* libico *AFMR*, libito *P*, lybico *BG* 15 Tullius *D* · cuius *margo* Iulius; *P;* tertius *Ms, margo t* saguĩre *M* 16 tellus tot *inuertunt B, florilegium, liber Douzae* minus numerose ubi res ponderosa pingitur. *uide Meinekium ad Horatium praef. ed. alt. p. XXIII* sepulchra *BGM*

divisit cineres. hos gloria reddit honores. *LO*
est locus exciso penitus demersus hiatu
Parthenopen inter magnaeque Dicarchidos arva,
Cocyti perfusus aqua; nam spiritus, extra
qui furit, effusus funesto spargitur aestu.
non haec autumno tellus viret aut alit herbas
caespite laetus ager, non verno persona cantu
mollia discordi strepitu virgulta locuntur,
sed chaos et nigro squalentia pumice saxa
gaudent ferali circum tumulata cupressu.
has inter sedes Ditis pater extulit ora
bustorum flammis et cana sparsa favilla,
ac tali volucrem Fortunam voce lacessit:
"rerum humanarum divinarumque potestas,
Fors, cui nulla placet nimium secura potestas,
quae nova semper amas et mox possessa relinquis,
ecquid Romano sentis te pondere victam,
nec posse ulterius perituram extollere molem?

---

1 cineros *F* redit *FG* honore *BP* 2 '*ante hunc uersum legitur in u. c.* rerum humanarum *et c.*' (*u.* 79) *Tornaesius. in Memmiano lacuna erat* Auernum lacum describit *margo M* exceiso *B* h dimersus *A* hyatu *M* 3 partenopen *C*, partenopen *FR; in margine* neapolim *B*. Parthenopes *Stephanus* que *om. AF, margo t* dicartidos *CE*, dichartidos *DG*, elichartidos *A*, dicharditos *F*. *super scriptum* cumarum *B* 4 Cocyti *L*, *coni. Sambucus*: cocytia *BCDGPp Memmianus*, cocitia *EFM*, cocithia *A*, cocicia *R*, Cocyta *st* iam spus extat *M* 5 iurit *B*, furie *C* efusus *A* funestro *F*, fūct'o *cui secunda manus* de *praeposuit P* 6 nōchec *P* autumpno *A*, autunno *R*. aut ulmo *uel* aut umbra *uel* aut uua *Bouherius, ex quibus medium optimum erat* tellus *om. F* iurat *P*. nitet *Suringarus in spicilegiis criticis ad Petronii carmen de bello ciuili Lingae a. 1812 editis p. VI. ego conieci* uiget *ut* ὀπωροφόρος *intellegatur* herba *rasa* s *P* 7 conspice *F* aer *B* ager si uerno *P* 8 molli *F* discurdi *M* locuntur *DGR:* locantur *P*, loquuntur *ceteri* 9 set *FM* cahos *M* squalēcia *M*, scalentia *P* pomice *M*, spumice *P*, punice *G* 10 tumulta *F*. cumulata *Colladonius* 11 '*u. c.* sepades *f.* saepes' *margo L* dicis *P* hora *FM* 12 Plutonem describit *margo M* flamis *L*, flānnis *M* chana *R* spsa *P*, spasa *G* 13 *additus in margine A* furtunam *B* lacescit *A* 14—16 *habet florilegium Parisinum* 14 Fortuna describitur *margo M.* PATER DITIS AD FORTVNAM *margo t* rex *A* 15 *om. ACEFGMs* cui] tibi *florilegium* 16 quae] tu *florilegium, margo t* possesa *P* 17 et quid *PM*, ecquod *BR*, et quod *ACDEFG* 18 *bis scriptum*

ipsa suas vires odit Romana iuventus
et quas struxit opes, male sustinet. aspice late
luxuriam spoliorum et censum in damna furentem.
aedificant auro sedesque ad sidera mittunt,
expelluntur aquae saxis, mare nascitur arvis,
et permutata rerum statione rebellant.
en etiam mea regna petunt. perfossa dehiscit
molibus insanis tellus, iam montibus haustis
antra gemunt, et dum vanos lapis invenit usus,
inferni manes caelum sperare fatentur.
quare age, Fors, muta pacatum in proelia vultum
Romanosque cie ac nostris da funera regnis.
iam pridem nullo perfundimus ora cruore,
nec mea Tisiphone sitientes perluit artus,
ex quo Sullanus bibit ensis et horrida tellus
extulit in lucem nutritas sanguine fruges."

---

habet (in fine folii 42 recti et in principio f. 42 uersi) G permiram *P* excedere mortem *priore loco,* extollere mollem *secundo G.* molem *om. F;* molera *C*

2 opes *suo loco omissum in ultimo uersu addit M* substinet *AF* 3 dampna *MPR* 4—10 *leguntur in florilegio Parisino* 4 sydera *GM* mictunt *CF* 5 expulluntur *G* foxis *F,* siccis *margo E* 6 permutata "stació ... ũ„ rebellant »rerum« *M* rer *litteris deletis;* merum *F* 7 et etiam *Dt.* inferni quoque regna petunt *florilegium* petunt *suo loco omissum post* dehiscit *addit M*
h
deiscit *C,* deiscit *B,* dehiscunt *E* 8 mollibus *AFGP florilegium* ⊦austris *D,* austris *ACEFG,* austriis *S* 9 anthra *C,* anstra *R.* astra tremunt *Heinsius* set *F* cum *M* uanos *florilegium:* uarios *Lp, margo t;* uarius *Mt,* uarius *an* uanus *F habeat incertum,* uanus
ǀ
ABCDEGRs. uanisapis *et rasa quidem priore* s *P secundum Keilium,*
us
uanilapis *idem secundum Froehnerum* usus *florilegium, FLp, margo t:* usum *reliqui* 10 spirare *Heinsius,* spectare *Gonsalius* '*u. c.* iubentur' *margo L; ita E si silentio fides, p et margo t. cf. Verg. Georg. IIII 325:* fatentur *cum ceteris Bituricus* 11 age *om. T* sors *F* paccatum *A* uoltum *M perstans in hoc genere orthographiae,* uultu *P* 12 cye *M,* acie *G. conieci* Romanasque acies
hisi
13 perfudimus *s* 14 Thesiphone *margo M* tisyphone *B,* t y phone *P,* tesiphone *AD,* ctesiphone *CG,* thesiphone *ER,* thesiphonem *F* sicientes *BM* proluit *Colladonius* '*post hunc uersum in u. c. leguntur* uota mihi cedunt *(u. 105) et sequentes' Tornaesius* 15 bellum sille et marii *margo M* fullanus *P,* syllanus *CDGs,* sillanus *AEFM* et *duplicat G* arida *Colladonius* 16 nutrita *BR,* nutrites *P* sanghuine *C,* sagnũe *M*

121 haec ubi dicta dedit, dextrae coniungere dextram *LO*
conatus rupto tellurem solvit hiatu.
tunc Fortuna levi defudit pectore voces:
"o genitor, cui Cocyti penetralia parent,
si modo vera mihi fas est impune profari,
vota tibi cedent; nec enim minor ira rebellat
pectore in hoc leviorque exurit flamma medullas.
omnia, quae tribui Romanis arcibus, odi
muneribusque meis irascor. destruet istas
idem, qui posuit, moles deus. est mihi cordi
quippe cremare viros et sanguine pascere luxum.
cerno equidem gemina iam stratos morte Philippos
Thessaliaeque rogos et funera gentis Hiberae.
iam fragor armorum trepidantes personat aures.
et Libyae cerno tua, Nile, gementia claustra
Actiacosque sinus et Apollinis arma timentes.

---

1 dextreq; *fuerat in M* 2 telluret *F*, tellure *GM* 3 tunc, *non* tum *ABCFGLMPpst* 4 Verba fortune *margo M.* FORTVNA AD GENITOREM COCYTI *margo t* cocyti cui *inuertit B.* quui *D*, quoi *G.* cociti *AF* 5 modo fas est mihi uera impune *ACDEFGM in quibus* phas *M*, uē inpune *F* probari *ACEFGM*, probare *D* 6 tibi *BLPp, margo t:* mihi *reliqui* $\overset{c}{s}$edent *D*, credent *AEF*, cedunt *Mst sed* cedent *etiam S et margo t* illa *F* rebullat *Palmerius* 7 leuiorue *p, Colladonius* flama *L* 8 quae] $\overset{u}{q}$ *F* artibus *ACDFGPS*, 'u. c. artib.' *margo L* 9 dextruet *A*, destruat *t et ante Sambucum*, distruat *uetus Danielis*, destruit *MP* 10 molles *A* est *Sambucus:* et *libri* 11 armare *I. F. Gronouius*, ciere *Moesslerus commentationis p. 38* uires *F* cum sanguine *P* sanghuine *et sic constanter C*, sagn^ine *M* luxu *B*, luxū *P.* luctum *nescio quis* '*hunc uersum in u. c. sequitur* pande age (*u. 116*) *et sequens*' *Tornaesius* 12 bellum uersalicum *margo M* cerne *F* gemino-Marte *margo L, t* stratos *BPp, Memmianus:* strictos *reliqui*, stricta *G* filippos *C*, phillippos *M* 13 tesalieque *A*, thesalieque *F*, tessalieque *M* funena genti^{s} *G* hiberae *cum adspiratione ABCDEFGP, non L:* hybere *M* 14 *post* 15 *collocandum esse coniecit Richardus, post* 11 *Bouherius et Antonius, post* 16 *Suringarus p. VII* iam *mutans in* dum *et ego* auris *F;* auras *M, margo t, ante Sambucum.* Afros *Iacobsius* 15 en *Heinsius*, iam *Iacobsius;* ex Libye *Iunius* libic *AFM*, lybiae *BGP.* Libyas *Reiskius*, Libyen *Nodotus* *fortasse* caeno et tua *interpolant Mt, ex silentio E, uulgo* nyle *et in margine* Nylus *M*, uille *A*, uile *P.* mole *Heinsius* claustra *BLPp:* '*al.* castra' *margo L; ita ceteri* 16 acthiacosque *A*, acciacosque *M*, actia$\overset{c}{q}$uosque *B*

LO pande, age, terrarum sitientia regna tuarum
atque animas accerse novas. vix navita Porthmeus
sufficiet simulacra virum traducere cumba;
classe opus est. tuque ingenti satiare ruina,
pallida Tisiphone, concisaque vulnera mande:
ad Stygios manes laceratus ducitur orbis."
vix dum finierat, cum fulgure rupta corusco 122
intremuit nubes elisosque abscidit ignes.
subsedit pater umbrarum, gremioque reducto
telluris pavitans fraternos palluit ictus.
continuo clades hominum venturaque damna
auspiciis patuere deum; namque ore cruento
deformis Titan vultum caligine texit:
civiles acies iam tum spirare putares.
parte alia plenos extinxit Cynthia vultus
et lucem sceleri subduxit. rupta tonabant

---

sed *Suringarus p. VIII* apollonis *B*, appollinis *F* trementes *t.* timentis *Colladonius*, tuentis *Heinsius*, frementis *Richardus*, tumentis *Bouherius* 1 Concludit *margo M* Dirarum *Wernsdorfius* scientia *P* 2 accerse *ABFGMs*, *margo t:* accresce *P*, arcesse *reliqui* nauta *P* porthmeus *B*, *coni. Sambucus, pt:* portheus *G*, protheus *ACDEF MP*, certe *et in margine* '*al. u. c.* protheus. *l.* porthmeus. *Nugs.*' *L*, 'proteus *al.* certa' *margo t* 3 sufficiat *P*, sufficit ad *A*, sufficit *F*. sufficit hac *Heinsius* traducer[e] *G* cumba *B*: tuba *P*, cimba *AFp*, cymba *reliqui* 4 tuque] '*haec desunt in u. c. usque ad uersum* uixdum' (*u. 122*) *Tornaesius* tuaque *G* 5 tisyphone *B*, tesiphone *M*, thesiphone *AEF*, ctesiphone *CDG* conscissaque *CDF GLMs*, consissaque *A* uiscera *Colladonius* pande *LP Bituricus*, manda *s*, '*al.* manda . *l.* mande' *margo L*. lambe *Cuperus* 6 astigios *P*. stigios *ABFGM* dicitur *A* 7 Prodigia *margo M* funerat cum fulfure rupto *P* corusca *G* 8 eliososque *C* abdidit *Reiskius* 9 patrem *B* uerbarum *P* reductus *Mst*. reductae *Heinsius* 10 Tonitruum *margo M* palluit *Mst*, '*al.* palluit *ut Horat.*' *margo L*: polluit *ABCDEFGLPp* ictos *M* 12 Solis eclipsis *margo M* nanque *GLt*, solq; *M* ora *BP*. ora cruentus deformi *Colladonius* 13 deformis *corr. ex* deformes *L*, deformes *M* Titan *Delbenus, t:* titubans *libri omnes* uultum *BCGP*: uultus *reliqui* 14 cum *ACEF*, quum *D*, cō *G* spitare[r] *B*. ueritum spectare *Crusius*, spectare *etiam Suringarus p. IX* putare[s] *A* 15 Cynthia eclip: *margo M* extinxit *sine* s *ABFGLMP:* extinsit *C* cinthia *AFG* 16 celeri *ADEFGP* Terre motus *margo M* tenebant *Delbenus*, trahebant *Moesslerus quaestionum p. 13*

verticibus lapsis montis iuga, nec vaga passim
flumina per notas ibant morientia ripas.
armorum strepitu caelum furit et tuba Martem
sideribus tremefacta ciet, iamque Aetna voratur
ignibus insolitis et in aethera fulmina mittit.
ecce inter tumulos atque ossa carentia bustis
umbrarum facies diro stridore minantur.
fax stellis comitata novis incendia ducit,
sanguineoque recens descendit Iuppiter imbre.
haec ostenta brevi solvit deus. exsuit omnes
quippe moras Caesar, vindictaeque actus amore
Gallica proiecit, civilia sustulit arma.
Alpibus aeriis, ubi Graio nomine pulsae
descendunt rupes et se patiuntur adiri,
est locus Herculeis aris sacer: hunc nive dura
claudit hiems canoque ad sidera vertice tollit.

---

1 lassis *ABLMPpst*, lapsi *F*. quassis *Colladonius*, laceris *uel* laxis *Heinsius* montes *quod primo fuerat in F Delbenus et Moesslerus* 2 Non pluit *margo M* fulmina *P* latas *Barthius* molientia *E*, manantia *P Bituricus*. minitantia *Moesslerus quaestionum p. 13*, torrentia *Richardus* 3 strepita *P* ruit *uir doctus in actis phil. Monac. II p. 300* Martem *Lp cum Memmiano:* marte *B*, mortem *ceteri* 4 syribus [de] *G qua assolet orthographia* tremefacta *LPp:* tremifacta *B*, trinis acta *ACDFGS*, sic acta *M*, '*al.* armis acta.*f*. transacta' *margo L*, armis acta *s*, transmissa *et in margine* demissa *t*, '*al.* tumefacta' *Pithoeus*, timefacta *Memmianus*. transacta *Antoniana a qua discedere E non traditur. fingitur tuba de caelo audita sollicitasse ad bellum sidera* ciaet *B* Fulmina *margo M* ethna *AFM*, aeterna *B* uocatur *AFs*, notatur *CDG*, micabat *M*. rotatur *Cuperus* 5 ingnibus *G* insoluis [i] *P* flumina *BG* 6 cumulos *P*, *uetus Pithoei* carentia *Bp:* arentia *ACDEFGLMPst*. calentia *I. F. Gronouius* 7 dire *F* minantur *Goldastiana:* minatur *libri* 8 Cometa apparuit *margo M* telis *M* crinita *Delbenus et Colladonius* incedia *B* mittit *ante* ducit *deletum L* 9 recens *ABCDFGLMPpst:* ruens *Colladonius*, rubens *Cuperus et ex silentio E*, repens *Heinsius*, rigens *ego* iupiter *AFGP* ymbre *B*, igne *ACFGMs* 10 bellum Ciuile *margo M* hostenta *P* exsuit *per s unus B* oñis *FG* 12 gallici *P* siuilia *P* substulit *Fs* 13 Describit Alpes *margo M* aereis *AGM* grauio *B natum fortasse e* graiio numine *C*, *Burmannus:* nomine *ABDEFGLMPpst* pulso *As*, *margo t*. uulsae *Buschiana consentiens plerumque cum M ex quo* pulso *enotaui errore*. pressae *aut* celsae *Burmannus* 14 pascuntur *P* 15 Templum herculis *margo M* 16 [h]iems *C*, hiemps *B*, hyemps *P*, yems *F* canosque *CG*

LO caelum illinc cecidisse putes: non solis adulti
mansuescit radiis, non verni temporis aura,
sed glacie concreta rigens hiemisque pruinis
totum ferre potest umeris minitantibus orbem.
haec ubi calcavit Caesar iuga milite laeto
optavitque locum, summo de vertice montis
Hesperiae campos late prospexit et ambas
intentans cum voce manus ad sidera dixit:
"Iuppiter omnipotens, et tu, Saturnia Tellus,
armis laeta meis olimque onerata triumphis,
testor, ad has acies invitum accersere Martem,
invitas me ferre manus. sed vulnere cogor,
pulsus ab urbe mea, dum Rhenum sanguine tinguo,
dum Gallos iterum Capitolia nostra petentes
Alpibus excludo, vincendo certior exul.
sanguine Germano sexagintaque triumphis
esse nocens coepi. quamquam quos gloria terret,
aut qui sunt qui bella vident? mercedibus emptae
ac viles operae, quorum est mea Roma noverca.

---

1 illic *A.* illic sedisse *I. F. Gronouius* adulti *pt cum E:* adusti *ABCDFGLMPs Memmianus* 2 mansuescunt *ACDEFGLst* radii *st* 3 rigens *omnes praeter B qui* riget *habet et E in quo legi inuentum Colladonii* algens *ex silentio colligas.* ingens *tentaui,* rigent *alius;* glacies concreta riget *Hieronymus Aleander* nimiisque *I. F. Gronouius* 4 fultum *Iacobsius* ferre *F,* fere *C,* terrae *B* umeris *sine* h *B* munitantibus *F,* imitantibus *P,* mitantibus *corr. in* nutantibus *M.* nitentibus *incertus* 6 optauitq; *margo L, t, coni. Sambucus:* orauitque *ABCDEGLMPp,* horauitque *F,* intrauitque *S.* lustrauitque *Colladonius* summo] dehinc *M* 8 intendens *A* 9 Oratio Cesaris *margo M* Iupiter *AFGP* et eu *B,* et heu *CDEFGP. fortasse* et te 10 honerata *FP,* honorata *G.* oneranda *uel* ornanda *Burmannus* triunfis *L* 11 arces *Palmerius* inmutum *aut* inimicum *P* accersere *B Memmianus:* acersere *P,* arcescere *AM,* arcessere *reliqui.* accedere
me
I. F. Gronouius 12 nec *L* 13 ad urbe mandum sanguine *P* Renum *GLt, uetus Danielis* tingo *M:* uinco *ceteri,* meo *P* 15 exul *sine* s *ABCFGLMP* 16 Lxque *CDG,* lacque *F* triumfis *L,* triunphis *F* 17 quanquam *AL* o quos *M,* uos *G* texet *G* 18 at *M* q̃ bella *F* uolunt *p.* uetent *coniecimus ego et Moesslerus quaestionum p. 14 post I. F. Gronouium.* iubent *Gulielmus, unus ex scriptis Boschii, ex silentio E.* cient *Reiskius,* timent *Delbenus* emptae *per* p *ABFGLP:* emti *M.* mercede redemtae *susp. Heinsius* 19 miles *G* quarum *margo A* no roma *C*

at reor, haud impune, nec hanc sine vindice dextram LO
vinciet ignavus. victores ite furentes,
ite mei comites, et causam dicite ferro.
namque omnis unum crimen vocat, omnibus una
impendet clades. reddenda est gratia vobis,
non solus vici. quare, quia poena tropaeis
imminet et sordes meruit victoria nostra,
iudice Fortuna cadat alea. sumite bellum
et temptate manus. certe mea causa peracta est:
inter tot fortes armatus nescio vinci."
  haec ubi personuit, de caelo Delphicus ales
omina laeta dedit pepulitque meatibus auras.
nec non horrendi nemoris de parte sinistra
insolitae voces flamma sonuere sequenti.
ipse nitor Phoebi vulgato laetior orbe
crevit et aurato praecinxit fulgure vultus.
123 fortior ominibus movit Mavortia signa
Caesar et insolito gressu prior occupat ausus.
prima quidem glacies et cana vincta pruina

---

1 at *P*, *Heinsius:* ut *ceteri* ⊦aud *D*, haut *M*, aut *F*, hanc *P* n (c) *F*, ne *M* iudice *P* 2 amciet *P*, incidet *t* ferentes *BCDFGLMPpst*, *non AE.* ἑλληνισ *margo L*, frequentes *margo t* 3 comitis *t correctum in margine* caussam *LMP* discite *M* 4 nanque *GL* oĩs *BF:* omnes *reliqui* unum crimen omnes *inuertunt ACDEFG e quibus G* unam *habet* 5 impedet *F* redenda *F*, re(d)denda *G* gracia *A* nobis *AF* 6 solum *F* trophaeis *uel* tropheis *ABCDFGLMPpt* 8 ludice *C* cad.at *rasa litterula B* alta *P* summite *ACFM* 9 et *om. ACDEFG* temptate *B:* temptare *P*, temtate *FM*, tentate *reliqui.* πειρηθεν *margo L* caussa *LM* 10 nescis *F.* armatis nescia *aliquis* 12 Omina *margo M* omnia *BCDG et ut uidetur S* mentibus *EF*, e mentibus *AM quibus* iras *Stephanus adplicuit*, e montibus *t* 13 non] tamen *P* orrendi *BP* 14 insolita *uetus Brassicani* flama *t* sequente *t*, frequenti *S* 15 nicor *P* uulgator *P*, fulgato *corr. ex* fulgata *M* laetior *BPp*, *Memmianus:* latior *ceteri* 16 precinsit *CF* 17 '*al.* laetior' *Pithoeus. uide u.* 15 hominibus *BCDEFG*, omĩ'nibus *M* 18 insolitos *M*, *coni. Sambucus idque probo;* aurato *ex u.* 16 *S.* infestos *Iacobsius* gressu *BLPpt:* gressus *ceteri*, gressos *M* ausus *LMst:* austus *A*, haustus *BFPp*, haustu *E*, ⊦austus (er) *D*, hauster *G*, auster *C.* insolito gressus prior occupat ausu *Douza*, insolito gressu prior occupat hostis *Oeueringius* 19 quicquid *P* glacieque *Putschius* iuncta *CMst*, uicta *P*

non pugnavit humus mitique horrore quievit.
sed postquam turmae nimbos fregere ligatos
et pavidus quadrupes undarum vincula rupit,
incaluere nives. mox flumina montibus altis
undabant modo nata, sed haec quoque — iussa putares —
stabant, et vincta fluctus stupuere pruina,
et paulo ante lues iam concidenda iacebat.
tum vero male fida prius vestigia lusit
decepitque pedes; pariter turmaeque virique
armaque congesta strue deplorata iacebant.
ecce etiam rigido concussae flamine nubes
exonerabantur, nec rupto turbine venti
derant aut tumida confractum grandine caelum.
ipsae iam nubes ruptae super arma cadebant,
et concreta gelu ponti velut unda ruebat.
victa erat ingenti tellus nive victaque caeli
sidera, victa suis haerentia flumina ripis;
nondum Caesar erat, sed magnam nixus in hastam
horrida securis frangebat gressibus arva,

---

1 mittique *B*, uiciique *P* honore *ACFG et inuertentes* quieuit honore *LMst.* '*u. c.* horrore quieuit' *margo L.* humore *Wernsdorfius* 2 sturme *M* frigere *C* 3 quadripes *G* 4 flumī *cum rasa littera F* 5 mondata *F* missa *LMst*, iusta *Rogertianus Douzae* 6 stabat *ACDEFG* et *om. BCDEFG relictoque spatio A, non LPp Memmianus* iuncta *AG*, uicta *E.* stāgnis deuicta *M*, uinctaque mox stabant *S*, stantibus at uicta *t* stupere *B* pruina *M*, *et* ruina *inuentum a Reiskio probo* 7 quae paulo ante fluens *Colladonius*, nix paulo ante liquens *ego olim* paul'o *L* luces *P* conscidenda *M* tacebat *primo habuerat P* 8 mala *E.* ficta *a primo P.* manifesta prius *Grotius. nix iam prius lubrica tum plane instabilis* luxit *FP* 9 derepitque *CD et ante correctorem G*, decipitque *P* partem *ADEFG*, passim *CMpst* iurique *B* 10 coniesta *P* 11 rigor concusso *P* 12 exorerabantur *G*, exonerabunt *F* rupto *EM cf. Verg. Aen. II 416:* rupti *ABCDFGLPpst.* rapti *Colladonius* 13 deerant *praeter B omnes* aut *BLPp Memmianus:* ac *ceteri* turbine coelum *Memmianus* 14 ipe eciam *M.* iam *om. CDG* 15 correpta *F*, congregata *G*, cum creta *P* uelud *P* umbra *ABCD EFG, item P qui primo uidetur* uerna *habuisse et Memmianus* cadebat *ante* ruebat *deletum L;* luebat *P* 16 *et* 17 uincta *ter Colladonius quem redarguit u.* 18 riuie *C* nictaque *G* 18 nundum *AP* nixus, *non* nisus *ABDFGLMPpst* 19 hordida *P* fangebat *B*

qualis Caucasea decurrens arduus arce LO
Amphitryoniades, aut torvo Iuppiter ore,
cum se verticibus magni demisit Olympi
et periturorum deiecit tela Gigantum.
dum Caesar tumidas iratus deprimit arces,
interea volucer motis conterrita pinnis
Fama volat summique petit iuga celsa Palati
atque hoc Romano tonitru ferit omnia signa:
iam classes fluitare mari totasque per Alpes
Fervere Germano perfusas sanguine turmas.
arma, cruor, caedes, incendia totaque bella
ante oculos volitant. ergo pulsata tumultu
pectora perque duas scinduntur territa causas.
huic fuga per terras, illi magis unda probatur
et patria pontus iam tutior. est magis arma
qui temptare velit fatisque iubentibus uti.

---

1 talis *sed in margine* qualis *L* capasea decurres *F* '*al.* axe' *Pithoeus* 2 amphitrioniades *AFG*, amphytrioniades *B*, amphitrionides *M*, amphitrioniales *P* turmo *mutatum in* turno *M* iupiter *AFGMP* ore *corr. ex* orbe *M* 3 magnei *B* olimpi *ABF*, oliphi *P* 4 disiecit *p et Gulielmus* tella *A*, te.la *rasa* l *B*, bella *I. F. Gronouius* 5 '*haec leguntur in u. c. post illum uersum* intremuit nubes elisosq. *etc.*' (*u. 123*) *Tornaesius* timidas *sed in margine* 'tumidas *ut u. c.*' *L*, timidas (tumidas) *M* artes *G* 6 uolucrum *et in margine* '*al.* uolucris. uolucer' *L*; uolucris *p*, *margo t*, *Memmianus* pennis *praeter B omnes* 7 uolit *P* palaci *A*, palacii *P*, pani *G* 8 hec *uel* haec *ADEFGLMpst*: '*al. u. c.* hoc' *margo L*, hoc *BCP et margo t* Romanos *Bouherius Antoniusque post* ferit *distinguentes. Fama huius nuntii fulmine prosternit Romano legiones omnes aut potius omnia signa deorum* tonito *s*, attonito *de coniectura Sambuci t* fit *Colbertinus*; fert *de coniectura Iunii pt sed* ferit *etiam uetus Pithoei* omnia (omina): *L* scaeua *Buschius Iuniusque* 9 '*desunt hi duo uersus in u. c.*' *Tornaesius* fluuitare *B*, fruitate *P* mare *FM* 10 germanas perfuso *M* 13 per duas *M.* per dubias *Iunius*, *t* caussas *LP.* partes *Palmerius*, curas *Colladonius* 14 magis uerba *P* 15 patria *BL*: patria est *ceteri*, patriae est *s* pontus *BLpt*: pontus et *ACDEFGMPs* tutior *BLpt*: timor *ceteri*, tumor *corr. in* timor *M* 16 temptare *B*: tentare *Lp cum Memmiano et margine t*, tentate *G*, temptata *P*, tanta *F*, tentata *reliqui* fatique *F* uti *BLPp*, *Memmianus et margo t*: icti *ACDFGS*, acti *Ms.* actus *de coniectura Sambuci t, secundum silentium E*

quantum quisque timet, tantum fugit. ocior ipse
hos inter motus populus, miserabile visu,
quo mens icta iubet, deserta ducitur urbe.
gaudet Roma fuga, debellatique Quirites
rumoris sonitu maerentia tecta relinquunt.
ille manu pavida natos tenet, ille penates
occultat gremio deploratumque relinquit
limen et absentem votis interficit hostem.
sunt qui coniugibus maerentia pectora iungant,
grandaevosque patres onerisque ignara iuventus.
id pro quo metuit, tantum trahit. omnia secum
hic vehit inprudens praedamque in proelia ducit.
ac velut ex alto cum magnus inhorruit auster
et pulsas evertit aquas, non arma ministris,
non regumen prodest, ligat alter pondera pinus,
alter tuta sinu tranquillaque litora quaerit:
hic dat vela fugae fortunaeque omnia credit.

---

1 *spurius uidebatur Moesslero commentationis p. 26, transponendus ante* 11 *Ioanni Vahleno musei Rhenani n. XIII p. 302. disiectos uersus reuocare ad ordinem sic tentaui:* 1. 11. 12. 17. 6. 7. 8. 9. 10. 13. 14. 15. 16. 2. 3. 4. 5. *et certum quidem habeo coniungi debere* 1 *cum* 11, 12 *cum* 17, 17 *cum* 6. *de turbato ordine consentientes Bouherius et Suringarus alia nec probabilia moliti sunt* tanto fugit ocior *incertus apud Hadrianidem* otior *BCD*, occior *A*, ocius *E*. *post* ocyor *interpunxit p. ego ante id uocabulum interpunxi ut referatur ad u.* 11. ipso *susp. Moesslerus p. 26* 3 qui *P* recta *F* educitur *Burmannus* 5 rumores *Gs et ante emendatricem manum M* 6 '*hi quatuor uersus in u. c. sequuntur post* in praelia ducit' (*u. 232*) *Tornaesius* illa *Memmianus* pauida *BLP Memmianus:* panda *p*, trepida *ceteri* nato[s] *G* 7 occulta *A* reliquit *A*, relinquit *ex* relinquūt *corr. M*, relinquid *P* 8 notis *A* 9 lugentia *M* iungat *P*, iungunt *EF* 10 *abest ab F* grande nosque *P* onerisque *BLp cum margine t:* honerisque *P*, oneris *ceteri.* humeris *Iunius cui* fert gnaua *Vahlenus p. 301 adnexuit. quae si uera sunt sic ut uidentur, intempestiue in hac quidem re fugatae terrore ciuitatis fata cum excidio incendioque exaequantur* ignata *P*. oneris non gnara *t* iuuéntus *B*, inuentus *P* 11 et pro *Antonius* quo *additum in margine M* metăt *P* serum *F*, fecit *P* 12 hinc *ACFGMst* uenit *P* inprudens, *non* imprudens *BFP* impraelia *P* 13 cur *F* hauster *ABEFG* 14 pulsat *DF*, pulsatus *C*. pulsat et uertit *A* magistris *Colladonius* 15 regumen *B:* regum *P*, regimen *ceteri* 16 sinus *conieci idemque adscripserat Bursianus* littora *AGM* 17 fortuñ q₃ *F* *post* credit *erat lacuna in Memmiano*

quid tam parva queror? gemino cum consule Magnus, *LO*
ille tremor Ponti saevique repertor Hydaspis
et piratarum scopulus, modo quem ter ovantem
Iuppiter horruerat, quem fracto gurgite Pontus
et veneratus erat summissa Bosporos unda,
pro pudor, imperii deserto nomine fugit,
ut Fortuna levis Magni quoque terga videret.
124 ergo tanta lues divom quoque numina vidit,
consensitque fugae caeli timor. ecce per orbem
mitis turba deum terras exosa furentis
deserit atque hominum damnatum avertitur agmen.
Pax prima ante alias niveos pulsata lacertos
abscondit galea victum caput atque relicto
orbe fugax Ditis petit implacabile regnum.
huic comes it summissa Fides et crine soluto
Iustitia ac maerens lacera Concordia palla.
at contra, sedes Erebi qua rupta dehiscit,
emergit late Ditis chorus, horrida Erinys

---

1 qui *P* magus *G* 2 *fortasse* Parthi senique *P* repertus *Iunius Stephanus Sambucus et si fides silentio E.* quoque terror *t.* repressor *Reiskius* hidaspis *AF*, hidapsis *P* 3 pirratarum *F*, pyratarum *G* scopulis *P* 4 iupiter *AFP* [h]orruerat *B.* horruerat *cum* deserto *u.* 6 *conglutinans interiecta damnauit Moesslerus commentationis p. 18* que *F* frato *D* in gurgite *Bp*, *margo t* ponthus *B* 5 summissa, *non* submissa *BFGP* bosphoros *BDLPs*, bosforos *CEFG*, bosphorus *M*, bosforus *A*, Bosporus *pt* 6 proh *ACDFGL*, proch *M* dolor *Ls* 7 et *M* magnis *F* uideres *Nodotus* *post hunc uersum Moesslero commentationis p. 20 suspectum lacuna erat in Memmiano* 8 ergo *sic ut in uersu 216. inepte interrogationem fingebant uulgo* diuěm *B*, diuum *reliqui* qq[o]2 *C*, que *D* nomina *M*, minima *P* cernit *M.* uicit *ego et Iacobsius*, fundit *Bourdelotus* '*post hunc uersum in u. c. legitur* iustitia et lacera *et c.*' (*u. 253*) *Tornaesius* 9 consencitque *F*, concensitque *P*, consentitque *M* 10 exossa *P* furentis *ABCFGPs*: furentes *reliqui* 11 dampnatum *FMP* 12 primas *G* alias *ex* alios *corr. L* niues *G* 13 abscindit *P.* absconditque olea uinctum *Colladonius* uinctum *quosdam libros praebere testatus.* palla *Iacobsius* relicti *B*, relictum *P* 15 comacsit *B*, comes et *F* summissa *Bp*: submissa *CP Memmianus*, summa *DEFG*, sum ma *A*, sincera *LMst* [r]cine *G*, crure *A* 16 iusticia *AG* et lacera moerens *t*, acenerens lacera *B* 17 ad *prima manu F*, ac *E* herebi *ACDEFGM* deiscit *C* 18 emergit *corr. ex* et mergit *F* chonis *A*, cohors

LO et Bellona minax facibusque armata Megaera
Letumque Insidiaeque et lurida Mortis imago.
quas inter Furor, abruptis ceu liber habenis,
sanguineum late tollit caput oraque mille
vulneribus confossa cruenta casside velat.
haeret detritus laevae Mavortius umbo
innumerabilibus telis gravis, atque flagranti
stipite dextra minax terris incendia portat.
  sentit terra deos mutataque sidera pondus
quaesivere suum; namque omnis regia caeli
in partis diducta ruit. primumque Dione
Caesaris acta sui ducit, comes additur illi
Pallas et ingentem quatiens Mavortius hastam.
Magnum cum Phoebo soror et Cyllenia proles

M ^{h}orrida *F* erinis *FG*, crinis *A*, herinis *CD*, hermis *P*, crynis *B*, erynnis *M*, Erinnys *reliqui*
1 que *om. AFP* 2 letum *sine* que *C.* Luctus *Schraderus secundum Verg. Aen. VI 274*, Fletusque *Bouherius*, Iraeque *Moesslerus commentationis p. 65 secundum Verg. Aen. VII 326. sociata Leti Mortisque numina me non magis offendunt quam* Κηρός *et* Θανάτου, Φόνου *et* Ἀνδροκτασίας, Κράτους *et* Βίας, *Pauoris et Palloris, alia in religionibus Romanis singillatim indigitata inter se fere paria. et ut hic inter Letum et Mortem interponuntur Insidiae, ita apud Statium in VII Thebaidis comites Martis enarrantem uaria numina ac diuersa inter Impetum amentem laetumque Furorem* insidiae *sine* que *F* ymago *CFM* 3 abr^{p}utis *B*, arruptis *P*, abreptis *ex* abreptus *corr. M*, '*al. u. c.* arrep.' *margo L* ^{ceu}scu *M* libẽ *F* abenis *B*, arenis *margo L* 4 sanguinicum late tulit *M* 5 classide *A et deleta* l *F*, casside *ut quarta littera ante alia fuerit L* uelant *ACDGP*, uelāt *lineola post deleta F*
6 deterritus *sed in margine* detritus *A*, actritus *F* leua *M*
7 tellis *A*, te.lis *erasa* l *B* fragranti *P* 8 terrisque *M*
9—*p.* 170, 1 *septem uersus alio ex loco huc deerrasse suspicatus Moesslerus est commentationis p. 33 et quidem ex deperdita parte posteriore p. 67* mitataque *P*, mutantia *sine* que *M.* nudataque *Bouherius*, mirataque *Colladonius* sydera *B cum GM* pontus *CDFG; ex B* pont^{h}us *Mommsenus*, pondus *in* pontus *mutatum ego enotaui* 10 nanque *GL* 11 impartes *P* partis *B:* partes *ceteri*, parte *A* deducta *AEFM* Dionen *et* 12 ducunt *Moesslerus commentationis p. 68*
12 arma *Passeratius ad Propertium IIII 1, 46*, astra *Colladonius*
13 passas *F* quotiens *DF*, q̃ciens *M* Mauortius *in quibus Mars uocatur, inscriptiones falsae sunt.* Mars obuius *margo t*, Mars ocius *Salmasius*, Mars horridus *Bouherius*, Mars fortius *ego* astam *P*
14 Magnum *Geuartius et Barthius:* magnaque *libri* phebe *sine* cum *M* sor^{or} *G* cillenia *FG*, cilenia *A*, cylleneia *M*

excipit ac totis similis Tirynthius actis. *LO*
intremuere tubae ac scisso Discordia crine
extulit ad superos Stygium caput. huius in ore
concretus sanguis, contusaque lumina flebant:
stabant irati scabra rubigine dentes,
tabo lingua fluens, obsessa draconibus ora,
atque inter torto laceratam pectore vestem
sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.
haec ut Cocyti tenebras et Tartara liquit,
alta petit gradiens iuga nobilis Appennini,
unde omnes terras atque omnia litora posset
aspicere ac toto fluitantes orbe catervas,
atque has erumpit furibundo pectore voces:
"sumite nunc gentes accensis mentibus arma,
sumite et in medias inmittite lampadas urbes.
vincetur, quicumque latet; non femina cesset,
non puer aut aevo iam desolata senectus;
ipsa tremat tellus lacerataque tecta rebellent.
tu legem, Marcelle, tene. tu concute plebem,
Curio. tu fortem ne supprime, Lentule, Martem.

---

1 atq; totis sclis *M.* similisque *P* tirinthius *AF*, tirintius *M*, tyrinthius *BG*, tyrintius *P* 2 intrumuere *G*, intonuere *E*, infremuere *t* iubae *ex codice p* ac *om. P;* atq; *rasa* q; *M* sisso *P* orine *F* 3 stigium *ABFGM* huiuus *A*, h̄ *sed deletum et in margine* huius *G* 4 contusque *CDGP* flumina *BCDEGP malo* fletu 5 aerati *p cum margine t.* serrati *Heinsius*, atrati *Burmannus*, erosi *Crusius qui poterat* attriti 7 atque terens *Burmannus. construendum* torto inter laceratam uestem pectore *neque opus est aut* atque intorto inter *aut* atque inter laceram contorto *aut aliis inuentis sensum poetae debilitantibus* inter torto *p*, intertorto *BLP cum margine t:* inter toto *ceteri* lacerata *AF* 8 sagu^inicam *M.* sanguinea tremulam *coni. Sambucus* lamada *A* dextram *DFG*, dexttram *A* 9 cociti *AFM. praetermissum primo hunc uersum in margine add. M pone subsequentem* 10 Apennini *L*, apenini *ACDGM*, apemni *cui post* ni *adlitum est F* 11 oms *F* littora *AGM* 12 adspicere *L* toti *F* fluitantés *B* quaternos *P*, cathenas *CDG* 13 *deest in G* erumpit *BLPp:* erupit *ceteri*, eripuit *M*, efudit *A* 14 *et* 15 summite *AFM* gentis *L* 15 inmittite *per* n *unus B:* mictite *F* lampades *BP;* urbem *P.* lampada turbas *M* 16 quicumque *per* m *ABFM* cessat *ACDFG* 17 pudor *E* dessolata *P*, desoluta *G* senéctus *B* 18 rebellant *M* 19 concate *et in margine* Concate *A* 20 ne *BLPpt:* neu *ceteri* marte *M*, matrem *C*

LO quid porro tu, dive, tuis cunctaris in armis,
non frangis portas, non muris oppida solvis
thesaurosque rapis? nescis tu, Magne, tueri
Romanas arces? Epidamni moenia quaere
Thessalicosque sinus humano sanguine tingue."
factum est in terris, quicquid Discordia iussit'

*

cum haec Eumolpos ingenti volubilitate verborum effudisset, tandem Crotona intravimus. ubi quidem parvo deversorio refecti, postero die amplioris fortunae domum quaerentes incidimus in turbam heredipetarum sciscitantium, quod genus hominum aut unde veniremus. ex praescripto ergo consilii communis exaggerata verborum volubilitate, unde aut qui essemus, haud dubie credentibus indicavimus. L || qui statim opes suas summo cum certamine in Eumolpum congesserunt

---

1 porco *P* tu *om. G* die *t* cuntaris (c supra) *G*, cūtaris *F*, cantaris *A* 2 *deest in G* miris *P* 3 tesaurosque *A*, thesaurumque *M* tu] quos *E*. si *uel* qui *Heinsius* tuere *ACGP* 4 romanasque *ACDFG* arces *DE*, *Passeratius et Richardus:* acies *ABCFGLMPpst* epidamni *Bp:* epidanni *CDG*, epidymi *P*, epidaura *F*, epidauraque *E*, epidauria *ALMst*. Epidamnia *Passeratius* moenia *ELMst:* nomina *ABCDF GPp* 5 thesalicosque *AF*. que *om. P* tingue *BCDp:* tingue *G*, tinge *ceteri*. pingues *Heinsius* 6 *spurium et carmini mutilato male additum iudicauit Heinsius cui Moesslerus commentationis p. 66 et ego adsentimur* quicquid, *non* quidquid *ABFGLMP* discordia (iusticia supra) *E*, iusticia *sed in margine* discordia *A*, iustitia *F* iuxit *C* uersus CCLXXXXIIII *subscriptum A quippe qui omisit uersum 80* *asteriscum interponunt pt*, *non L* 8 dum *F* eumolpos *BCG:* emolpos *P*, eumolpus *ceteri* uolubilitate uerborum *BEPpt:* uerborum uolubilitate *ACDF;* uerborum *om. Gs.* bile uerborum *L*, uerborum bile *margo t. ceterum haec dictio intra breuissimum spatium repetita aliaque aut inscita aut importuna amputatam esse a librario narrationem demonstrant quod non fugit Wehlium p. 50* effundisset *FP* 9 crotona (a supra) *D*, cratona *BEFG*, crathona *AC* uitauimus *AF*, uenimus *margo t* ubi tum quidem *Iacobsius*, ubi pridie *Heinsius. Petronium sane oportet scripsisse aliquid huiusmodi* ubi primum quidem in paruo dulsorio *AE*, diuersorio *ceteri* 10 ampliori *ACEFGs* fortitudine *ACDEFGs* 11 heripeditarum *AG*, heripeditantium *F* suscitantium *P* quid *BDEFGs* genū *post rasa lineola B* homines *incertus ab Hadrianide memoratus addendum* essemus 12 communi *L in fine uersus* exagerata *FG* 13 uolabilitate *C* quis *F* haut *P* dubie *om. G* 15 *lacunam significaui*

certatim omnes heredipetae muneribus gratiam Eumolpi sollicitant L

*

125 dum haec magno tempore Crotone aguntur] et Eumolpus felicitate plenus prioris fortunae esset oblitus statum adeo, ut suis iactaret, neminem gratiae suae ibi posse resistere impuneque suos, si quid deliquissent in ea urbe, beneficio amicorum laturos. ceterum ego, etsi quotidie magis magisque superfluentibus bonis saginatum corpus impleveram putabamque a custodia mei removisse vultum Fortunam, tamen saepius tam consuetudinem meam cogitabam quam caussam, et 'quid' aiebam 'si callidus captator exploratorem in Africam miserit mendaciumque deprehenderit nostrum? quid, si etiam mercenarius [Eumolpi] praesenti felicitate lassus indicium ad amicos detulerit totamque fallaciam invidiosa proditione detexerit? nempe rursus fugiendum erit et tandem expugnata paupertas nova mendicitate revocanda. dii deaeque, quam male est extra legem viventibus: quicquid meruerunt, semper expectant'

*

126 'quia nosti venerem tuam, superbiam captas vendisque amplexus, non commodas. quo enim spectant flexae pectine comae, quo facies medicamine attrita et oculorum quoque mollis petulantia, quo incessus scite compositus et ne vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia, nisi quod formam prostituis, ut vendas? vi-

---

1 haeredipetae *L*, heredipetae *margo t*: *om. pt* omnes eius gratiam muneribus sollicitant *Nodoto auctore Antoniana* 2 *tres asteriscos Lp, unum t in uacuo uersu intericiunt.* '*fortasse nihil deest*' *margo L*: *immo permulta* 3 dum — aguntur *epitomator addidit, Petroniana quae ex* cum *pendere uidentur imperite adnectens* 4 suis] subinde *Iacobsius* 6 non laturos *L* 7 ego si *L. potius* etiam si magis *om. L sed* '*f.* magis magisq.' *margo L* 8 non remouisse *coni. Antonius* 9 tamen *pt*: tum *L* non tam *Douza* 11 mendaciumq; *pt*, *margo L*: mendacium qui *L* 12 Eumolpi *L*: *om. pt* 13 ambitiosa *u. c. Douzae, Memmianus* 15 heu quam male extra legem uiuentibus. quidquid meruerunt semper exspectant *habet florilegium Parisinum* 16 *noli conicere* qui quod super *uetus Danielis duos asteriscos et in margine* MVLTA DESVNT *L habet, unum p et in uacuo uersu t* 17 CHRYSIS ANCILLA CIRCES AD POLLIENVM *in uersu praemittit L, in margine pt* τὴν ἀφροδίτην πρὸς σοῦ εἶναι *margini L Scaliger inscripsit* superbia me *Heinsius* 18 commodas *p*, *Douza*: commodos *Lt* 19 quoquo mobilis *Barthius*. quo *Wehlius p. 47.* '*alii codices* mobilis' *Heinsius* 20 scite *Heinsius*: tute *libri*, tantum *margo t.* arte *Douza*, astute *Iacobsius*, studio *Hippolytus a Collibus* pedum tut extra *et in margine* ritmice *L*

des me: nec auguria novi nec mathematicorum caelum curare soleo, ex vultibus tamen hominum mores colligo, et cum spatiantem vidi, quid cogitet scio. sive ergo nobis vendis quod peto, mercator paratus est, sive quod humanius est, commodas, effice ut beneficium debeamus. nam quod servum te et humilem fateris, accendis desiderium aestuantis. quaedam enim feminae sordibus calent, nec libidinem concitant nisi aut servos viderint aut statores altius cinctos. harena alias accendit aut perfusus pulvere mulio aut histrio scaenae ostentatione traductus. ex hac nota domina est mea: usque ab orchestra XIIII transilit et in extrema plebe quaerit quod diligat.'

itaque oratione blandissima plenus 'rogo' inquam 'numquid illa, quae me amat, tu es?' multum risit ancilla post tam frigidum schema et 'nolo' inquit 'tibi tam valde placeas. ego adhuc servo nunquam succubui, nec hoc dii sinant, ut amplexus meos in crucem mittam. viderint matronae, quae flagellorum vestigia osculantur; ego etiam si ancilla sum, nunquam tamen nisi in equestribus sedeo.' mirari equidem tam discordem libidinem coepi atque inter monstra numerare, quod ancilla haberet matronae superbiam et matrona ancillae humilitatem.

|| procedentibus deinde longius iocis rogavi ancillam, ut in platanona produceret dominam. placuit puellae consilium. itaque collegit altius tunicam flexitque se in eum daphnona, qui ambulationi

---

1 nec aug || auguria *L* 2 tamen *pt:* tantum *L* cum te spatiantem *Pflugius* 3 cogitet *memoratum Burmanno:* cogites *libri* 5 debeamus *coni. Antonius:* debeam *libri. domina* debeat *Iungermannus* 6 libidine concitantur *margo t* 7 stratores *margo t* altius *Lp, margo t:* diutius *t.* discinctos *Turnebus* 8 arena *L.* arenarius *propagatum ex Goldastiana* alias *scripsi:* aliquas *libri sed* aliquos *primo habuerat L* mulio *Lp:* multo *t, uetus Pithoei* 9 ad orchestra *Memmianus* 10 quatuordecim *pt* diligat *ex* diligit *corr. L* 11 lenitus *aut* pertentatus *Iacobsius* nunquid *pt* 13 scema *p.* scomma *Reiskius* 15 osculåntur uëstigia *L.* obosculantur *in ms. uisus est legere Douza* 17 dissortem *Heinsius* 19 matrona *ultima littera mutata et deinceps alia deleta L* 20 *superiora si domi agebantur inter Polyaenum et ancillam, intercidisse aliqua oportet* demum *s* iocis *om. ABCDEFGPs.* locis *Wouweriana,* logis *Goldastiana* ancillam *om. Lpt. fortasse delendum* in *om. s* pletanona *P,* platea noua *ACDEFGs* 21 produceret *LPpt:* perduceret *B,* duceret *reliqui in quibus* ducet *F.* deduceret *Boschius* placuit puellae consilium *om. L* placauit *C* ancillae *ADEFGs* 22 altius] '*al. c. u.* alternis' *margo L* que se *om. F* eum daphnona *cum Pithoeo Turneboque L:* eum daphona *BP,* eum diphona *pt,* cudophona *CDG,* cadophona *AEFs,* adophona *S* ambitioni *s*

haerebat. nec diu morata dominam producit e latebris laterique *LO* meo applicat mulierem omnibus simulacris emendatiorem. nulla vox est quae formam eius possit comprehendere, nam quicquid dixero, minus erit. crines ingenio suo flexi per totos se umeros effuderant, frons minima et quae radices capillorum retro flexerat, supercilia usque ad malarum scripturam currentia et rursus confinio luminum paene permixta, oculi clariores stellis extra lunam fulgentibus, nares paululum inflexae et osculum quale Praxiteles habere Dianam credidit. iam mentum, iam cervix, iam manus, iam pedum candor intra auri gracile vinculum positus: Parium marmor extinxerat. itaque tunc primum Dorida vetus amator contempsi

*

quid factum est, quod tu proiectis, Iuppiter, armis
inter caelicolas fabula muta taces?
nunc erat a torva summittere cornua fronte,
nunc pluma canos dissimulare tuos.
haec vera est Danae. tempta modo tangere corpus;
iam tua flammifero membra calore fluent

---

1 dominamque *G* perducit *ADFGs.* perducit dominam *inuertit A* e *om. s;* e lateribus *G* 2 meo applicat *ABCFGPst:* applicat meo *ceteri* emendationem *D* 3 nanque *G* quicquid, *non* quidquid *ABFGLP* 4 ignenio *F* sese *propagatum ex Goldastiana* umeros *erasa* h *B*, *cum* h *reliqui* 5 effunderant *F et a primo G*, effuderat *D* minima *et in margine* maxima *A* apices *Winkelmannus operum IIII p. 185* 6 et supercilia *ACDFGs* malorum *ADFG* scripturarum *B;* iuncturam *S*, *margo t.* structuram *I. F. Gronouius*, stricturam *Winkelmannus operum IIII p. 204* et *om. Memmianus* fusus *ante Sambucum. post* rursus *deletum* supe *L* confininio *B* 7 luminis *Memmianus* clarioses *F* surgentibus *L Memmianus, uetus Pithoei:* 'al. fulgentib.' *margo L* 8 narres *A* reflexae *G* et *om. L* obsculum *CF. ridicule sauium accipiunt plerique, est autem paruum os sicut alibi et apud Plinium XXVIII 2, 25* prasiteles *C*, praxatiles *B* 9 Dionam *Meyerus*, Dionen *aut* Cnidiam *susp. Iahnius* mentum *B* 10 positum *sed in margine* 'positus *ut u. c. al.*' *L* pharium *B quamquam Altissiodurensem habere* planum *Pithoeus ait et P*, parui *A* 11 extinxerat *sine* s *ABFGLP* itaque *post* tunc *in primordio uersus repetitum F* Dŏrida primūm *L.* doxida *ADFGs*, dosida *C*, inoxida *E* contempsi *cum* p *ABFGLP asteriscis uacuoque spatio a superioribus disparant hoc carmen Lt: non agnouit lacunam p* 12 qvaid *P* prolectis *B* iupiter *AFGP* 13 muta *corr. ex* maita *ut uidetur B* 14 summittere *ABG:* summictere *F*, submittere *reliqui* 15 pluuia *P* carnes *F;* crines *Ls*, *margo t:* 'u. c. canos' *margo L* tuom *Stewechius* 16 damne *A*, damna *B*, daphne *CFG.* est uera dane *P* tenta *praeter BP omnes* 17 flamifero *F*, flammiuero *B* membra *super inducto uocabulo scri-*

LO *

delectata illa risit tam blandum, ut videretur mihi plenum os extra nubem luna proferre. mox digitis gubernantibus vocem 'si non fastidis' inquit 'feminam ornatam et hoc primum anno virum expertam, concilio tibi, o iuvenis, sororem. habes tu quidem et fratrem, neque enim me piguit inquirere; sed quid prohibet et sororem adoptare? eodem gradu venio. tu tantum dignare et meum osculum, cum libuerit, adgnoscere.' 'immo' inquam 'ego per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere. invenies religiosum, si te adorari permiseris. ac ne me iudices ad hoc templum Amoris gratis accedere, dono tibi fratrem meum.' 'quidni?' inquit illa 'donas mihi eum, sine quo non potes vivere, ex cuius osculo pendes, quem sic tu amas, quemadmodum ego te volo?' haec ipsa cum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis sonus pertemptatum mulcebat aera, ut putares inter auras canere Sirenum concordiam. itaque miranti, et toto mihi caelo clarius nescio quid relucente, libuit deae nomen quae- 127

---

ptum L colore *B* fluunt *CD*, fluant *P* uersus VI *subscriptum A. asteriscum adicit L, intericiunt pt*

1 electata *P* eam plandum *P* extra nubem plenum os *inuertit t.* mihi extra nubem luna caput proferre *L*, *margo t* 3 inquid *P* mulierem *L*, *margo t* orbatam *E;* hornam *p*, *non uetus Pithoei* 4 expartem *B* consilio *FP* o *om. D* habet; et tu *s* tú *B a me*, tum *B a Mommseno collatus;* tu *om. C* et *om. ADFGs* 5 *post* fratrem *scripta in L* haec ipsa — concordiam *u.* 13—15 *sed inducta sunt* pignit *F* inquirere *BPpt:* quaerere *ceteri* quis *Memmianus* 6 adoptarem *P.* adoptare eodem gradu ueniae *Lipsius*, adoptare eodem gradu? uenia tu *Palmerius qui debebat* me *ante* dignare *inserere* tantum *BPpt:* tam *F*, tamen *reliqui*, tandem *Memmianus* 7 adgnosce *B*, agnosce *Pt*, agnoscere *p*, cognoscere *ceteri, totum abest a CDG* imo *FLP*, ymo *A* inquam *om. G* 8 fastideas *F* intra *G* ammictere *F* 9 iuuenes *EF*, iuenes *A* 10 amoris *om. ACDFGLst* 11 quimni *P*, quid? *manuscriptus Douzae et Memmianus*, quid tu *p sed* quidni *etiam uetus Pithoei* inquid *P* dones *Ls*, *margo t* mihi *om. F*, '*deest* mihi *in q. c.*' *Tornaesius.* eum mihi *inuertunt st* cum *F*, illum *manuscriptus Douzae* fine quo *F* 12 quuius *D* obscolo *mutatum in* obsculo *F.* oculo *I. F. Gronouius* 13 grâ *L* 14 tam *corr. ex* tantus *L* pertemptatum mulcebat *B:* pertemptatum mulcebant *P*, pertentatum mulcebat *Lpt*, pertentabat *reliqui* caera *C* 15 intus *S* aures *ABCDEFGPs*, *non Lpt* Sirenarum concentus credas esse *dixit imitator Ioannes Saresb. pol. I 6 p. 39* et *om. Antonius, ex silentio CE. tam autem male haec enuntiati particula cum* miranti *conectitur ut non dubitem quin pleniorem miraculi descriptionem in angustum epitomator coegerit* 16 caelo cla-

rere. 'ita' inquit 'non dixit tibi ancilla mea Circen me vocari? non sum quidem Solis progenies, nec mea mater, dum placet, labentis mundi cursum detinuit. habebo tamen quod caelo imputem, si nos fata coniunxerint. immo iam nescio quid tacitis cogitationibus deus agit. nec sine causa Polyaenon Circe amat: semper inter haec nomina magna fax surgit. sume ergo amplexum, si placet. neque est quod curiosum aliquem extimescas: longe ab hoc loco frater est.' dixit haec Circe, implicitumque me brachiis mollioribus pluma deduxit in terram vario gramine indutam: *LO*

Idaeo quales fudit de vertice flores
terra parens, cum se concesso iunxit amori
Iuppiter et toto concepit pectore flammas:
emicuere rosae violaeque et molle cyperon,
albaque de viridi riserunt lilia prato:

---

rius *BLPpt*: clarius celo *reliqui* nescio quid relucente *om. Memmianus;* reducente *AF.* relucentis *Heinsius uulnus non ignorans quidem sed non dignoscens* habuit *F* nomen deae *inuertunt ADEFGs*

1 itaque *G.* itane *maluit Heinsius* circem *ABCDFGP.* me circem *inuertit B,* me Circen *p* uocare *G* 2 me *D.* nec deo mea *Heinsius* placet *ABDEFGLPpst:* placuit *C, codex Douzae. Petronius dederat opinor* dum deo placet *quod Heinsius quoque senserat.* cum placuit *Douza* 3 currum *I. F. Gronouius* detinuit *corr. ex* tenuit *L* habeo *ACDFGLPpst* quod] quidem *F* uos *P,* non *s* 4 coniunxerunt *ACDEGs,* coniuncxerunt *F* imo *FL,* ymo *A. argumento est haec coniunctio non nulla librarium praetermisisse* iam *om. L.* etiam *Goldastiana* quod *B.* quis *Burmannus* cognitationibus *F.* concitationibus *Heinsius* mens agit *Cuperus* 5 caussa *LP* polyę.non circe *ut ultima littera uideatur* a *fuisse B,* bolienon circen *P,* bolieno nece *CDGS,* belieno nece *Ast,* beliena nece *F,* belienonecce *E.* 'pollienon. *male' margo L.* '*Altissiodurensis* Belienon *male' Pithoeus in uetere suo* Poliaenos *et* Boliaenos *legi testatus p. 179* semper *Bp:* sed *ceteri.* scilicet *Heinsius* haec *om. Memmianus* 6 magna *om. Antoniana. prorsus inscita haec uerba sunt:* fax *num nuptialis an alia quaepiam cogitetur non discernas neque si* magna fax *apte commemorari concesseris, non mireris* surgentem. *minimum expectaui* magna fax amoris fulget; *itaque stetisse per epitomatorem existimo quo minus perspicua sententia et aperta esset.* magna pax *Heinsius;* sed inter haec inania lux fugit *Iacobsius* summe *ACF et a primo G* 7 est qui *F* aliquid *E* contimescas *Memmianus* fratrē *P* 8 me *om. AEFGLs* brachis *B* mallioribus *D,* molioribus *A* 9 uarie *P, Hadrianides* 10 Ideo *scripti omnes* quales *refertur ad* uarium gramen. *alioquin* qualis *scribendum cum Hadrianide* fundit *AFs, Memmianus* 11 cum se] '*al. u. c.* cresce' *margo L* concesso *de coniectura Sambuci margo t:* confesso *libri* iuncxit *F,* uinxit *s (non S) margo t cum Memmiano* 12 iupiter *AFP* coepit *B* 13 uicleque *F,* ridetque *s* ciperon *AFG*

LO talis humus Venerem molles clamavit in herbas,
candidiorque dies secreto favit amori.

in hoc gramine pariter compositi mille osculis lusimus, quaerentes voluptatem robustam

*

L ‖ 'quid est' inquit 'nunquid te osculum meum offendit? nunquid spiritus ieiunio macer? nunquid alarum negligens sudor? puto. si haec non sunt, nunquid Gitona times?' perfusus ego rubore manifesto etiam si quid habueram virium, perdidi, totoque corpore veluti laxato 'quaeso' inquam 'regina, noli suggillare miserias. veneficio contactus sum' 128

*

'dic, Chrysis, sed verum: nunquid indecens sum? nunquid incompta? nunquid ab aliquo naturali vitio formam meam excaeco? noli decipere dominam tuam. nescio quid peccavimus.' rapuit deinde tacenti speculum, et postquam omnes vultus tentavit, quos solet inter amantes risus fingere, excussit vexatam solo vestem raptimque aedem Veneris intravit. ego contra damnatus et quasi

---

1 *suppositicium Iacobsius esse duxit* humas *C.* humus Venerem in herbas clamat *uidetur ualere hoc: humus Veneri operam daturos inuitat ut in herbis considant.* mollem inclinauit in herbam *Douza*, molles Venerem inclinauit in herbas *Hadrianides* 2 *hoc loco praetermittunt ACDEFGs unde* uersus VI *subscriptum A. eum uersum quarto subsequentis carminis uersui p.* 178, 6 *subiciunt AFGs, quinto eiusdem carminis uersui p.* 178, 7 *CE, plane omisisse uidetur D. pro interpolato habuit Wehlius p. 54 cui miror mirum uocari comparatiuum* candidior; *nempe pulsis nubibus candidior adfulsit dies* diues *F* 3 conposui *F* lusimus *om. AEF. quae secuntur uerba, rectius separaueris ut pote singulariter excerpta* querentem *F* 4 *lacunae signa habent Lpt.* CIRCE AD POLYAENVM *in ultimo paginae uersu L,* CIRCE AD POLLIENVM *in margine pt* 6 'l. marcet' *margo L*, acer *praeter* marcet *Richardus*, acet *Wouwerius ad Sidonium*, macet *Gruterus*, macet *aut* mucet *Heinsius* negligens *corr. fortasse ex* negligus *l.* sudor, Puto *L*, sudor? Puto *pt.* Porro *margo t;* sudor putet *Lipsius*, sudorem puteo *Burmannus*, sudore puteo *Antonius. suspicabar* sudor? aut si 7 Guitona *L* ergo *L* 8 uiri *incertus aliquis* 9 uelut *pt* luxato *Iungermannus* siggillare *mutatum in* sugillare *L* 10 *tres asteriscos L, unum pt habent.* CIRCE *in fine uersus adponit L, in margine pt* 11 Chrisis, *non* Chrysis *constanter uetus Pithoei* numquid incomta, numquid indecens sum *Bern. Martinus* 12 *tenemus rursum epitomatorem qui cum Petroniana fere haec legeret* formam habeo excaecatam, *redegit ea in enuntiationem omnino barbaram* 13 decepere *L* 15 nisus *Douza. fortasse* usus fingere *Cuperus:* frangere *libri*

quodam visu in horrorem perductus interrogare animum meum coepi, an vera voluptate fraudatus essem: L

|| nocte soporifera veluti cum somnia ludunt LO
errantes oculos effossaque protulit aurum
in lucem tellus: versat manus improba furtum
[thesaurosque rapit, sudor quoque perluit ora]
et mentem timor altus habet, ne forte gravatum
excutiat gremium secreti conscius auri:
mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem
veraque forma redit, animus, quod perdidit, optat
atque in praeterita se totus imagine versat

*

|| 'itaque hoc nomine tibi gratias ago, quod me Socratica fide diligis. non tam intactus Alcibiades in praeceptoris sui lecto iacuit' L

*

129 'crede mihi, frater, non intelligo me virum esse, non sentio. funerata est illa pars corporis, qua quondam Achilles eram'

*

veritus puer, ne in secreto deprehensus daret sermonibus locum, proripuit se et in partem aedium interiorem fugit

---

1 uiso *Douza* 3 *hoc carmen, quod transcriptum est in florilegium Parisinum et Vindobonensem codicem a Burmanno secundo anth. lat. uol. II p. 643 laudatum, Petronii nomen ementiri persuasit mihi Wehlius p. 53 ss.* ueluti cum] si quando *florilegium et Vindobonensis* ludent *florilegium* 4 oṣculos *G* effosaque pertulit *primo habuerat L.* effosaque *P* 5 inlucet *florilegium* uersat] '*u. c.* non sit. *f.* non scit' *margo L.* ñ sat *P* 6 *utique subditicius. cf. cap. 124 u. 292 et cap. 120 u. 97* ꝑroluit *ACDFGLs cum margine t* artus *florilegium, idque scripserat interpolator* *post hunc uersum etiam in L legitur repetitus e p.* 177, 2 *ille* candidiorq. dies secreto fauit amori, *margini autem adscripsit Scaliger* '*in duob. u. c. non inueni. et irrepsit sine dubio*'. *de ACEFGs uide adnotata ad. p.* 177, 2

7 mentes *P* 9 clausam *E* 10 *cf. p.* 95, 10 qͦd *L*, quid *F* 11 praeteritu *P* uersus X *subscriptum A* *asteriscos quattuor uel duos interponunt Lpt.* GVITON AD EVCOLPION *in uersu intermisso L*, GYTON *aut* GITON AD EVCOLPIVM *in margine pt* 13 lecto *L*: lectulo *pt* *asteriscos duos interponunt Lpt.* EVCOLPIVS AD GVITONEM *in internallo uersuum L, in margine pt ubi* GYTONEM *aut* GITONEM *scribitur* 15 illa pars *L*: pars illa *pt* *tres asteriscos habet L, unum pt* 16 Veritus *praeposito asterisco p.* Vetitus *margo t* secreo *L tam detritis litteris ut uel* sterco *legere possis* 17 interiorem aedium *L teste Mommseno* fugit. * * * || cubiculum *L*, *asteriscus unus in p, duo in Memmiano. nulla lacuna in t*

*

LO || cubiculum autem meum Chrysis intravit codicillosque mihi dominae suae reddidit, in quibus haec erant scripta: 'Circe Polyaeno salutem. si libidinosa essem, quererer decepta; nunc etiam languori tuo gratias ago. in umbra voluptatis diutius lusi. quid tamen agas, quaero, et an tuis pedibus perveneris domum; negant enim medici sine nervis homines ambulare posse. narrabo tibi, adulescens, paralysin cave. numquam ego aegrum tam magno periculo vidi; medius fidius iam peristi. quod si idem frigus genua manusque temptaverit tuas, licet ad tubicines mittas. quid ergo est? etiamsi gravem iniuriam accepi, homini tamen misero non invideo medicinam. si vis sanus esse, Gitonem roga. recipies, inquam, nervos tuos, si triduo sine fratre dormieris. nam quod ad me adtinet, non timeo, ne quis inveniatur cui minus placeam. nec speculum mihi nec fama mentitur. vale, si potes.'

ut intellexit Chrysis perlegisse me totum convitium, 'solent' inquit 'haec fieri, et praecipue in hac civitate, in qua mulieres etiam lunam' deducunt'

---

1 intrauit Chrysis *inuertunt pt et de silentio E.* chrydis *B*, chrisis *C*, crisis *AFP* codicellosque *CDGLP* 2 reddit *s* CIRCE POLYENO. SAŁ *B*: *om. ACDEFGLPpst* 3 si *om. A* libidiniosa *P* quereret *P* et *ACEFGs* gratias languori ago *inuerso ordine omissoque pronomine ACDEFGs.* langori *AEFP. restituas* etiam gratias languori tuo ago 4 quod in umbra *coni. Sambucus* tandem *t:* tamen *etiam Memmiauus* 5 puc̃ris *sed in margine* puen'is *A*. 6 ncruis] pedibus *A.* uenis *quidam teste Bapt. Pio* homines ambulare posse *BLPpt:* homines posse ire *CG*, posse ire *reliqui quibuscum* iri *Delbenus* adolescens *praeter CDP omnes* paralisin *G*, paralysim *Ls*, paralisim *ACF*, paralisi *P* 7 numquam, *non* nunquam *BFP* ego *ante* egrum *om. ACEFGLPst* magnũ periculũ *primo habuerat B* 8 periisti *A* quid *Gs* frĩgus ĩdem *A* genna *F*, gennua *P* temptauerit *BP:* tentauerit *ceteri*, tenuerit *G* 9 tibicines *DF* mittes *AG*, mictes *CF* quam si *F* 10 tam *AFLs. fortasse* tamen tam inuenio *ACDEFGP. num* inuidero? medicinam *s* si ẽ *t. deest nihil* 11 gẏtonem *Bp*, gytona *ubi* y *mutatum ex* ui *L*, gitona *DF*, gytona *CGs*, gythona *A:* Gitonem *t cum EP* rogo *s et primo L.* Gitoni te nega *uel* Gitonem abnega *Heinsius*, Gitona ne roga *Boschius*, Gitonem abroga *Reiskius*, Gitonem missionem roga *Iahnius. ego omissa uelut haec* ut solus cubitum eat *opinor* 12 quid *F* adtinet *B:* attinet *ceteri*, actinet *F* tim̃o *F* 13 quui *D*, cur *F.* cui non minus *Ls* mihi] hi *super rasis litteris quarum postrema* l *aut* t *fuit L* 14 uale si potes *in margine addidit L, om. ACDEFGs* 15 et *ACDEF.* et in intellexit *P* chrisis *A*, crisis *BFP* perlegissc me *BLPp:* me perlegisse *ceteri* conuitium *per* t *GP* solet *s* 16 haec *om. ACDEFGs*

*

'itaque huius quoque rei cura agetur. rescribe modo blandius *LO*
dominae animumque eius candida humanitate restitue. verum enim
fatendum est: ex qua hora iniuriam accepit, apud se non est.' li-
130 benter quidem parui ancillae verbaque codicillis talia imposui: 'Po-
lyaenos Circae salutem. fateor me, domina, saepe peccasse; nam
et homo sum et adhuc iuvenis. numquam tamen ante hunc diem
usque ad mortem deliqui. habes, inquam, confitentem reum: quic-
quid iusseris, merui. proditionem feci, hominem occidi, templum
violavi: in haec facinora quaere supplicium. sive occidere placet,
ferro meo venio, sive verberibus contenta es, curro nudus ad domi-
nam. illud unum memento, non me sed instrumenta peccasse.
paratus miles arma non habui. quis hoc turbaverit, nescio. forsi-
tan animus antecessit corporis moram, forsitan dum omnia concu-
pisco, voluptatem tempore consumpsi. non invenio, quod feci. pa-
ralysin tamen cavere iubes: tamquam etiam maior fieri possit, quae
abstulit mihi, per quod etiam te habere potui. summa tamen excu-

---

fieri] frater *Bituricus* et *suspectum* et lunam *G* 17 deducunt lunam *inuertit A* *tres asteriscos L, unum t interponit. continuatae (ut in p) orationi non conuenit* itaque

1 ita *Memmianus* agitur *ACDEFGs* rescribe modo *BELPpt:* rescribemus *ACDFG*, rescribe *s* 2 dne *F* eius *BEp: om. ACDFGLPst* restituemus *S* utrum enim *P* 3 est *om. ACDFGLPst* ora *CF* 4 quidam *P. rescribe* equidem codicellis *AFGLP* composui *FG*, ĩposuit *P* POLYAENOS *L*, POLYENOS *B:* Polienos *p*, Bolienos *t*, olienos *ACDEFGs*, Bollenus *Memmianus. abest inscriptio a P* 5 cirac *G*, cirte *E*, circe *ceteri praeter L* salt *A* domina me *inuertunt ACDEFGs* 6 numquam, *non* nunquam *BP* hanc *Lp*, *uetus Pithoei* 7 habe *s*, *margo t* inquam *om. BLpt* quicquid *per* c *ABFGLP* 8 homines *AEFs* 9 haec mala facinora *LP* quaerere *G* sine *P* 10 *post* meo (in eo *P*) *interpunxit L. scribendum* cum ferro meo siue uerberibus — 12 nescio *om. G* 11 illud unum *BLPpt:* id tantum *ceteri nisi quod* tamen *E*, tm̄ *F habet* peccasse. * paratus *t* 12 parata *coni. Sambucus. 'mel.* parata' *margo L* hoc *BLpt:* hec *ceteri* forsitã *G* 13 antecesserit *ACDFGs* moram corporis *inuertunt ADEFGs.* cõporis *L*, operis *margo t* omni *CDEFGs*, omĩ *A* 14 temere *Iacobsius* consumpsi *per* p *ABFGP* paralysim *BGLs*, paralisim *AFP* 15 iubes tamquam iam maior *bis scripta P* tamquam, *non* tanquam *BCP* etiam *scripsi:* iam *ABCFGLPpt. om. s cum DE, 'deest* iam' *Tornaesius* quae *om. B. uide an* ualitudo *quoque interciderit* 16 per *om. A* etiam *om. L fortasse recte*

LO sationis meae haec est: placebo tibi, si me culpam emendare permiseris'

*

L || dimissa cum eiusmodi pollicitatione Chryside curavi diligentius noxiosissimum corpus, balneoque praeterito modica unctione usus, mox cibis validioribus pastus, id est bulbis cochlearumque sine iure cervicibus, hausi parcius merum. hinc ante somnum levissima ambulatione compositus sine Gitone cubiculum intravi. tanta erat placandi cura, ut timerem ne latus meum frater convelleret. postero 131
die, cum sine offensa corporis animique consurrexissem, in eundem platanona descendi, etiamsi locum inauspicatum timebam, coepique inter arbores ducem itineris expectare Chrysidem. nec diu spatiatus consederam, ubi hesterno die fueram, cum illa intervenit comitem aniculam trahens. atque ut me consalutavit, 'quid est' inquit 'fastose, ecquid bonam mentem habere coepisti?'

illa de sinu licium protulit varii coloris filis intortum cervicemque vinxit meam. mox turbatum sputo pulverem medio sustulit digito frontemque repugnantis signavit

hoc peracto carmine ter me iussit expuere terque lapillos conicere in sinum, quos ipsa praecantatos purpura involverat, admotisque manibus tentare coepit inguinum vires. dicto citius nervi paruerunt imperio manusque aniculae ingenti motu repleverunt.

---

1 haec *super uersu scriptum L* dimiseris *natum ex* dimissa *AEF* 2 *tres asteriscos L, unum pt inserunt.* uale *de Meursii coniectura Goldastus addidit sublato signo lacunae. sed ut absolutum sit epistolium, deest pollicitationis memoria* 5 pastus.i.bulbis *t* 6 struicibus *Lipsius* lenissima *t* 7 Guitone *L* 8 *haec in breuius coacta ab epitomatore* 9 in idem *Lp cum Memmiano.* inde in *Iungermannus* 10 et si *L* 12 quum *L* comitem Proselenon aniculam *t. cf. p.* 183, 16. aniculam *om. Memmianus* 14 astrose *Munckerus* 15 *aliquid periisse persuadet asyndeton. saltem* interim anicula *addi debebat* 16 mox purg turbatum *L* 17 signat *inde ab Hadrianide propagatum* *nulla lacuna in libris. infarserunt epigramma Priapeum anthologiae Burmannianae VI 81, 9 et 10 (Meyerianae 1694, 9 et 10):* Dum uiuis, sperare licet. tu, rustice custos, Huc ades et neruis, tente Priape, faue. *quod postquam Scaliger non dubitauit 'quin ex satyrico Menippeo Petronii acceptum fuerit: nam alia ad huius intelligentiam opus sunt, quae ut uerisimile est in prosa sua tractabat Petronius', in Petronianum hoc caput post* excitaui *p.* 182, 2 *Goldastus transtulit, in hunc locum Boschius. longiusculum fuisse incantamentum ex* peracto *consequitur* 18 coniicere *libri* 21 tumore *Gonsalius* repulerunt *Iahnius*

at illa gaudio exultans 'vides' inquit 'Chrysis mea, vides, quod aliis leporem excitavi?' L

*

‖ nobilis aestivas platanus diffuderat umbras LO
et baccis redimita Daphne tremulaeque cupressus
et circum tonsae trepidanti vertice pinus.
has inter ludebat aquis errantibus amnis
spumeus et querulo vexabat rore lapillos.
dignus amore locus: testis silvestris aedon
atque urbana Procne, quae circum gramina fusae
et molles violas cantu sua iura colebant

*

premebat illa resoluta marmoreis cervicibus aureum torum myrtoque florenti quietum . . . verberabat. itaque ut me vidit, paululum erubuit, hesternae scilicet iniuriae memor; deinde ut remotis

---

1 quod *delebat Brouckhusius.* quem *Nodotus* aliis *LT, uetus Pithoei cf. Ouidius artis III 662:* alis *pt.* '*egregia metaphora*' *in margine L Scaliger* 2 *asteriscos tres L, unum pt habent* 3 obilis *et in margine* m *G. sic coniecit Heinsius* diffundat *P* 4 *post* 5 *collocant Lpt* bacis *BEL,* bacchis *G* redumita *P* daphne [laurus] *B,* dane *P,* damne *F,* clamne *A* tremuloque *CG* 5 circuntonsae *L,* circumrose *habuerat ni fallor F* crepitanti *margo L de coniectura Iunii* 6 cludebat *G* trepidantibus *L.* '*alii* ludentibus' *Patissonus,* lucentibus *Tollius* 7 uersabat *inde a Patissono propagatum* capillos *ACDEFGPS* 8 siluester *ABFGPpst cum Parisino 6842 D.* ὁ ἀηδών *Graecis non incognitum* aedon *s, margines Gt;* '*nullum exemplar* aedon' *Pithoeus;* '*al. c. u.* aedon, *ut uulg. et melius*' *margo L:* iasdon *CDGpt cum Parisino 6842 D,* iason [d] *E,* yasdon *FP,* hiasdon *A,* isdon *B* siluesterisdon *coniungens,* hirundo *L et Tolosanus* 9 orbata *Brouckhusius* Procne *L,* procne *mutatum in* progne *B:* progne *ceteri* grana [mi] *B,* gramine *F* fusa *coni. Sambucus,* gramine fusa *Heinsius,* gramine fuso et molli uiola *Schultingius* 10 ac molles *ABCGst,* ac moles *P* iura *Memmianus:* rura *qui extant libri praeter B ubi* cantus uasura *et P ubi* suasura *legitur* colebat *BCF,* solebat *P.* replebant colebant *L* uersus VIII *subscriptum A asteriscum inserit t, non Lp. intus facta esse quae secuntur et* aureus torus *probat quem temere in* herbidum *aliquis mutauit et continuitate libidinum colligata narratio p.* 183, 15 *euincit* 11 promebat *P,* tremebat *ACDFGs,* fremebat *ante Sambucum* illa *om. F.* hilare soluta *Lipsius* resolutis *G* ciuibus *s* tortum *ACDEGs,* torcum *F* 12 mirtoque *A,* myrtaque *BCL,* myrque [ta] *G,* mirtaque *DFP,* mitraque *E,* myrthaque *Memmianus* cubitum *Lipsius. ego* femur *aut* latus *aut* pectus *aut simile uocabulum intercidisse statui* 13 externe *F* scilicet] .s. *A*

LO omnibus secundum invitantem consedi, ramum super oculos meos posuit, et quasi pariete interiecto audacior facta 'quid est' inquit 'paralytice, ecquid hodie totus venisti?' 'rogas' inquam ego 'potius quam temptas?' totoque corpore in amplexum eius inmissus non praecantatis usque ad satietatem osculis fruor

*

L || ipsa corporis pulchritudine me ad se vocante trahebat ad venerem. iam pluribus osculis collisa labra crepitabant, iam implicitae manus omne genus amoris invenerant, iam alligata mutuo ambitu corpora animarum quoque mixturam fecerant 132

*

---

manifestis matrona contumeliis verberata tandem ad ultionem decurrit vocatque cubicularios et me iubet catomidiari. nec contenta mulier tam gravi iniuria mea convocat omnes quasillarias familiaeque sordidissimam partem ac me conspui iubet. oppono ego manus oculis meis, nullisque effusis precibus, quia sciebam quid meruissem, verberibus sputisque extra ianuam eiectus sum. eicitur et Proselenos, Chrysis vapulat, totaque familia tristis inter se mussat quaeritque, quis dominae hilaritatem confuderit

---

1 resedi *L, margo t* suos *L, margo t* 2 audatior *P* facta] fateri *F* est *om. s*, '*deest* est' *margo t* inquid *P* 3 paralitice *AF* hec quid *P*, et quid *ADF*, quod *B*, et *G* totus *om. t;* lotus *de coniectura s* ego *om. G;* ergo *s* pocius *P* 4 temptas *BP:* tentas *ceteri* totoque pectore *P* inmissus *B:* ĩmissus *F*, immissis *CD*, immissus *reliqui* 5 p̃cantatis *B:* praecantis *uel* precantis *ceteri.* immissus * non praecautis *t* usque — fruor *in margine prima manu E* sacietatem corporis fruor *G.* osculos *P* *tres asterisci in L, duo in p. lacuna nulla in t.* EVCOLPIVS DE ENDYMIONE PVERO *in uersu interposito praemittit L, margini adiecere pt. inde concludo una cum titulo illo proximos quattuor uersus ex alia parte saturarum huc translatos esse ab excerptore similis argumenti caussa.* animarum *enim* mixtura *plenum et optabilem coitum declarat, Circae autem non adeo satis fecisse Encolpium elucet ex inferioribus* 6 trahebar *Burmannus. puer ante* ipsa *commemoratus erat* 9 animarum quoque mixturam *pt:* animarumque misturam *L* *asteriscos tres L exhibet, duos p, unum in uacuo uersu t* 11 catomidiari *Salmasius; de passiua forma cf. u.* 13: catorogare *libri.* 'catorygare. natis πυγή. percidere. catalogare. cato rigare. κάτω' *aliud super alio scripta margo L.* catomis caedi *explicauerat Pithoeus;* catomis obiurgari *Heinsius*, catomo ligare *Turnebus*, catomo dare *Scioppius*, catapygare *Reiskius* 12 quassillarias *margo t*, quassitarias *t.* quaesitarias *Turnebus*, quaestuarias *Rittershusius* 14 multisque *Memmianus, Rogertinus Douzae* effusis precibus *L:* precibus effusis *pt* 15 *fortasse* sputisque obrutus eiicitur *libri* 17 quaerit || quaeritque *L*

*

itaque pensatis vicibus animosior verberum notas arte contexi, *L* ne aut Eumolpus contumelia mea hilarior fieret aut tristior Giton. ‖ quod solum igitur salvo pudore poteram confingere, languorem *LO* simulare coepi, conditusque lectulo totum ignem furoris in eam converti, quae mihi omnium malorum causa fuerat:

ter corripui terribilem manu bipennem,
ter languidior coliculi repente thyrso
ferrum timui, quod trepido male dabat usum.
nec iam poteram, quod modo conficere libebat;
namque illa metu frigidior rigente bruma
confugerat in viscera mille operta rugis.
ita non potui supplicio caput aperire,
sed furciferae mortifero timore lusus
ad verba, magis quae poterant nocere, fugi.

erectus igitur in cubitum hac fere oratione contumacem vexavi: 'quid dicis, inquam, omnium hominum deorumque pudor? nam ne

---

post confuderit *lacunam significat duobus asteriscis p, non Lt*
1 uibicibus *Douza*, uiribus *Putschius*. repensatis uibicibus *Iacobsius*, ...itaque penatibus reuisis *idem postea*, densatis uibicibus panthera maculosior *Reiskius*, ego uero curatis uibicibus animosior *Nodotus* an *ante* arte *deletum L* 2 Guiton *L* 3 quid *CD* agitur *F* ppnd'ore *P*, honore *Memmianus* poterat *Lt cum Biturico* confingere *Cp*: contingere *ABDFGLPst*, contigere *E*. *delebat Palmerius* langorem *AFG cum Biturico* 4 simulare coepi *Lp*: simulaḅaṃ ui *C*, putaui *AEF*, simulaui *reliqui* cognitusque *F* lecticulo *ȦḞst* ygnem *F*, igne *C* 5 quaéue omnium *s* caussa *LP* 6 '*al.* terribili' *Pithoeus; sic Memmianus* manu pennem *A*, manibus penem *Parisinus 6842 D*. bipennem *ab alio mutatum in* penem *G* 7 languidor *P* colicoli *B*, coli *Parisinus 6842 D*, celicoli *AFP*, caelicori *E*. coliculi *errore enotatum ex C* repente *ABFGLpst quod iungas cum* languidior timuit: tepente *de coniectura Richardi uulgo, CDEP*. recente *Iacobsius* tirso *ADEG*, tuso *F* 8 terrum *F* tumui *P*, '*al. c.* tremuit' *margo L*, '*al.* tremui' *Pithoeus*. *tertia persona utique restituenda quia mentula intellegitur* dabat male *inuertunt Lst* 10 nanque *L* 11 male *L* operata *E* iugis *F* 12 ita] iam *ante Sambucum, margo t* pouimi *P* supplicit *Bituricus* capud *P* operire *A* 13 furcifer *A*. fursifere tumore *P* lusis *AEF*, *margo t* 14 poterunt *F* fugit *ACF et a primo G* uersus IX *subscriptum A* 15 ereptus *E* cubiculum *G* ratione *E*, oracionem *P* quidem te inter res serias fas est *post* oratione *ponit et suo loco in p.* 185, 1 *repetit D* uexaui contumacem *inuertunt ACDEFGs* 16 dixis *P* inquam *intra orationem posui tanquam indignantis* hominum omnium *transmutat G* nan *potius quam* nau *A* ne *ABCDFGPst*: nec *Lp cum E*

LO nominare quidem te inter res serias fas est. hoc de te merui, ut *L* me in caelo positum ad inferos traheres? ‖ ut traduceres annos primo florentes vigore senectaeque ultimae mihi lassitudinem imponeres? rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde.' haec ut iratus effudi,

LO ‖ illa solo fixos oculos aversa tenebat,
nec magis incepto vultum sermone movetur
quam lentae salices lassove papavera collo.

nec minus ego tam foeda obiurgatione finita poenitentiam agere sermonis mei coepi secretoque rubore perfundi, quod oblitus verecundiae meae cum ea parte corporis verba contulerim, quam ne ad cognitionem quidem admittere severioris notae homines solerent. mox perfricata diutius fronte 'quid autem ego' inquam 'mali feci, si dolorem meum naturali convitio exoneravi? aut quid est quod in corpore humano ventri maledicere solemus aut gulae capitique etiam cum saepius dolet? quid? non et Vlixes cum corde litigat *L* suo, ‖ et quidam tragici oculos suos tanquam audientes castigant? podagrici pedibus suis maledicunt, chiragrici manibus, lippi oculis,

---

1 est *om. G* 2 in coelum *Memmianus* 3 m̃ihi ultim̃ae *L* 4 apodixim *L* defectoriam *Memmianus. suspicabar* nec defunctoriam *quoniam* defunctorium *aut perfunctorium dici quod obiter ac negligenter fiat, non quod rem aperte ac praecise conficiat, et cap. 136 et rhetor Seneca cum iuris scriptoribus ostendit* 6 *et* 7 *Vergiliani uersus Aeneidis VI 469 et 470* solos *P* fissos *F* aduersa *AFGP.* diuersa *s, margo t* 7 incerto *s, non S* uultum *BLPp,* uoltum *Vergilius:* uultus *ceteri* 8 *om. P* silenta salix *margo B imitatione Vergiliana Aen. VI 471 'quam si dura silex aut stet Marpesia cautes'.* lenta salix quantum *Vergilius ecl. V 16*, lassoue papauera collo *idem Aen. VIIII 434* lapsoue *CG* uersus III *subscriptum A* 9 finitam *P* '*auctor dialogi de oratoribus cap. 15:* neque illius, inquit, sermonis mei poenitentiam ago *ubi Pithoeus notat in exemplari Italico adscriptum fuisse* eadem uerba sunt Petronii' *Burmannus* 10 uérecundiae *B* 11 eam *A* uerba *om. D* quaeue ad *P* 12 cogitationem *Rittershusius* admittére *B*, admictere *F* solerent *B Memmianus:* solent *ceteri* 13 perfricta *ut* a *corr. ex* o *uideatur L, margo t.* confricta *Memmianus* autem *om. L Memmianus* 14 natali *s cum margine t, non S* conuicio *libri praeter BP; in G* t *an* c *esset non discernebam* exhoneraui *P* est quod] qđ *F* malédicere *B* 16 non *BLP:* num *ACDFGpst*, ni *coniungens* quidni *E* et] ut *AEFs*, exul *L cum Memmiano et margine t. cf. Odysseae XX 17, nec Romanum uersum menti scriptoris obuersatum esse credo* ulixes, *non* Vlyxes *ABCDFGP;* Ulysses *L* 17 quidem *p* tragici *non poetae aut auctores sed personae fabularum uelut Oedipus* tanquam uidentes aut aures tanquam audientes *Bongarsius*

et qui offenderunt saepe digitos, quicquid doloris habent, in pedes deferunt: *L*

‖ quid me spectatis constricta fronte Catones, *LO*
damnatisque novae simplicitatis opus?
sermonis puri non tristis gratia ridet,
quodque facit populus, candida lingua refert;
nam quis concubitus, Veneris quis gaudia nescit?
quis vetat in tepido membra calere toro?
ipse pater veri doctus Epicurus in arte
iussit et hoc vitam dixit habere τέλος'

*

‖ 'nihil est hominum inepta persuasione falsius nec ficta severitate ineptius' *L*

*

133 **‖ hac declamatione finita Gitona voco et 'narra mihi' inquam 'frater, sed tua fide: ea nocte, qua te mihi Ascyltos subduxit, usque in iniuriam vigilavit, an contentus fuit vidua pudicaque nocte?' tetigit puer oculos suos conceptissimisque iuravit verbis sibi ab Ascylto nullam vim factam** *LO*

---

1 offendunt *t* 3 constricta spectatis *inuertunt BPp* 4 dampnatisque *F* none *P.* bonae *Richardus* 7 quia *B* uenerit *F. post* Veneris *interpungebant antiquae* 8 quis *ABFGLPpst:* quid *Heinsius, de silentio CDE* uetat *Douza:* petat *BPpt,* petit *ACDEFs, item G in quo alius* nescit *super scripsit et* in *deleuit,* † petit *iterato in margine crucis signo L.* putat in calido membra tepere *Sciopprius* trepido *corr. in* tepido *G* calore (e *superscr.*) *G,* calore *ADE,* colore *F* thoro *AF* 9 patet *A* uera *margo t* doctos Epicurus amare *Canterus, Lambinus, Douza.* doctis Epicurus in hortis uixit *Menagius,* Veneri dictis Epicurus in hortis lusit *Heinsius* lusit *a Richardo mutuatus,* doctusque *Ramiresius Martialis interpres,* Epicurus inertem iussit *Sciopprius* in arce *CDLst et coniunctim G,* marte *F* 10 iuxit *F* hoc *Bp, margo L:* han^c *A,* hanc *ceteri* telos *Bp, margines Lt:* cedos *P,* deos *ceteri* uersus VIII *subscriptum A* *asteriscum in uacuo uersu habet t. nulla lacuna in Lp. subsequitur frustulum eiusdem orationis* 12 *tres asteriscos L addit, unum t. nulla lacuna in p* 13 Gytona *GL,* gythona *A* uoca *F* 14 si *pro* sed *st* tua fide *om. s;* tam fide *F,* tam side *aut* tam si de *ACDEG. similiter in Captiuis Plauti IIII 2, 101* iam diu *uidetur ex* tuan fide *deprauatum* asciltos *F,* asyltos *P. confer p.* 93, 17 15 in *om. AEFP* uacua '*manu scripti*' *Bourdeloti* 16 osculos *G* suos *om. F* conceptissimisque *BPpt. cf. p.* 143, 18: conceptisque *ceteri* uerbis iurauit *inuertit t* sibi abscilto *F* 17 factam * positoque *Lpt.*

LO *

positoque in limine genu sic deprecatus sum numina versu:
'Nympharum Bacchique comes, quem pulcra Dione
divitibus silvis numen dedit, incluta paret
cui Lesbos viridisque Thasos, quem Lydus adorat
septifluus templumque tuis imponit Hypaepis:
huc ades et Bacchi tutor Dryadumque voluptas,
et timidas admitte preces. non sanguine tristi
perfusus venio, non templis impius hostis
admovi dextram, sed inops et rebus egenis
attritus facinus non toto corpore feci.
quisquis peccat inops, minor est reus. hac prece, quaeso,
exonera mentem culpaeque ignosce minori,
et quandoque mihi fortunae adriserit hora,
non sine honore tuum patiar decus. ibit ad aras,
sancte, tuas hircus pecoris pater, ibit ad aras

---

* DESVNT *margo L, et quidem multa. inepte praemittebant uulgo* utut res haberet, spem uultu simulaui *quorum de auctore uide ad p.* 143, 14. *adiit Encolpius templum Priapi*

1 poîtoque *id est* ponitoque *A* lumine *P* deprecatur sua numina *AEFS*, deprecatur sua uictima *editio princeps.* sum *om. G.* in nunina *P* 2 Nimpharum *aut* Nempharum *A*, Lympharum *CD*, Limpharum *F* bachique *ACF* pulcra *sine* h *FP* 3 nomen *P* inclyta *BGL*, inclita *ceteri* 4 quui *D* lescos *AF*, lelbos *C*, Iesos *ante Iunium*, Tesbos *s* uiridesque *ABCDFGP* tasso[s] *F* lidus *A*, lidris (u) *G*, lidris *CD*, litus *F*. Nilus *Iunius* 5 sempflauius *B*, semperfluus *Parisinus 6842 D*: septifluus *ACDEGLPpst*, septiflicus *F*. sertifluus *Reiskius*, uestifluus *Turnebus* tuus *P.* suis *Iungermannus et Munckerus*, piis *Burmannus* hipepis *D*, ipepis *G*, hipeplis *ACE*, hypeblis *F* 6 et *libri omnes*: o *Goldastiana* bachi *ABFs* driadumque *AF*, drydumque (a) *G* 7 sed *AEs*, set *ut assolet F* tumidas *P.* timidas non sanguine tristi admittere p̃ces *hoc ordine B* ãmicte *F* 9 admou[i] *G* egenis *BCDEGLPst, uetus Pithoei:* egenus *AFp* 10 attritus *BDGLPst cum uetere Pithoei:* attrictus *A*, actritus *F*, actritas *C;* attritis *E de silentio, p* 11 quisquis peccat inobs minor est reus *habet florilegium Parisinum* inops peccat *inuertunt ACDEFGs* ést mínor *B* 13 et] *'al.* si' *margo A unde restituendum fortasse* sic, *nisi uersus intercidit* quando *sine* que *BP. 'lege ex uet. cod.* et cum laeta mihi' *Brassicanus* adriserit *B:* arriserit *ceteri*, arserit *G* aura *Pithoeus, Memmianus* 14 sine *om. G.* fine *P* latcat *Cannegieterus* dècus *B* ibi[t] *G.* inbuet aras *utrobique Schraderus* 15 *om. AD FGLPst* scancte *B* *post* hircus *interpungens* pecoris pater corniger iunxit *p* docoris, *non ut Pithoeo uidebatur* decoris *B* ibi *C*

corniger et querulae fetus suis, hostia lactens. *LO*
spumabit pateris hornus liquor, et ter ovantem
circa delubrum gressum feret ebria pubes'

*

dum haec ago curaque sollerti deposito meo caveo, intravit delubrum anus laceratis crinibus atraque veste deformis, extraque vestibulum me iniecta manu duxit

*

134 ‖ 'quae striges comederunt nervos tuos, aut quod purgamentum nocte calcasti in trivio aut cadaver? ne a puero quidem te vindicasti, sed mollis, debilis, lassus, tanquam caballus in clivo, et operam et sudorem perdidisti. nec contentus ipse peccare, mihi deos iratos excitasti' *L*

*

‖ ac me iterum in cellam sacerdotis nihil recusantem perduxit impulitque super lectum et harundinem ab ostio rapuit iterumque nihil respondentem mulcavit. ac nisi primo ictu harundo quassata impetum verberantis minuisset, forsitan etiam brachia mea caput- *LO*

---

1 festus *ABCDEFGLP:* fetus *aut* foetus *de coniectura Iunii Sambuci Turnebi pst et margo L* Tuis *A* lactans *ABCDEFGP* 3 circha *A* deludrum *C*, deludrum *D* (b) uersus XVI *subscriptum A neglecto scilicet uersu a fine quarto* *asteriscorum seriem interponit L, unum adicit p. nullum lacunae signum in t* 4 cum *ACFGLpst*, quum *D* curaque sollerti *BP*, curaque solerti *L Memmianus:* sollertique cura *ceteri in quibus AFG* solertique 5 lacertis *D* nigraque *BLpt*, nigra *P*. *emendandus Eurysacis Attianae uersus (374 Ribbeckii) apud Nonium p. 184 sic:* sed út erat taetra deformatus ueste et uastitudine 6 *post* duxit *asteriscus in pt. adiciebant uulgo* cuncta timentem *quorum de origine dixi ad p.* 143, 14 PROSELENOS ANVS AD EVCOLPIVM *inter* duxit *et* quae *habet L, in margine pt* 8 nocte *Goldastiana:* in nocte *libri* 'in truno *sic uetus, non* in triuio' *Pithoeus, itaque* in truno *praeposito asterisco p* aut cadauer *pro additiciis habeo* nec *libri quod correxi.* nec te a *L* 10 mihi *post* iratos *collocat L. expecto* mihi quoque 11 excitasti *Wouwerius:* extricasti *libri. post id uerbum tres asteriscos L, unum pt addunt. supponebant uulgo* ac poenas mihi nullas dabis? *inde a Gonsalio. uide ad p.* 143, 14 12 cella *E* 13 supra *ABCFGst* harundinem *cum adspiratione BFP:* arundine *G* àb hostio rapuit *P*, rapuit ab ostio *s*, rapuit ab hostio *DG*, rapuit hostio *A*, rapuit hostii *EF* iterumque nihil] nihilque *L Memmianus* 14 multauit *FGLP, margo t, uetus Pithoei;* mulctauit *ACD* ictu *om. ACEFGs* quassata arundo *inuertunt AFGs.* harundo *cum* h *BP* 15 uerberantis impetum *inuertunt LPpt* munuisset *F*. inhibuisset *coni. Reiskius* forsitam *CG* etiam *om. L* capud *et a correctore* que *P*. caputque *om. L sed* '^*al. c. u.* caputq,' *margo L*

_LO_ que fregisset. ingemui ego utique propter mascarpionem, lacrimisque ubertim manantibus obscuratum dextra caput super pulvinum inclinavi. nec minus illa fletu confusa altera parte lectuli sedit aetatisque longae moram tremulis vocibus coepit accusare, donec intervenit sacerdos

'quid vos' inquit 'in cellam meam tamquam ante recens bu- _O_ stum venistis? || utique die feriarum, quo etiam lugentes rident'

_LO_ || 'o' inquit 'Oenothea, hunc adolescentem quem vides: malo astro natus est. nam neque puero neque puellae bona sua vendere _L_ potest. || nunquam tu hominem tam infelicem vidisti: lorum in _LO_ aqua, non inguina habet. || ad summam, qualem putas esse, qui de Circes toro sine voluptate surrexit?' his auditis Oenothea inter _L_ utrumque consedit motoque diutius capite || 'istum' inquit 'mor-

---

1 titique *G*   mascarpionem *BLpt:* marscarpionem *ACDGP*, marsarpionem *F*, marsarpronem *E*. masturbatorem *de coniectura Sambuci* (*ut apparet ex infima p. 59*) *s et margo t*, mastropon *pro lena I. F. Gronouius*, marsupionem *pro marsupio Heinsius*. mascarpionem *a carpendis maribus nominatum opinantur; μαστίγωσις an podex an quid aliud intellegatur mihi prorsus incertum*   2 que *om. C*   capud *P*   super *om. Memmianus*   puluinum *BPp:* puluinar *ceteri*   3 léctuli *B*   4 logne *F*   moram] nomen *P*   ᵗremulis *G*   donec *om. AFs*   5 *uulgo Gonsalio auctore* sacerdos et quid, *nec discrepare EP traditur:* et *om. ceteri*   *lacunam ego significaui*   6 tamquam, *non* tanquam *BFP*   *scribendum* ad recens   7 utique — rident *om. ACDEFGLPst*, *seruauit B cum p.* *post* rident *lacunam significaui.* uenistis. PROSELENOS AD OENOTHEAN || SACERDOTEM PRIAPI. O inquit *et in margine* DESVNT *L.* Proselenos ad Enotheam sacerdotem Priapi de Eucolpio *in margine t qui sic ut ceteri libri lacunae indicium habet nullum et p*   8 *periisse in lacuna uerbum unde* hunc *penderet*, inquit *autem intulisse excerptorem opinor ut pristina forma fere talis fuerit:* quid non miscrer, o Oenothea *aut* adiuua, quaeso, Oenothea. *antiptosis enim siue adtractionem uocare mauis in tam arta compactaque oratione artem prae se fert qualem captauit poeta 'urbem quam statuo uestrast', non naturam sermonis communis*   oenothea *BL:* genothea *ACDGS*, genotra *EF*, Enothea *t*, o Enothea *Pp.* 'Enothea, *non* Oenothea *constanter' uetus Pithoei et pt.* o Enthea *Bourdelotus*   huc *EF*   adoloscentem *F*   9 asternatus *E*   namque neque *As*, nanque neque *FG*   neque *secundo loco om. ACDEFGs*   puella *FPs*   uendere bona sua potest *E*   10 tu hominem *om. L*   11 putes *P*   12 thoro *AFG*   surrexerit *t*   his auditis *et quae usque ad carmen secuntur om. ABCFGPs.* his — 13 capite *praeterquam in Lpt extare uidentur etiam in DE quod ualde miror*   hi *E*   13 utrunque *L*   diu *margo t*

bum sola sum quae emendare scio. et ne *me* putetis perplexe agere, rogo ut adolescentulus mecum nocte dormiat' L

'nisi illud tam rigidum reddidero quam cornu'

|| 'quicquid in orbe vides, paret mihi. florida tellus, LO
cum volo, spissatis arescit languida sucis,
cum volo, fundit opes scopulique atque horrida saxa
Niliacas iaculantur aquas. mihi pontus inertes
summittit fluctus, zephyrique tacentia ponunt
ante meos sua flabra pedes. mihi flumina parent
Hyrcanaeque tigres et iussi stare dracones.
quid leviora loquor? lunae descendit imago
carminibus deducta meis, trepidusque furentes
flectere Phoebus equos revoluto cogitur orbe.'
[tantum dicta valent. taurorum flamma quiescit

---

1 me *addidi* 2 adolescentulus tuus mecum *L* nocte *pt: om. L*, '*deest* nocte' *margo t. fuerat opinor* una nocte *lacunam posui, separatim enim illa excerpsit cui cornea mentula placuerat. neglexit autem praemissa* Priapus mihi iratus sit *aut* ne uiuam *aut quam lubet execrationem* 3 ni illum *L* corium *L.* '*al.* cornum, *fortasse* cornum' *Pithoeus probabiliter* 4 *descripsere hoc carmen Lambinus ad Horati epod. V 46 ex codice Memmiano et omissis tribus ultimis uersibus Delrio ad Claudiani I in Rufinum 154* '*ueteris libri comparatione*' *facta.* Fortuna in Petronio Arbitro *praescriptum F teste Mommseno* quicquid, *non* quidquid *ABFGLP* ore *F* parẽ *sed* ẽ *ex correctione F* 5 cum malo *ut* a *in* o *correcta sit ex B ego enotaui,* cumulo *ex eodem Mommsenus;* cum udo *D*, cum udo *C* spissatis *ABCDEFGPpst:* siccatis *L, margo t, Lambinus et Delrio* succis *libri praeter B*, sulcis *P* 6 fundat *Delrio* aquas *st, Delrio* scopulique *BLpt, Lambinus:* scoplique *P*, scopulis *ceteri.* scōpulus *coni. Sambucus, Delrio;* populis *Burmannus* orrida *F*, horida *P.* arida *Lambinus et Delrio* 7 niliadas *DG*, niliades *EFst*, nilliades *A.* Niligenas *Delrio,* elicitas *adnotarat Heinsius* iaculatur *ACDEFGP* portus *G* inhertes *C*, inhertes *E* 8 summittit, *non* submittit *AB:* summictit *F*, summit *G*, summitat *P* fluctũ *B* zephirique *AG*, ꝭeffirique *F* 9 labra *F* fulmina *memoratum Burmanno secundo anth. lat. II p. 644* 10 hircaneque *AFL*, hyrcaniaeque *G* canes tigres *L* iussi et seruire *s, margo t* leones *Lt, Lambinus* 11 decendit *rasa post* n *littera B* ' ymago *F* 12 diducta *CD* trepidibusque *B* furentes *ut* u *super rasa littera scripta sit B.* furentis *Delrio* 13 quos *B* congnitur *F* *sex hos uersus tanquam extrarios seclusi; idem Wehlius iudicauit p. 57 ss. ansam dedisse interpolationis potest* pollicitatio *p.* 191, 6 *memorata* ut flamma quiescat *Delrio* flamina *F*

LO virgineis extincta sacris, Phoebeaque Circe
carminibus magicis socios mutavit Vlixis.
Proteus esse solet, quicquid libet. his ego callens
artibus Idaeos frutices in gurgite sistam
et rursus fluvios in summo vertice ponam.]

inhorrui ego tam fabulosa pollicitatione conterritus, anumque 135
inspicere diligentius coepi

'ergo' exclamat Oenothea 'imperio parete'

detersisque curiose manibus inclinavit se in lectulum ac me semel iterumque basiavit

*

L || Oenothea mensam veterem posuit in medio altari, quam vivis implevit carbonibus, et camellam etiam vetustate ruptam pice temperata refecit. tum clavum, qui detrahentem secutus cum camella *LO* lignea fuerat, fumoso parieti reddidit. || mox incincta quadrato pal-

---

1 extincta *sine* s *ABFGLP* Phoebeaque *Lp*, *Memmianus*, *Delrio*: phoebca *B*, phebeia *ceteri* 2 *Vergilius ecl. VIII 70*: carminibus Circe socios mutanit Vlixi sotios *B* mutarit *Delrio* Vlixis, *non* Vlyxis *ABFG*: ilixis *P*, Vlissis *L* 3 protheus *ABG* ualet *primo Wehlius p. 58* quicquid, *non* quidquid *ABFGLP* iis *t* ergo *G* 4 ideos *libri;* Idaeo *p*, *non uetus Pithoei.* Aegaeo *Douza*, Edono *Heinsius* fructices *FG*, latices *t* in *om. P* 5 rursū *corr. in* rursus *G*, russus *P* uersus XVI *subscriptum A* 6 inorrui *CF* ergo *s* tali fabulatione conterritus *ACDEFGs*. fabulatoe *A;* conteritus *G* animumque *EG*, annumque *P* 7 diligentius inspicere *inuertunt AEFs.* inspicére *B* incepi *AEF* *qualis igitur diligentius inspicienti anus apparuit? frustula potius haec quam plenam narrationem habemus. cf. fr. XXI* 8 exclamat oenothea *B*: exclamat o enothra *E*, exclamat o enothea *Ppt*, exclamat o Oenothea *L*, o enothea exclamat *DFG*, onothea exclamat *C*, o genothea exclamat *As* parete *BLp; compellat enim sacerdos Proselenon simul et Encolpion:* parcite *AE*, parate *FG*, para te *reliqui* 9 detersisque — 10 basiauit *hoc loco praetermissa in p.* 192, 1 *post* adposuit *collocant ABDEFGPs singula sic conectentes* parete. mox incincta — adposuit. detersisque — basiauit. simulque pannum *et quae secuntur. C non traditur discrepare ab illo ordine quem Lpt repraesentant. ipsa autem haec uerba et illic interrumpunt tenorem caerimoniarum neque hic rerum continuatione proximis adhaerent* lectum *ACFGLs* 10 basiauid *P* *asteriscum interponit p. neque enim si interiectum nihil fuisset,* Oenothea *adderetur, quoniam eandem detersisse modo manus oportet* 11 ἐςχάρ. *margo L.* ueterem mensam *inuertit Memmianus* *perperam* altari *delebat Iacobsius* binis *t. fuerat igitur in codice* biuis 12 etiam *ut hodie haec leguntur ineptum delebat Iahnius* 13 detrahentem *camellam ex clauo parieti infixo pendentem* 14 quatrato *AF*, quadroco *P*

lio cucumam ingentem foco adposuit, simulque pannum de carna- *LO*
rio detulit furca, in quo faba erat ad usum reposita || et sincipitis *L*
vetustissima particula mille plagis dolata. || ut solvit ergo licio pan- *LO*
num, partem leguminis super mensam effudit iussitque me diligenter purgare. servio ego imperio granaque sordidissimis putaminibus vestita curiosa manu segrego. at illa inertiam meam accusans improba tollit dentibusque folliculos pariter spoliat atque in terram veluti muscarum imagines despuit

*

mirabar equidem paupertatis ingenium singularumque rerum quasdam artes:

non Indum fulgebat ebur, quod inhaeserat auro,
nec iam calcato radiabat marmore terra
muneribus delusa suis. sed crate saligna
impositum Cereris vacuae nemus et nova terrae

---

1 cucuma *F*, cacuma *A*, cutuma *G*   fuco *G*   apposuit *libri praeter B*   panarium *margo L*   2 adusum *uel* aduersum *ACDEFG*. ad esum *Delbenus*   et — 3 dolata *cum absint ab ABDEFGPs, non credibile adesse in C*   syncipitis uetussima *t*. *intellegas suillum*   3 solum ergo *P*   4 super in mensam *DG*   5 imperioque *F*   6 ligata uestita *L*   manus *F*   inhertiam *CP*. imperitiam *Iacobsius*   7 *redintegraueris illa hoc exemplo* improba obiurgatione ipsa de mensa fabas tollit *aut* improbaque manu a mensa me repellens ipsa fabas tollit; *integra enim non esse liquet:* improbat *s*   tentibus *sine* que *F*   foliculos *A*   pariter *ABCDFGLPSp, Memmianus:* perite *s, secundum silentium E; om. t sed* 'perite spo., *u. c.* pariter' *margo t*   8 ueluti *om. Lt:* '∧*al.* ueluti' *margo L*   deposuit *G*   *asteriscum inserunt Lpt.* DESVNT * *margo L*   9 mirabarequidem *B:* mirabile quidem *ceteri.* mirabile quiddam *Munckerus*   ingenium * singularumque *t* singulariumque *DS cum margine t.* friuolarumque *Haasius p. 21*   10 quasdam *ABCDEFGPpt,* '*in al. c.* quasdam' *margo L:* quaedam *Ls.* '*al.* quaedam certis' *Patissonus*   artes fames edocuit *edebatur a Gonsalio ad Antonium. post* artes *asteriscum interponunt pt*   11 non *om. ACDFG, in margine addit E.* Indum non *inuertunt st*   indico) *F*, '*al. u. c.* nitidum' *margo L;* non nitidum *margo t*   fugebat *P*   12 tam *Burmannus secundus anth. lat. I p. 592 tacite*   falcato *ACDEFGS.* radiabat calcato *inuertit B*   14 ceteris *ACDF;* exteris uacae *G.* Cereris flauae penus *Heinsius*   noue *F*   *hos ego uersus sic et ordinandos censeo et supplendos:*

14 impositum Cereris uacuae nemus et noua terrae
gramina de summo frondentia culmine tecti
p. 193, 6 et uiridi iunco gracilis pendebat harundo.
4 at paries circa palea satiatus inani
5 fortuitoque luto clauos numerabat agrestis:

LO pocula quae facili vilis rota finxerat astu.
hinc molli stillae lacus et de caudice lento
vimineae lances maculataque testa Lyaeo.
at paries circa palea satiatus inani
fortuitoque luto clavos numerabat agrestis
et viridi iunco gracilis pendebat harundo.
praeterea quae fumoso suspensa tigillo
conservabat opes humilis casa, mitia sorba

---

2 hinc molli stillae lacus et de caudice lento
3 uimineae lances maculataque testa Lyaeo,
1 pocula quae facili uilis rota finxerat astu,
p. 194, 1 inter odoratas pendebant texta coronas.
p. 193, 7 praeterea quae fumoso suspensa tigillo
8 conseruabat opes humilis casa mitia sorba
p. 194, 2 et thymbrae ueteres et passis uua racemis

* * *

tum ordine a uirgeo stramenticioque tecto progreditur poeta ad parietem, ad clauos parieti infixos, ad suspensam clauis supellectilem, conceptabulum pluuiae, salignas lances, pocula figulina, denique ad esculenta quorum expositio disrumpitur lacuna

1 quam *AF* nota *AF* fixerat *CDFGP* astu *DGLPSp cum margine t*, hastu *in rasura B*, hasta *A*, esta *F*, aestu *E*, 'actu. *ut Varro' margo L*, actu *st et ex silentio C. conieci* haustu *datiuo casu id est ut commode possent exhauriri, non lautiori cultui destinata*

2 huic *F* molli *ABCFGLPp cum margine t:* mollis *reliqui* scille *AFs*, scyllae *Et*, stilae *G*, stilla *Lp cum margine t.* mollis tiliae *aliquando Pithoeus teste Tornaesio;* mollis stillare fauus de caudice lento uimineae lancis cumulataque *Heinsius* lacus *CE cum margine L, Pithoeus:* latus *ABDFGLPpst* candice *CDEF, non A* 3 uiminae *C*, uimineo *A*, ulmineae *BL sed* uimin *margo L* lieo *AFG*

4 at *Bp:* et *ceteri* circha *A* saciatus *AP* 5 furtiuoque *C* clauos *s, Douza*: clauus *ABELpt cum Parisino 6842 D*, dauus *DF*, diuos *CG et margo D;* clauis *P*, '*u. c.*' *Wouwerii probante Perizonio.* clausos *Iunius et Stephanus*, 'clausos *al.* auos' *margo t.* clausos munibat *Salmasius*, clausos umbrabat *I. F. Gronouius*, latus umbrabatur agreste *Heinsius.* satiatus agresti *in praecedente uersu et in hoc* clauus numerabat et annos *Durantius* nũabat *A*, munerabat *B et Parisinus 6842 D*, ĩnumerabat *P* agrestes *libri praeter Bp* 6 uenco (i *superscr.*) *P* harundo *cum adspiratione BP* *inter* 6 *et* 7 *interponit uersum* 8 *suo loco praetermissum margo L, cui coniecturae Scaligeri repugnant nominatiui p.* 194, 2 7 que *aut* quae *ABCDFGLPpst:* quam *Memmianus;* quas *Douza, E.* praetereaque e *Heinsius idemque ego conieci ut post* sorba *incidatur oratio.* perna et rancida *Iacobsius sic* 5 8 6 7 *p.* 194, 1 *uersus disponens* suspensa *plerique ad* casam *referunt, ego ad* sorba tygillo *B*

8 sorba *L cuius margini inscriptum hunc uersum esse dixi, p:* sorua *B*, serua *E*, seruo *ACDFGPst.* '*al.* micio seruo' *Pithoeus*

inter odoratas pendebant texta coronas *LO*
et thymbrae veteres et passis uva racemis
. . . .
. . . .
qualis in Actaea quondam fuit hospita terra,
digna sacris Hecale, quam Musa loquentibus annis
Baccineas veteres mirando tradidit aevo

*****

136 **dum illa carnis etiam paululum delibat**

et dum coaequale natalium suorum sinciput in carnarium furca reponit, fracta est putris sella, quae staturae altitudinem adiecerat, anumque pondere suo deiectam super foculum mittit. frangitur ergo cervix cucumulae ignemque modo convalescentem restinguit.

---

1 adoratas *L*, *ante Iunium.* '*Luci. at u. c.* odor.' *margo L* pendebat *ADFGPs cum margine t* exta *Lt.* testa *margo t* corollas *Scaliger in catalectis* 2 *hunc uersum in uetere glossario enotatum esse* e libro primo Satyrarum *testatur Daniel* et tymbrae *Ls*, etymbrę *B*, et tybre *P*, et timbrae *DEG*, et tinibre *A*, et cimbre *F* una *P* *nulla lacuna in libris:* '*deest uersus quo describebatur anus*' *Iunius; nihil enim profecit Antonius* quondam uilla hospita terra digna sacris Hecales *proponens aut Iacobsius dum comparari uuam rugosam et Hecalen somniat* 3 acthea *A*, athea *FP*, acteo *G* 4 Hecale *st*, *Iunius et Stephanus:* hecates *AGLp cum margine t*, haecates *B*, echates *FP*, etates *C*, Hecales *de silentio DE* sequentibus *Nodotus. propius a uero abesse opinor talem sententiam* loquentibus aureis Battiadae chartis *quam hanc* sequentibus annis Battiadesque teres mirandam 5 baccineas *ACDFG cum margine t*, bacineas *E*, bacchineas *LPp uetus Pithoei*, bachineas *B cum Parisino 6842 D.* Battiadae ueteris *s* '*partim ex u. c. partim coniectura*', *t*, *Stephanus.* Battiades *coni. Antonius* ueteres *ABFGLPp*, *Parisinus*, *margo t:* Battidae ueteri *Iunius*, *et* ueteri *legi in CDE uidetur;* uatis *Daniel*, uates *coni. Antonius* mirando *ABFGLPpst*, *Parisinus.* mirandam *de coniectura incerti Antoniana nec discrepare CDE traditur*, uiuando *editio princeps unde* uiuendo *margo t et anthologiae propagarunt*, miranti *Burmannus* uersus XVII *subscriptum A* *asteriscum interieci cum pt* 6 dum *BGLpt:* cum *P*, tum *reliqui* dilibat *A* 7 dum *om. Lpt.* *confudisse ego excerptorem duo enuntiata statui eundemque* aequale *Petronianum suorum temporum propria labecula adspersisse. nisi forte errore* coequale *ex illo factum est* canarium *F* furca *a correctore P* 8 putri[s] sella *B.* patris *G*, pueris *P* 9 annumque *P* pondere suo *ABCDFPs:* pudore suo *G*, suo pondere *Lpt cum E* diiectam *F* foculum *BLpt:* focum *ceteri* 10 ceruis *P* cucumulae *BLpt:* cucumae *ceteri* modo *om. ABCDEFGPs, habent Lpt* conualesentem *A* restinguit *ABDFGPs:* extinguit *CL*, exstinguit *Ept*

L LO ‖ vexat cubitum ipsa stipite ardenti ‖ faciemque totam excitato cinere perfudit. consurrexi equidem turbatus anumque non sine risu erexi

L ‖ statimque, ne res aliqua sacrificium moraretur, ad reficiendum ignem in viciniam cucurrit

O ‖ itaque ad casae ostiolum processi

LO L LO ‖ cum ecce tres anseres sacri ‖ qui, ut puto, medio die solebant ab anu diaria exigere ‖ impetum in me faciunt foedoque ac veluti rabioso stridore circumsistunt trepidantem, atque alius tunicam meam lacerat, alius vincula calciamentorum resolvit ac trahit; unus etiam, dux ac magister saevitiae, non dubitavit crus meum serrato vexare morsu. oblitus itaque nugarum pedem mensulae extorsi

---

1 uexat — ardenti '*desunt haec in exemplari Ioannis Biturigum Ducis. non male*' *Pithoeus. extant in plenioribus Lpt. asteriscum praeposuit Wouweriana.* uexata *Heinsius;* luxat cubitum lapsa *aut* laesa *Burmannus. satis erit* ipsa *ante* uexat *transposuisse*   *edebatur* ardente faciemque totam *Lpt:* atque totam faciem *ABCDEFGPs*   excito *P*   funere *s unde* cinere *uel* puluere *coni. Sambucus*   2 perfundit *L, et restituenda* n *uidetur*   conturbatus *F.* '*Benedict. exemplar* turbatus animi et non sine risu me erexi' *Pithoeus*   3 meo *ante* erexi *addunt Lp*   4 *subsequentia partim in L partim in O seruata. nam* erexi: statimque — cucurri. cum ecce *L*, erexi: itaque — processi. et ecce *ABCDEFGPs. composuit duas particulas separatim traditas primus t sic* erexi: itaque — processi: statimque — cucurri: cum ecce, *tum p paulo licentius secundum enuntiatum immutans sic* erexi: statimque — cucurri. uix ad casae hostiolum processeram, cum ecce. *dixi autem particulas quia nec* statimque *commode proximis continuatur, commodius enim erat* quae statim, *et* itaque *inde pendet quod curiositatis caussa aut fallendi temporis absente Oenothea Encolpius dicebatur noui aliquid molitus esse*   uitium auspicio factum *margini L Scaliger imposuit*   5 uicinia *libri:* niam *margo L*   cucurrit *Scioppius:* cucurri *libri*   6 hostiolum *ABEP et e corr. G*, hostium *F*   7 cum ecce *Lpt:* et ecce *ceteri. hoc conectenti abrupta compilatori debetur, illud interscindi orationem iussit quoniam sermo Petronianus* procedebam *aut* processeram cum *flagitabat id quod sensit Pithoeus. suppleas* et uix egressus intraueram templum cum. *uidetur enim sacerdotis cella aut casa templo Priapi continens ianuas habuisse duas, alteram templi qua aperta sacris Priapi alumnis Encolpius occucurrit, alteram ferentem in publicum per quam et sacerdos exierat et Encolpius exiturus erat p.* 196, 14 *atque tandem effugit p.* 200, 6   tres *om. ABCDEFGPs, habent Lpt*   8 foedo *sine* que *E*, foedeque *ex codice p*   9 circunsistunt *L*, circumsistant *F*   *post* atque *lacunam statuit Iahnius*   10 licerat *P*   calciamentorum, *non* calceamentorum *ABFGLP*   resoluit *B* (re *superscr.*)   11 dux et magister *L*   serato *F*   12 usare *id est* uersare *A*   itaque oblitus *inuertit L*   ungarum *F*   insulae *D*

coepique pugnacissimum animal armata elidere manu. nec satiatus *LO* defunctorio ictu, morte me anseris vindicavi:

tales Herculea Stymphalidas arte coactas
ad caelum fugisse reor, peneque fluentes
Harpyias, cum Phineo maduere veneno
fallaces epulae. tremuit perterritus aether
planctibus insolitis, confusaque regia caeli

*

|| iam reliqui revolutam passimque per totum effusam pavimentum collegerant fabam, orbatique, ut existimo, duce redierant in templum, cum ego praeda simul atque hac vindicta gaudens post lectum occisum anserem mitto vulnusque cruris haud altum aceto diluo. deinde convitium verens abeundi formavi consilium, collectoque cultu meo ire extra casam coepi. necdum superaveram cellulae limen, cum animadverto Oenotheam cum testo ignis pleno venientem. reduxi igitur gradum proiectaque veste, tanquam expectarem morantem, in aditu steti. collocavit illa ignem cassis arundinibus collectum, ingestisque super pluribus lignis excusare coepit moram, quod amica se non dimisisset, tribus nisi potionibus e lege siccatis. *L*

---

1 cepitque *C* pugnatissimum *CF* anima larmta *P* saciatus *AF* defuncterio *C*. *conferas* non perfunctorie *p*. 13, 20 2 me morte *inuertit L* uendicaui *F* 3 herculeas *C* stimphalidas *AFG*, siphalidas *P* arce *ACDFG* cohactas *F*, coactus (coactas) *G*, uolucres *L*, uolucres *t* 4 peneque *CDFG*: Peneique *L*, poeneque *B*, poneque *P*, paeneque *pst*, penneque *A*. sanieque *Daniel nec discrepare E indicatur.* poenasque luentes *coni. Sambucus*, pennaque fluentes *Pithoeus*, pennaeque fluentis *aut* pennaeque furentis *aut* poenamque luentes *Heinsius*, peste atque fluentes *Iacobsius* '*al. c.* feruentes. *f.* furentes' *margo L* 5 Harpyias *ut* yi *correctum sit L*, Harpyas *B*, harpias *E*, arpias *ACDF*, arphyas *P* fineo *AEFP*, Phyneo *S*, furtiuo *st. corrigendum* Phineae. Φινῆι *interpretatur Antonius*, Typhoeo *Gonsalius*, Peneo *Pithoeus;* Phinaeam pauere Celaeno *Heinsius* 6 perterruit *G* heter *P* 7 plantibus *ACEFG* confusque *G*, perfusaque *Memmianus. fortasse* concussaque uersus V *subscriptum A* asteriscum interposui cum t. nam deesse aliquid carmini recte statuit ille qui subiecit hunc uersum* uisa suas moto transcurrere cardine metas *de quo genere supplementorum uide ad p.* 143, 14 8 *potius* deuolutam *ex mensula.* resolutam *Iungermannus* 10 hac *quod nescio an* ac *ualeat delendum censeo;* acri *susp. Iahnius* 11 crurum *L* 12 conuitium *p*: conuicium *L*, *margo t;* concilium *t* 13 superaueram *Turnebus:* liberaueram *L probatum Heinsio*, libaueram *pt*, laboraueram *Memmianus* 16 quassis *L* 17 *ubi collocauit? Petronius sic fere scripserat* collectum super foco ingestisque pluribus 18 *inuertas* nisi tribus. ἢ τρὶς πίνε *margo L*

L 'quid porro tu' inquit 'me absente fecisti, aut ubi est faba?' ego,
qui putaveram me rem laude etiam dignam fecisse, ordine illi to-
tum proelium exposui, et ne diutius tristis esset, iacturae pensionem
LO anserem obtuli. quem || anus ut vidit, tam magnum aeque clamo-
rem sustulit, ut putares iterum anseres limen intrasse. confusus
itaque et novitate facinoris attonitus quaerebam, quid excanduisset,
aut quare anseris potius quam mei misereretur. at illa complosis 137
manibus 'scelerate' inquit 'etiam loqueris? nescis quam magnum
flagitium admiseris: occidisti Priapi delicias, anserem omnibus matronis acceptissimum. itaque ne te putes nihil egisse, si magistratus hoc scierint, ibis in crucem. polluisti sanguine domicilium meum ante hunc diem inviolatum, fecistique ut me, quisquis voluerit inimicus, sacerdotio pellat'

*

L || 'rogo' inquam 'noli clamare: ego tibi pro ansere struthocamelum reddam'

*

dum haec me stupente in lectulo sedet anserisque fatum complorat, interim Proselenos cum impensa sacrificii venit, visoque ansere occiso sciscitata caussam tristitiae et ipsa flere vehementius coepit meique misereri, tanquam patrem meum, non publicum an-

---

1 *minus recte* porro *cum* inquit *coniungeres* 2 *immo* putabam dignā *correctum ex* dignissimam *L* 3 *corrige* pensationem 4 quem anus *Lpt*: Cum protuli anserem, anus *ABCDEFGs cum praecedentia omisissent, item P in quo* Tum *scribitur.* anseraem *primo habuerat B* mag^{n}um *G* eque *AB et primo L*: aeque *corruptum. adiectiuum uelut* trucemque *intercidisse eo ueri similius quod non* tantum *scriptum est* sustulit clamorem *inuertunt ACDFGs.* substulit *AF* 7 potius anseris *inuertit A* miseretur *F* at *om. L*; et illa *F* 8 inquid *P* etiam loqueris *P, Douza*: loqueris et *Lt*, et loqueris *ceteri* nescius *AFGs* 9 facinus *ante* flagitium *deletum L* admisisti *st* delitias *BFL*, dilitias *P* matronibus *F* 10 ne te] ne *G*, neque *P* 11 scierit *ACFLPpst*, sciret *G* 12 ante hunc diem *om. ACDFGs* inuolatum *AG*, imolatum *F* fecisti *sine* que *AF* 13 sacerdocia *P* *tres asteriscos L habet, unum t. non agnouit lacunam p. inserebatur huic loco uulgo auctoribus Douza f. et Goldasto carmen illud* haec ait et tremulo deduxit uertice canos *cum ceteris sex uersibus quod in appendicula exhibuimus fr. XXXX. praeter carmen inde a Gonsalio addebant* tum ego *obturantes rimam* 14 strutiocamelum *pt*, struthiocamelum *uulgo* 15 *quattuor asteriscos L, unum pt interponunt et Lt quidem ampliore relicto spatio* 16 suadet *uetus Pithoei, Memmianus* 17 *sic haec librarium consarcinasse* interim *probat quod non subiunxisset scriptor si quidem* dum *praemiserat* 18 caussa *Memmianus* 19 tanquam publicum, non priuatum anserem *I. F. Gronouius*

serem, occidissem. itaque taedio fatigatus 'rogo' inquam 'expiare manus pretio licet... si vos provocassem, etiam si homicidium fecissem. ecce duos aureos pono, unde possitis et duos anseres emere.' quos ut vidit Oenothea, 'ignosce' inquit 'adolescens, sollicita sum tua caussa. amoris est hoc argumentum, non malignitatis. itaque dabimus operam, ne quis hoc sciat. tu modo deos roga, ut illi facto tuo ignoscant.' L

|| quisquis habet nummos, secura naviget aura LO
fortunamque suo temperet arbitrio.
uxorem ducat Danaen, ipsumque licebit
Acrisium iubeat credere quod Danaen.
carmina conponat, declamet, concrepet omnes
et peragat causas sitque Catone prior.
iurisconsultus 'paret, non paret' habeto
atque esto quicquid Servius et Labeo.

---

2 manes *Burmannus* precio licet, *L.* liceat *Douza quo recepto fere haec suppleas* nam idem liceret *aut* nam expendi auro iniuriam pateremini etiam si. *certum utique deesse non nulla* si eos *anseres Scioppius,* si deos *Iacobsius. addi* contumeliis *aut* conuitio *expectabam* 3 et] etiam *margo L. potius* uel duos *L*: deos et *pt.* denos *Burmannus. duobus aureis si non plus duos anseres parare licuisset, anserum apud Crotoniatas pretia uel maximum Diocletianeae aetatis modum sexiens tanto excessissent. minimum igitur* decem duodecimue *restituendum* 4 quod *L* 6 deos *pluratiue dubito an ideo dixerit quod templum illud anseresque Priapus una cum alio numine, Libero uel Venere uel Nymphis, tuebatur. confer* numina *p.* 187, 1 8 *totum hoc carmen descripserunt florilegium Parisinum et Ioannes Saresb. VII 16 p. 141 sic praefatus 'Petronianum illud ingestum omnibus credas'; uersus* 8 *et* 9, 12 *et* 13, *p.* 199, 1 *et* 2 *Vincentius Belu. l. s.* numos *F* nauigat *Vincentius* 9 temperat *B, Vincentius* 10 daneen *B,* dannen *A*, damnem *F*, daphnem *D*, daphnen *C cum margine t*, daphen (n *supra*) *G*, Daphnē *S*, claua en *P* 11 Accrisium *A*, Accisium *F* ducere se ad Danaen *Iacobsius* damnem *AF*, daphnem *D*, daphnen *CG* 12 cōponet (a *supra*) *B*, componet *florilegium*, componit *Vincentius*: conponat *F*, componat *reliqui* declamat *E, Vincentius* concrepat *Vincentius* oms *FG*, omneis *pst* 13 pergat *EG*, peragit *Vincentius* caussas *LP* sitque toto ne *P.* sit Cicerone *Tollius. in sepulcro Romani Iouini rhetoris eloquii Latini inscripta 'uiuit et hic nobis ut Cato uel Cicero'* 14 iurisconsultis *et* habetor *Heinsius* parret *utroque loco B* non paret *om. P* habento *ABCDGP* 15 ego *G* quicquid, *non* quidquid *ABFGLP cum Ioanne* seruus *P* '*al.* ut Labeo' *Patissonus. uoluit opinor* aut *scribere* labio *P*, habeo *E*

LO multa loquor: quod vis, nummis praesentibus opta,
et veniet. clausum possidet arca Iovem

*

L || infra manus meas camellam vini posuit, et cum digitos pariter extensos porris apioque lustrasset, avellanas nuces cum precatione mersit in vinum, et sive in summum redierant, sive subsederant, ex hoc coniecturam ducebat. nec me fallebat inanes scilicet ac sine medulla ventosas nuces in summo humore consistere, graves autem et plenas integro fructu ad ima deferri

*

recluso pectore extraxit fortissimum iecur et inde mihi futura praedixit. immo, ne quod vestigium sceleris superesset, totum anserem laceratum verubus confixit epulasque etiam lautas paulo ante, ut ipsa dicebat, perituro paravit

volabant inter haec potiones meracae

*

profert Oenothea scorteum fascinum, quod ut oleo et minuto 138

---

1 parua loquor *Vincentius et florilegium.* '*in aliis codicibus* magna loquor' *Heinsius qui adscripserat* stulta   quod uis *B*, *Vincentius et florilegium:* quiduis *ceteri*   nummos prebentibus *Vincentius.* praebentibus *florilegium*   opto *Vincentius Norimbergensis*   2 eueniet *Vincentius*, *florilegium*, *de coniectura Sambuci t fortasse uere ut in Menandreo uersu* εὖξαι ὅτι βούλει, πάντα σοι γενήσεται. et ueniat clausis *P*   archa *CGP Parisinus 6842 D*, *florilegium*, *Vincentius editus a. 1474*   uersus X *subscriptum A*

hic desinunt libri praeter Lpt. subscriptionem habent Petronii Arbitri Satyri fragmenta expliciunt ex libro quintodecimo et sextodecimo *A*, FINIS *C*, PETRONIVS ARBITER SATYRICON FOELICITER EXPLICIT *D*, PETRONIVS SATYRICON ARBITER FELICITER EXPLICIT. ΤΕΛΟΣ *E*, Petronius Satiricon arbiter finit quom omni diligentia scripture conmendaui *F*, Petronius Arbiter Satyricon finit feliciter *G*, EXPŁ. Petronius *P*

asteriscos quattuor duorum fere uersuum spatio relicto interponit L, *unum in medio uersu pt. praeponebant uulgo* interea haec satagens *quorum auctoritatem indicaui ad p.* 143, 14   3 Intra *sed in margine* '*u. c.* Infra' *L*   6 hoc *Goldastiana:* hac *libri*   coniecturam ducebat *Douza:* coniectura dicebat *libri.* coniectum dicebat *Wouweriana anni 1601*   7 nűces uёntosas *L.* *tripertito diuiditur inanitas*, *tripertito statim plenitudo*   8 *quattuor asteriscos addit L*, *unum p et in uacuo uersu t.* *foede interpolabant uulgo* tum ad anserem appellens sese. *uide ad p.* 143, 14   9 extrahit *sed in margine* extraxit *t*   fartissimum *Heinsius*, sordidissimum *Cuperus*, fortissime *incertus*   10 imo *L*   12 *post* parauit *noui uersus principium in L.* *lacunam ego significaui, pertinebant enim illa ad descriptionem epularum*   13 *post* meracae *tres asterisci in L*, *unus in pt*

pipere atque urticae trito circumdedit semine, paulatim coepit inserere ano meo *L*

hoc crudelissima anus spargit subinde humore femina mea

*

nasturcii succum cum abrotono miscet

perfusisque inguinibus meis viridis urticae fascem comprehendit omniaque infra umbilicum coepit lenta manu caedere

*

aniculae quamvis solutae mero ac libidine essent, eandem viam tentant et per aliquot vicos secutae fugientem 'prende furem' clamant. evasi tamen omnibus digitis inter praecipitem decursum cruentatis

*

'Chrysis, quae priorem fortunam tuam oderat, hanc vel cum periculo capitis persequi destinat'

*

'quid huic formae aut Ariadne habuit aut Leda simile? quid contra hanc Helene, quid Venus posset? ipse Paris, dearum libidinantium iudex, si hanc in comparatione vidisset tam petulantibus oculis, et Helenen huic donasset et deas. saltem si permitteretur

---

1 ueticae *uetus Pithoei teste Patissono* circundedit *libri.* circumleuit *Iahnius* 3 *sic singularia excerpta disposui quae hoc olim ordine lectitata credas*: nasturcii sucum cum abrotono miscet. hoc crudelissima anus spargit subinde [humore] femina mea. perfusis inguinibus meis *ut excerptor copulandorum enuntiatorum caussa a Petronio addita neglexerit*, *sua* humore *et* que *inmiscuerit* ad hoc *uel* hinc *Burmannus* *tres asterisci in L, unus in pt* 4 nasturtii *L.* nasturcium *scripturam commendat originatio Varronis ideo dictum rati quod nasum torqueat* abrotano *libri* 6 cedere *t* *lacuna in libris qualis u.* 3. *explebant eam uulgo his nugis* urticis ustum, fuga subductum exaestuans consectatur. *uide ad p.* 143, 14 7 quanuis *L* 8 *potius* tenent aliquos *p*, *uulgo* secuta *ego notaui ex L* prehende *pt* 9 decursum *quia in arce templum Priapi fuerat* 10 *tres asteriscos in uacuo spatio finiente paginam L habet, unum pt* 11 *meditantem haec Encolpion fecit Nodotus non recte. coeperat amare Encolpion Chrysis ut apparet ex p.* 202, 1*; fortuna uero illius quem ad modum mutata fuerit ignoramus quoniam seruitii specie non est exemptus p.* 202, 5 12 *tres asterisci in L, unus in pt* 13 *declamat Encolpius de Circes pulcritudine* habuit simile aut *L* 14 Elene *L* litigantium *Douza*, licitantium *Lipsius*, liuidinantium *Gruterus*, uitilitigantium *Munckerus* 16 etiam Elenen *L.* Helenem *p* hinc damnasset *Barthius* deas] *uidetur Petronius lasciuiorem illam fabulam respexisse qua tres deae aut Venus saltem suum corpus non oculis tantum pastoris prostituisse ferebantur*

L osculum capere, si illud caeleste ac divinum pectus amplecti: forsitan rediret hoc corpus ad vires et resipiscerent partes veneficio, credo, sopitae. nec me contumeliae lassant: quod verberatus sum, nescio; quod eiectus sum, lusum puto. modo redire in gratiam liceat'

*

torum frequenti tractatione vexavi amoris mei quasi quandam imaginem 139

*

'non solum me numen et implacabile fatum
persequitur. prius Inachia Tirynthius ira
exagitatus onus caeli tulit, ante profanam
Iunonem Pelias sensit, tulit inscius arma
Laomedon, gemini satiavit numinis iram
Telephus et regnum Neptuni pavit Vlixes.
me quoque per terras, per cani Nereos aequor
Hellespontiaci sequitur gravis ira Priapi'

*

' quaerere a Gitone meo coepi, num aliquis me quaesisset. 'nemo' inquit 'hodie. sed hesterno die mulier quaedam haud inculta ianuam intravit, cumque diu mecum esset locuta et me accersito sermone lassasset, ultimo coepit dicere, te noxam meruisse daturumque serviles poenas, si laesus in querella perseverasset'

1 *colon ponit post* capere *et* amplecti *L*, *non comma. nam* si *est optantis* carpere *Burmannus* 2 reuiuiscerent *adscriptum libro Almeloueniano* 5 *tres asterisci in L*, *unus in pt. inserturus erat Douza f. carmen illud:* candida sidereis ardescunt lumina flammis *quod memoraui post fragmenta* 6 iactatione *Iungermannus* 7 *lacuna in libris qualis u.* 5. *apparet* effingens *aliudue uerbum deesse. inserebant autem inde a Gonsalio non talia sed plane inutilia* sic peruicax, *coniungenda illa cum primo uersu. quae cum pro Petronianis haberet Nodotus alias rursus ineptias interiecit* 9 Tirineius *id est* Tirincius *uetus Pithoei, Memmianus, margo t;* Tirneius *t:* Tirinthius *tamen coniecit Tornaesius* ira *etiam margo t:* ora *t de coniectura. si* ἀργαλέον χόλον Ἥρης *secundum Homerum in animo habebat poeta, minimum* Inachiae *debebat scribere; nec tamen apud Graecos* Ἰναχίαν *simpliciter appellari deam* Ἀργείαν *memini et Romanum ullum Inachiam uocasse Iunonem nego. uide igitur an* Inachia *uel Argiua communiter dicatur deae Argorum reginae Eurystheique regis ira* 10 profanam *uel* prophanam *libri:* profanus *uel* prophanus *margines Lt. substantiuum nomen delitescere suspicor* 13 pauit *p*, *uetus Pithoei teste Patissono. Douza:* canit *Lt* Vlysses *L* 15 *quattuor asterisci in L. unus in pt* 16 Guitone *L* 18 *edebatur* arcessito 20 querela *et p.* 202, 1 querelam *L* *quattuor asterisci in L, unus in pt*

* L

nondum querellam finieram, cum Chrysis intervenit amplexuque effusissimo me invasit et 'teneo te' inquit 'qualem speraveram: tu desiderium meum, tu voluptas mea, nunquam finies hunc ignem, nisi sanguine extinxeris'

*

unus ex noviciis servulis subito accurrit et mihi dominum iratissimum esse affirmavit, quod biduo iam officio defuissem. recte ergo me facturum, si excusationem aliquam idoneam praeparassem. vix enim posse fieri, ut rabies irascentis sine verbere consideret

*

140 matrona inter primas honesta, Philomela nomine, quae multas saepe hereditates officio aetatis extorserat, tum anus et floris extincti, filium filiamque ingerebat orbis senibus, et per hanc successionem artem suam perseverabat extendere. ea ergo ad Eumolpum venit et commendare liberos suos eius prudentiae bonitatique ... credere se et vota sua. illum esse solum in toto orbe terrarum, qui praeceptis etiam salubribus instruere iuvenes quotidie posset. ad summam, relinquere se pueros in domo Eumolpi, ut illum loquentem audirent, quae sola posset hereditas iuvenibus dari. nec aliter fecit ac dixerat, filiamque speciosissimam cum fratre ephebo in cubiculo reliquit simulavitque se in templum ire ad vota nuncupanda. Eumolpus, qui tam frugi erat ut illi etiam ego puer viderer, non distulit puellam invitare ad pigiciaca sacra. sed et podagricum se

---

3 meum *om. p* 4 *tres asteriscos in uacuo uersu L habet, unum pt* 5 nouitiis *libri* accucurrit *Goldastiana* 7 *potius* praepararem 8 considat *Goldastiana* *lacuna in libris qualis u.* 4 9 Philomela *pt:* Philomena *L.* Philumene *margo L, uulgo* 10 tum *margo t:* tm̃ *L,* tamen *pt.* tandem *margo L* 13 uenire *Stewechius* et *om. Memmianus, Barthius.* ut commendaret *Iacobsius* suos *om. Memmianus, codex Douzae* *ante* eius *incidit orationem L, ante* bonitatique *pt.* *una ut comprehendamus* commendare — bonitatique, *repetita eius dictionis memoria in p.* 203, 4 *suadet.* *itaque post* bonitatique *significaui lacunulam quae fere his expleretur* coepit: tam egregio uiro se non dubitare concredere. *alioquin scribendum* commendare coepit liberos suos: eius prudentiae bonitatique credere se spes et uota sua *in quibus* spes *Heinsius inuenit* 15 etiam *om. Memmianus.* *non exemplo solum sed etiam praeceptis* possit *L* 16 summum *uitium Antonianae* 17 *ante* quae sola *non dubito quin interciderint talia* agentem uiderent itaque ad uirtutem ac sapientiam erudirentur possit a se hereditas *Barthius* 20 Ṇon (n) *L* 21 pigiciaca *uel* Pigiciaca *libri:* pygesiaca

L esse lumborumque solutorum omnibus dixerat, et si non servasset integram simulationem, periclitabatur totam paene tragoediam evertere. itaque ut constaret mendacio fides, puellam quidem exoravit, ut sederet supra commendatam bonitatem, Coraci autem imperavit, ut lectum, in quo ipse iacebat, subiret positisque in pavimento manibus dominum lumbis suis commoveret. ille lente parebat imperio puellaeque artificium pari motu remunerabat. cum ergo res ad effectum spectaret, clara Eumolpus voce exhortabatur Coraca, ut spissaret officium. sic inter mercenarium amicamque positus senex veluti oscillatione ludebat. hoc semel iterumque ingenti risu, etiam suo, Eumolpus fecerat. itaque ego quoque, ne desidia consuetudinem perderem, dum frater sororis suae automata per clostellum miratur, accessi tentaturus, an pateretur iniuriam. nec se reiciebat a blanditiis doctissimus puer, sed me numen inimicum ibi quoque invenit

*

'dii maiores sunt, qui me restituerunt in integrum. Mercurius enim, qui animas ducere et reducere solet, suis beneficiis reddidit mihi, quod manus irata praeciderat, ut scias me gratiosiorem esse quam Protesilaum aut quemquam alium antiquorum.' haec locutus sustuli tunicam Eumolpoque me totum approbavi. at ille primo exhorruit, deinde ut plurimum crederet, utraque manu deorum beneficia tractat

*

'Socrates, deorum hominumque ..., gloriari solebat, quod

πυγησιακά *margo L*, Pygiaca *margo t; Isiaca Valesius. requiro* ΑΦΡΟΔΙΣΙΑΚΑ, *nam* πυγή *et* πυγίζειν *ab hoc loco alienissima*

2 pene *Lt quod erant qui pro nomine haberent. fortasse* penitus 4 *fortasse* super *mentulam.* commodatam *Douza f.* ut cederet supra commendatae bonitati *Scriuerius*, ut sederet supra se commendata bonitate *uel* pronitate *Heinsius* 6 lente *Scioppius:* lento *libri.* lento parebat impetu *Iacobsius; an* libenter? 7 puellaque *Cuperus* 11 nisu *et* 13 rimatur *adscripta libro Hesseliano* 14 reiiciebat *libri* sed numen inimicum ibi quoque inueni *Nodotus* 15 *duos asteriscos in uacuo uersu L habet, unum pt* 18 ingrata *Heinsius* 19 pteseloum *ut* o *ex* e *mutata uideatur sed in margine* protesilaum *L* quenquam *L* 21 ut nimirum *conieci* beneficium *L* 22 *tres asteriscos in uacuo uersu L habet, unum pt* 23 hominumque . . . . . gloriari *L*, hominumque * gloriari *pt.* iudicio sapientissimus *suppleuit Rutgersius*, uere sapientissimus *Parisina illa dux Gonsalii de qua dixi ad p.* 143, 14. '*in hac lacuna puto Graecam uocem desiderari*' *in margine L Scaliger*

nunquam neque in tabernam conspexerat nec ullius turbae frequentioris concilio oculos suos crediderat. adeo nihil est commodius quam semper cum sapientia loqui'. L

'omnia' inquam 'ista vera sunt; nec ulli enim celerius homines incidere debent in malam fortunam, quam qui alienum concupiscunt. unde plani autem, unde levatores viverent, nisi aut locellos aut sonantes aere saccellos pro hamis in turbam mitterent? sicut muta animalia cibo inescantur, sic homines non caperentur nisi spe aliquid morderent'

*

141 'ex Africa navis, ut promiseras, cum pecunia tua et familia non venit. captatores iam exhausti liberalitatem imminuerunt. itaque aut fallor, aut fortuna communis coepit redire ad poenitentiam suam'

*

'omnes qui in testamento meo legata habent praeter libertos meos, hac conditione percipient, quae dedi, si corpus meum in partes conciderint et astante populo comederint'

*

'apud quasdam gentes scimus adhuc legem servari, ut a propinquis suis consumantur defuncti, adeo quidem, ut obiurgentur aegri frequenter, quod carnem suam faciant peiorem. his ammoneo amicos meos, ne recusent quae iubeo, sed quibus animis devoverint spiritum meum, eisdem etiam corpus consumant'

---

1 neque ullius *L*. *ceterum ualde mirari licet eiusmodi de Socrate narratiunculam comoediae magis quam historiae consentaneam* 4 *haec cum superioribus commune nihil habent praeter* turbae *mentionem* inquam *om. Antoniana* 6 leuatores *Lp*: lenatores *t*. *cf. Acro ad Horati epist. I 16, 60 Lauernam a lauando furesque lauatores dici testatus ubi* leuando *et* leuatores *Vossius scripsit.* '*quaerere qui te tollat uicinia clamat*' *et* '*leuare* κλέπτειν' *margini L Scaliger imposuit.* 'leuatores *uetus, non* leccatores *quos antiquae glossae* gulosos *et* lenones *interpretantur*' *Pithoeus a Patissono laudatus*, aleatores *Iacobsius*, clauatores *I. F. Gronouius* 7 sacellos *libri* 8 multa *Memmianus* nisi spe *Lt*, *Memmianus:* spe nisi *p*. spe *ualet* spei 9 *tres asteriscos in uersu uacuo L habet, duos p, unum t* 10 *Encolpius ad Eumolpum* familia *L:* familia tua *pt* 12 cõmunis *L* 13 *fortasse* tuam *asteriscum et deinceps uacuum uersum cum tribus asteriscis L intericit, duos asteriscos p, unum t* 14 *Eumolpus* libertos *L:* liberos *pt* 16 *asteriscus in pt, non in L. interpolabant* ne plus aequo exhorrescant *quorum de auctore uide ad p.* 143, 14 19 suam *om. L;* seuam *Memmianus* admoneo *pt sed in margine* amoueo *t. potius* ammonebo 20 deuouerunt *p.* deuoueant *Hadrianides*, deuorant *Iacobsius* 21 etiam] omne *L* consumant. * * excaecabat *L. continuantur in pt*

L

*

excaecabat pecuniae ingens fama oculos animosque miserorum

*

Gorgias paratus erat exsequi

*

'de stomachi tui recusatione non habeo quod timeam. sequetur imperium, si promiseris illi pro unius horae fastidio multorum bonorum pensationem. operi modo oculos, et finge te non humana viscera, sed centies sestertium comesse. accedet huc, quod aliqua inveniemus blandimenta, quibus saporem mutemus. neque enim ulla caro per se placet, sed arte quadam corrumpitur et stomacho conciliatur averso. quod si exemplis quoque vis probari consilium, Saguntini oppressi ab Hannibale humanas edere carnes, nec hereditatem expectabant. Petelini idem fecerunt in ultima fame, nec quicquam aliud in hac epulatione captabant, nisi tantum ne esurirent. cum esset Numantia a Scipione capta, inventae sunt matres quae liberorum suorum tenerent semesa in sinu corpora'

*

---

1 pecuniae *om. p* fames *Boschius* miserorum. * Gorgias *L sed ut inductus postea asteriscus sit.* Gorgias *noui uersus initium facit in pt* 2 *asteriscum et deinceps in uacuo uersu duos asteriscos L intericit, unum pt* 3 *Eumolpus ad heredipetam, fortasse Gorgiam* sequeretur *Hadrianides* 6 *corrigendum* accedit 8 corrigitur *uir doctus in libro Iunii* 9 quoque uis *scripsi:* uis quoque *libri* 10 obsessi *Rittershusius* 11 Petelini *uel* Petilini *Puteanus, Daniel, Pithoeus:* Petauii *Lt et praeposito asterisco p cum uetere Pithoei*, Petausi *Tolosanus.* Perusii *margo L quod inuentum Scaligeri complures probarunt, nullus in* Perusini *correxit* 12 captabatur *Tolosanus* 14 *asteriscorum seriem subiciunt libri*

PROSAE ORATIONIS RELIQVIAE

I

Seruius ad Vergili Aen. III 57: auri sacra fames] sacra id est execrabilis. tractus est autem sermo ex more Gallorum. nam Massilienses quotiens pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis *sumptibus* et purioribus cibis. hic postea ornatus verbenis et vestibus sacris circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala totius civitatis, et sic praecipitabatur. hoc autem in Petronio lectum est

hoc 'ueluti geminum discerpti corporis frustulum' extremae eorum quae supersunt parti adiecit Gonsalius 4 sumptibus *addidi* 7 totius *om. Patissoniana* proiiciebatur *Patissoniana*, prosiciebatur *Daniel*, necabatur *codex Stephani* *secundum Seruium Lactantius Statii interpres in Theb. X 793* lustrare *inquit* ciuitatem humana hostia Gallicus mos est. nam aliquis de egentissimis pelliciebatur praemiis ut se ad hoc uenderet. qui anno toto publicis sumptibus alebatur purioribus cibis. denique certo et sollemni die per totam ciuitatem ductus ex urbe, extra pomeria saxis occidebatur a populo *uide ad fr. IIII*

II

Seruius ad Vergili Aen. XII 159 de feminino nominum in TOR *exeuntium genere praecipiens:* si autem a verbo non venerint, communia sunt. nam similiter masculina et feminina in TOR exeunt, ut hic et haec senator, hic et haec balneator, licet Petronius usurpaverit 'balneatricem' dicens

'uidentur desiderari Petronii uerba' nescio qua de caussa Daniel

III

Acro ad Horati epod. V 48: Canidia rodens pollicem] habitum et motus Canidiae expressit furentis. Petronius ut monstraret furentem, 'pollice' ait 'usque ad periculum roso'

IIII

Sidonius Apollinaris carminis XXIII:

quid vos eloquii canam Latini,
Arpinas, Patavine, Mantuane? —
et te Massiliensium per hortos
sacri stipitis, Arbiter, colonum
Hellespontiaco parem Priapo?

'*illi Massiliensium horti non tam mihi Arbitri patriam significare uidentur quam mores qui et Plautino prouerbio et Athenaei historia notati sunt*' *Pithoeus.* sacrum stipitem *nemo opinor pro cruce Christi habebit: immo facilius agnoscerem si quis sanctissimi scriptoris uerba ambigua* hortus *et* stipes *interpretaretur nequiter. re uera denotasse mihi illis uerbis Sidonius uidetur ea quae in satiris Petronius narrauerat, ratus uidelicet eundem esse Petronium atque Encolpium qui primas harum fabularum partes agebat.* sacer stipes *est ligneus Priapus,* sacri stipitis per hortos Massiliensium colonum dicit *eum qui sacra Priapi apud Massilienses coluit, aut fortasse respiciens ad rem singularem relatam a Petronio eum qui aliquando in Massiliensibus hortis dedicauit Priapum. concludo igitur, quod Lilius Gyraldus non multum afuit quin intellegeret cum de Massiliensibus scripsisse Petronium dixit, Encolpium ut in Campania et apud Crotoniatas ita etiam Massiliae aliquantum temporis uersatum esse. quod si uerum est, non dubitabimus quin in eodem libro satirarum Seruius quae scripsit fr. I reppererit.* par Priapo Arbiter *uocatur quia Encolpius nilo deterius mutoniatus quam Mutunus tot tantasque res mentula duce gesserat, quibus etiam hodie quae extant chartulae refertae sunt*
156 Graii cespitis *Valesius*

V

Priscianus institutionum VIII 16 p. 381 et XI 29 p. 567 H. inter exempla quibus deponentium verborum participia praeteriti temporis passivam significationem habere declarat: Petronius 'animam nostro amplexam pectore'

aut non concluserat haec numeris Petronius aut uersum soluit grammaticus nostram *in libro XI Bambergensis Sangallensis Leidensis* in *ante* pectore *additur in libro VIII.* in corpore *Pithoeus* περιπλεχθεῖσαν *glossam in libro VIII adscripsit Priscianus*

VI*

Fulgentius mythologicon I p. 23 Munckeri: nescis ... quantum satyram matronae formident. licet mulierum verbialibus undis et causidici cedant nec grammatici muttiant, rhetor taceat et clamorem praeco conpescat, sola est quae modum inponit furentibus, licet Petroniana subet Albutia

albucia *Palatinus;* Petronius poeta fuit qui scripsit satyram Albutiam *glossator: de Albucilla 'multorum amoribus famosa' a Tacito ann. VI 47 commemorata cogitauit Daniel, inter eius amatores Petronium quoque fuisse nugatus Heinsius est. recte Munckerus indicari iudicauit unam de feminis quas in satira produxisset Petronius, et illa quidem amore fuit furiosa* subet *scripsi:* subit *libri;* scilicet Petroniana subit *antiquae ut quae subicit Fulgentius* hac etenim alludente et Plautinae Saureae dominatus obdormit et Sulpicillae Ausonianae loquacitas deperit *non ad satiram sed ad Albutiam referrentur, uide Gonsalii praeludium II*

VII*

Fulgentius mythologicon III 8 p. 124 ubi sucum myrrhae valde fervidum esse dixit: unde et Petronius Arbiter ad libidinis concitamentum myrrhinum se poculum bibisse refert

mythographus Vaticanus tertius in A. Mai class. auct. III p. 261: unde et Petronius Arbiter ad libidinis concitamentum se myrrhinum poculum bibisse refert mirrinum se puculum bibisse refert *Palatinus et Vaticanus,* mirrinum poculum se bibisse refert *Montepessulanus,* myrrhinum se poculum bibisse refert in libro XIIII. ubi quartilla interposita ascilto et encolpio propinato iterum illa parte [propinando iterum illi partem *Iahnius*] ascilti tribuit ad potandum. Vnde ait quartilla quicquid satirei fuit encolpius ebibit *solus Parisinus 7975 saeculi XI. haec ex p.* 22, 11 *relata cum abhorreant a mente Fulgentii, interpolasse propter similitudinem argumenti librarium codice aliquo Petronii usum recte statuit C. Bursianus. neque* librum XIIII *Fulgentius appellauit praeter consuetudinem sed idem iste librarius. qui num errore* XIIII *substituerit pro* XV *an in codice suo illum numerum inuenerit, id integrum relinquo. posterius si uerum est, et simile quidem ueri uidetur, possis libri quarti decimi fines terminare capite 26 ubi cenam Trimalchionis Petronius narrare coepit*

VIII*

Fulgentius in expositione Virgilianae continentiae p. 156 s: Tricerberi autem fabulam iam superius exposuimus in modum iurgii forensisque litigii positam. unde et Petronius in Euscion ait 'Cerberus forensis erat causidicus'

'*legitur* Petronius in Euscio, *ubi alias in uno uet. cod.* Euscion *in*

altero Eustion. *fortasse* Εὐσχίῳ' *Daniel.* Euscion *codices Palatini duo et Vaticanus:* Eustion *reliqui.* in libro I *uel* II *aut* in Stico *id est* Satyrico *Barthius. tu personam esse credas Petronianam causidici canina facundia praediti;* Eustochion *olim conieceram* causidicus *uidetur interpretamentum esse* *conferas fr. XIIII et p.* 96, 5 effugi iudicium

VIIII*

Fulgentius in expositione sermonum antiquorum p. 565 Merceri: **ferculum dicitur missus carnium. unde et Petronius Arbiter ait 'postquam ferculum allatum est'**

potest leuis ille homo et infidus cenam Trimalchionis recordatus esse, in qua non ipsa quidem illa uerba leguntur sed et ferculum *plus uno loco et* allata est gustatio, allatum est repositorium, allatae sunt amphorae

X*

Fulgentius in expositione sermonum antiquorum p. 565 s: **valgia vero sunt labellorum obtortiones in subsannatione factae. sicut et Petronius ait 'obtorto valgiter labello'**

subinatione supinatione suppinatione subatione *libri: correctionem Iacobsii confirmat thesaurus nouus latinitatis editus a Maio p. 627* ualgire retorquere sicut Petronius ait 'obtorto ualgitur labello'. hinc etiam dicimus ualgia id est labiorum obtorsiones sicut facimus cum aliquem deridemus Petronius Arbiter: obtorto *Iunius* abroso *editio princeps* ualgitur *codices Basiliensis Bongarsii 1 Vulcanii,* ualgit *Guelferbytanus 2* '*uulgo apud Fulgentium* abrosa ualgia labello *sed in uet. cod. et* u e t. *g l o s s a r i o legitur* obtorto ualgiter labello' *Daniel* *hinc p.* 28, 3 *interpolauerant* commouebat ualgiter labra

XI*

Fulgentius in expositione sermonum antiquorum p. 566: **alucinare dicitur vana somniari, tractum ab alucitis quos nos conopas dicimus. sicut et Petronius Arbiter ait 'nam contubernalem alucitae molestabant'**

Arbiter *om. Guelferbytanus 1* Arbiter asserit *omissis reliquis editio a. 1532* contubernalem *scripsi:* centubernali *Guelferbytanus 1,* cōphū uernali *Bongarsianus 1,* centum uernali me *Leidensis et Palatinus,* contum uernali me *uetus codex Danielis,* conumnali me *Bongarsianus 2,* comptum me uernali *alter codex Danielis,* conceptum me uernali *Basiliensis,* conceptam me uernali *Barthii membranae,* contemptum me uernali *liber Vulcanii,* contemptus me uernalia *Guelferbytanus 2.* centum uernales me *Iunius,* centum uenales me *Sambucus,* centum uernae me *Douza,* centumuirales me *Munckerus,* contubernales me *Is. Vossius* alucte *Bongarsianus 1,* aluna *Basiliensis Guelferbytanus 2 Vulcanii et Barthii libri* molestabat *Leidensis et Barthii membranae*

XII*

Fulgentius in expositione sermonum antiquorum p. 567: manubies dicuntur ornamenta regum. unde et Petronius Arbiter ait 'tot regum manubies penes fugitiuum repertae'

manubies *utrobique Basiliensis Guelferbytanus 2 Bongarsianus 2 Palatinus collatio Vulcanii:* manubiae *reliqui. illam formam nouatam credo a Fulgentio* fugitiuum restiterant *editio princeps. 'in uet. cod.* tot regum manuuies penes fugitiuum *sed altera manu postea* repertae *emendatum est. in altero u. cod. etiam legitur* manubies' *Daniel*

XIII*

Fulgentius in expositione sermonum antiquorum p. 567: aumatium dicitur locus secretus publicus, sicut in theatris aut in circo. unde et Petronius Arbiter ait 'in aumatium memet ipsum conieci'

in aumatium *consentiunt libri (cf. Du Cangii glossarium mediae et infimae latinitatis auctum ab Henschelio) 'quamquam' ut ait Daniel 'in uno u. cod. manuscripto legatur* in naumatium*: an* ναυμάχιον *? in altero* omacium*: forte* ναυμάτιον'. aumarium *editio a. 1549,* armarium *Iunius,* automatium *Turnebus* locū secretū publicū *Palatinus.* secretus *compunctum in Basiliensi* inde aumatium *Guelferbytanus 2* mam ipsum *Basiliensis* *cf. p.* 11, 14 in eundem locum me conieci

XIIII

Isidorus originum V 26, 7: dolus est mentis calliditas ab eo quod deludat: aliud enim agit, aliud simulat. Petronius aliter existimat dicens 'quid est, iudices, dolus? nimirum ubi aliquid factum est quod legi dolet. habetis dolum: accipite nunc malum'

satis urbana haec doli mali definitio, qua Encolpius opinor os sublinebat iudicibus, in illa legebatur satirarum parte, ad quam fr. VIII pertinet existimabat *Guelferbytanus 1* dolet legi *transmutat idem ex his uerbis declamationem P. Petronii rhetoris effecit Goldastus*

XV

glossarium S. Dionysii: petaurus genus ludi. Petronius 'petauroque iubente modo superior'. DANIEL

aut fallor aut expleri his oportet eam lacunam quam p. 62, 2 *significaui hoc exemplo* puer in scala saltans petauroque iubente modo superior *(id est ut petaurum petauristarumque usus ferebat, tunc ipsum in superiore gradu membra iactans)* forte altius excusso corpore in lectum Trimalchionis petaurus *formam commentus glossator est*

XVI

Petronius 'satis constaret eos nisi inclinatos non solere transire cryptam Neapolitanam' *ex glossario S. Dionysii.* DANIEL

constat *Goldastiana* *cryptae Neapolitanae, per quam iter fecit a Baiis Neapolim repetens, tenebras et puluerem Seneca conqueritur epist. mor. 57, 1* *probabiliter illa libro qui quintum decimum antecessit adtribueris*

XVII

in alio glossario:

Suppes suppumpis, hoc est supinis pedibus. Petron.
Tullia, media vel regia. Petronius. PITHOEVS

suppummis *typographi uitium propagatum a recentioribus. priora sic restituenda censeo* suppis: supinis pedibus *nam et antiqui* suppum *dixerant supinum et postea aleatores ut tesseras* talos *uel quaternionem* planum *sic ternionem* suppum *denominabant a pedibus. de altera glossa nihil extrico, utraque autem dubito num ex satiris Petronii singillatim excerpta an numeranda inter eas glossas sit quibus nomen Petronii casu aliquo obuenit. uelut quae 'in uetere libro' Daniel inuenit* classicum dicitur ex Vegetio de re militari lib. II quod buccinatores per cornu dent, quod insigne uidetur imperii, quia classicum canit imperatore praesente uel cum in militem capitaliter animaduertitur: et classica auctore Petronio a calando, id est uocando, sunt dicta *haec ex futili illa farragine glossarum manarunt Petronii nomine inscripta de qua commemoraui in praefatione. ibi enim (noui musei Rhenani XVI p. 6 n. 11) secundum Isidorum relata haec sunt* classica sunt cornua quae conuocandi causa erant facta: et a calando, id est uocando, sunt dicta

XVIII*

Ambrosius Calepinus in dictionario in voce Cosmus *ubi Martialis versum ep. XI 8, 9 'quod Cosmi redolent alabastra focique deorum' perscripsit et a Cosmo nobili unguentario unguenta Cosmiana dicta esse addidit:* Petronius 'affer nobis, inquit, alabastrum Cosmiani'

huic testimonio eo magis abrogo fidem quod a Martiale celebratus et Iuuenale Cosmus Petronianae aetati successisse demum uidetur. conferas p. 71, 12 cum alabastris unguenti *et p.* 92, 1 profer et unguentum *quae tamen Calepinus nondum cognouerat* inquit *om. Calepini exemplum Basiliense a. 1562* Cosmianum *Daniel*

CARMINVM RELIQVIAE

XVIIII

Terentianus Maurus de metris:

Horatium videmus
versus tenoris huius
nusquam locasse iuges,
at Arbiter disertus
libris suis frequentat.
agnoscere haec potestis,
cantare quae solemus:
'Memphitides puellae
sacris deum paratae.
tinctus colore noctis
manu puer loquaci'

2491 *et* 2492 *ad Petroniana aggregauit Barthius* 2493—2496 *quibus de Isiacis agitur (cf. p.* 144, 11) *nihil obstat quo minus a Petronio quoque ita continuatos esse credamus* 2493 *repetitur a Terentiano u.* 2521, 2495 *item u.* 2522 *et coniunctus cum Naeuii et nouelli poetae uersiculis* 2531 *post* 2496 *interpolabantur tamquam a Petronio addita haec* Aegyptius choreutes *(ita in catalectis Scaligeri) uel* Aegyptius choraules *(ita Lindenbrogius) uel* Aegiptias choreas *(ita in Patissoniana) ceterum quod cantitari ait illa Terentianus, fortasse inde quispiam collegerit tralaticium fuisse ac sollemne Isiacae religionis carmen, neque inuentum a Petronio uerum ex sacris Isidis adsumptum. alioqui perquam mirabile Petronii carmina adeo et innotuisse et inclaruisse ut populares fierent cantilenae*

XX

Terentianus Maurus de metris:

nunc divisio, quam loquemur, edet
metrum quo memorant Anacreonta
dulces composuisse cantilenas.
hoc Petronius invenitur usus,
Musis cum lyricum refert eundem
consonantia verba cantitasse,
et plures alii. sed iste versus
quali compositus tome sit, edam.
'iuverunt segetes meum laborem'.

'iuverunt' caput est id hexametri —
quod restat 'segetes meum laborem',
tale est ceu 'triplici vides ut ortu
Triviae rotetur ignis
volucrique Phoebus axe
rapidum pererret orbem'

2853 Musis cum *Dawesius:* Musicum *Mediolanensis. hos uersiculos qui Anacreontem Anacreonteis laudatum a Petronio esse ostendunt, non receperunt inter reliquias Petronianas, receperunt autem auctore Daniele hendecasyllabum uersum* 2857 *quem Petronianum esse non liquet* 2862—2865 *Petronio adsignat Terentianum exprimens Marius Victorinus de metris IIII 1 p. 2601 P. his uerbis* metrum erit Anacreontion si quidem eo frequentissime usus sit, sed et apud nos plerique, inter quos Arbiter Satyricon ita 'triplici ... orbem' 2863 *repetitur a Terentiano u.* 2872 *et* 2873; 2863—2865 *non adiecto Petronii nomine e Terentiano descripsit Mallius Theodorus de metris V p. 32 Heusingeri* 2864 axi *Mallius* 2865 rutilum *Mallius.* totum *Scaliger in Leidensi suo Petronio et catalectis*

XXI

Diomedes in arte III p. 518K: et illud hinc est comma quod Arbiter fecit tale

'anus recocta vino
trementibus labellis'

apte, ut exemplum ponam, conueniunt illa in sacerdotem Priapi Oenotheam *p.* 191, 7 *conl. p.* 196, 18 *de metri genere conferas fr. XVIIII*

XXII

Sergius in editionem II Donati p. 1843P: item Quirites dicit numero tantum plurali. sed legimus apud Horatium hunc Quiritem. vetus nominativus hic Quiris. idem Horatius 'quis te redonavit Quiritem dis patriis?' cuius nominativus erit hic Quirites, ut dicit Petronius

Pompeius in commento artis Donati p. 161L: nemo dicit 'hic Quirites' sed 'hi Quirites' licet legerimus hoc. legite in Petronio et invenietis de nominativo singulari hoc factum. et ait Petronius 'hic Quirites' numero singulari

uetusto Quiritis *nominatiuo (ita enim scripserat, non* Quirites, *uide Prisciani inst. IIII p. 134 H.) nisi in carmine uix poterat Petronius uti. hinc corrigendum esse p.* 156, 4 emptusque *et* 5 *secundum testes locupletissimos* uertit *coniectura Danielis est haut sane temeraria* *hunc Petronium qui putabant grammaticum fuisse, 'quidam' a Daniele commemorati et deinde Goldastus, praesidium poterant opinationis suae petere*

ab etymologico magno in quo uoci σκύτος *haec adscribuntur* σκύτος δὲ λέγεται πᾶν τὸ μεταξὺ τῶν τενόντων τοῦ τραχήλου δέρμα, ὡς Πετρώνιός φησι. *sed medicum Petronium ibi significari laudatum ab Erotiano Galeno aliis probabiliter Iahnius statuit*

XXIII

grammaticus de generibus nominum p. 79 Hauptii: fretum generis neutri et pluraliter freta, ut Petronius 'freta Nereidum'

XXIIII*

Hieronymus in epistula ad Demetriadem CXXX 19 p. 995 Vallarsii: cincinnatulos pueros et calamistratos et peregrini muris olentes pelliculas, de quibus illud Arbitri est

'non bene olet qui bene semper olet'

quasi quasdam pestes et venena pudicitiae virgo devitet

Martialis epigr. II 12: hoc mihi suspectum est quod oles bene, Postume, semper; Postume, non bene olet qui bene semper olet *ita adhibuit hanc sententiam ut in ore uulgi uideatur uersata esse, et similia dicta Wouwerius Goldastusque congessere. ad illa autem Hieronymi haec editor adnotauit 'potius Cisterciensis ms. lectionem expendi uelim, ubi pro* Arbitri *nomine est* triuii: *proprie enim* illud triuii *dicitur pro uulgata populi sermone sententia cuiusmodi haec uidetur fuisse'. itaque nunc optio est de tribus eligendi unum: aut* triuii *scripsit Hieronymus qui ad Petronium alias nusquam respexit, aut falsus est memoria Arbitrum appellans pro Martiale, aut horum uterque tritum sermone communi prouerbium usurpauit, nam Martialem mutuatum illud esse a Petronio minime probabile duco. denique cf. satirae p.* 4, 2

XXV*

Fulgentius mythologicon II 9 p. 80 de Prometheo: quamvis Nicagoras ... primum illum formasse idolum referat, et quod vulturi iecur praebeat, livoris quasi pingat imaginem. unde et Petronius Arbiter ait

'qui vultur iecor ultimum pererrat
et pectus trahit intimasque fibras,
non est quem tepidi vocant poetae,
sed cordis *mala*, livor atque luxus'

mythographus Vaticanus tertius in A. Mai class. auct. III p. 248: refert Nicagoras et testatur Petronius Arbiter Prometheum primum idolum formasse; uulturi iecur praebuisse eo quod inuidi dente eum detractionis momorderint 1 qui *Douza f.:* cui *libri* '*uetus codex* iecor intimum' *Daniel; sic Montepessulanus Palatinus Vaticanus*, iecur intimum *Leidensis:* ultimum *Modius et antiquae* penetrat *Barthius* 2 'et

pectus trahit *uetus codex. Horatius* et quaerit pectus' *Daniel:* et querit pectus *Montepessulanus Palatinus Vaticanus. fortasse* et pectus quatit 3 falsi *glossator.* lepidi *Pithoeus*, trepidi *et* timidi *Scaliger in Leidensi Petronio et in catalectis*, Tityi *Douza f. certe quidem contra Fulgentii sententiam. ceterum uide Burmannum secundum anthol. III 130* 4 mala *om. codices: addiderunt editores* luctus *Scaliger et Douza f.:* liuorem luctum timorem audaciam luxum *consociauit Claudianus I in Rufinum 32*

XXVI*

sic contra rerum naturae munera nota
corvus maturis frugibus ova refert.
sic format lingua fetum cum protulit ursa,
et piscis nullo iunctus amore parit.
sic Phoebea chelys vinclo resoluta parentis
Lucinae tepidis naribus ora fovet.
sic sine concubitu textis apis excita ceris
fervet et audaci milite castra replet.
non uno contenta valet natura tenore,
sed permutatas gaudet habere vices

Fulgentius mythologicon I 12 p. 44 de coruo: solus contra rerum naturam in mediis ipsis aestiuis feruoribus ouiparos pullulet foetus. unde et Petronius 'sic . . . oua refert' *qui quos protulit uersus* 1 *et* 2 *his ceteros adiunxit Cl. Binetus. is enim praeposito* Petronii Arbitri *nomine* 'extabant' *inquit* 'illi duo priores uersus: reliquum expleui ex meo u. c.' *uide praefationem* 1 sicut sunt rerum *Binetus* nota *Binetus:* notae *Fulgentius.* tota *Scaliger* 5 Phoebaea chelis uicto *sed in margine* uinclo *Binetus* 6 ora *Hadrianides:* oua *Binetus. testudo traditur excludi ouo in harena calida, sed* Lucinae nares *ego non intellego* 8 *fortasse* fetat *coniungi cum hoc carmine Douza iussit fr. XXXIII*

XXVII*

primus in orbe deos fecit timor, ardua caelo
fulmina cum caderent discussaque moenia flammis
atque ictus flagraret Athos. mox Phoebus ad ortus
lustrata reiectus humo, lunaeque senectus
et reparatus honos, hinc signa effusa per orbem
et permutatis disiunctus mensibus annus,
proiectum vitium [hinc] atque error iussit inanis
agricolas primos Cereri dare messis honores,
palmitibus plenis Bacchum vincire, Palemque
pastorum gaudere manu. natat obrutus omnis
Neptunus demersus aqua, Pallasque tabernas

vindicat: et voti reus et qui vendidit orbem,
iam sibi quisque deos avido certamine fingit

Fulgentius mythologicon I 1 p. 31: huius rei non immemor et Petronius ait 'primus in orbe deos fecit timor' *ubi* urbe *uetus Danielis et Palatinus praebent, ex Fulgentio Lactantius interpres Statii in Theb. III 661:* negat deos ulla alia re celebrari nisi timore mortalium, ut Lucanus 'quae finxere timent' et Petronius Arbiter istum secutus 'primus in orbe deos fecit timor' *ubi* istum *siue Lucanum siue Statium Lactantius intellexit, auctoritatem eius ego non assis facio. hemistichium a Fulgentio et Lactantio relatum in Statii Thebaide legitur l. s. Statioque adscribitur a Seruio in Verg. Aen. II 715. totum autem illud carmen* in superstitionem *inscriptum 'sub Petronii titulo edidit Scaliger in catalectis p. 234 qui in schedis suis mss. etiam ex ueteri codice descripserat sed nullo auctoris nomine praefixo' ut Burmannus secundus testatur in anthologia III 119. itaque Petronii hos uersus esse nemo tradidit, de primo autem hemistichio ueri similius est Fulgentium hominem et falli et fallere solitum perperam Petronium in Statii locum substituisse quam poetam alterum alterius uerbis cecinisse. agnosco equidem scholastici alicuius poetae carmen in thema Statianum factum cuius generis non pauca anthologiarum libri seruarunt* 1 horrida *Wakefieldus* 2 Maenala *Perlkampius* 3 ictu *Reiskius* adultus *Reiskius,* ad undas *Iacobsius* 4 deiectus *edebatur:* deuectus *Heinsius,* redit actus *Barthius* 7 '*in schedis Scaligeri* proiectum uitium atque *sed in margine* processit uitium *quod postea deleuerat et superscripserat* proiectum uitium hinc' *Burmannus secundus:* proiecit uitium hoc *uulgo;* profecit *nescio quis;* porrectum uitiumst *Luc. Muellerus de re metrica poet. Lat. p. 298 praecedentia ad primi uersus uerbum referens et post* annus *plene interpungens.* proiectum uitium *sic dicitur ut proiecta audacia, proiecta et effrenata cupiditas* 8 messis *Pithoeus:* mensis *schedae* 9 *tertium membrum superioribus non satis commode adnexum* 10 *sic schedae:* omni *Scaliger post* obrutus *interpungens quo facto* obrutus *plane inutile* 11 pallidasque *schedae,* liquidasque *et* Pallasque *margo earum* tabernas *opificum:* cauernas *Scaliger,* palaestras *Delrius,* Camenas *aut* lucernas *Barthius* 12 urbem *Pithoeus,* orbum *Barthius. bonum malumque significari Meyerus anthol. 145 monuit*

XXVIII*

nam citius flammas mortales ore tenebunt
quam secreta tegant. quidquid dimittis in aula,
effluit et subitis rumoribus oppida pulsat.
nec satis est vulgasse fidem: simulatius exit
proditionis opus famamque onerare laborat.
sic commissa verens avidus reserare minister
fodit humum regisque latentes prodidit aures;
excepit nam terra sonos calamique loquentes
invenere Midam, qualem narraverat index

tamquam Petronianum edidit Scaliger de aulicorum uanitate *inscriptum*

(uide u. 2). Fulgentius mythologicon III 9 p. 126 de Mida locutus unde *inquit* et Petronius Arbiter ait 'sic commissa uerens... index' *u.* 6—9. *thema est Ennianum ut Cicero ostendit de oratore II 54, 220:* est hominibus facetis et dicacibus difficillimum habere hominum rationem et temporum et ea quae occurrunt, cum salsissime dici possunt, tenere. itaque non nulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur. dicere enim aiunt Ennium, flammam a sapiente facilius ore in ardente opprimi quam bona dicta teneat, haec scilicet bona dicta quae salsa sint *quod hic poeta a bonis dictis deflexit ad secreta. Petronii satirae inseruit hos uersus inter p.* 143, 17 *et* 18 *Bourdelotus, 'nescio an non rectius poneretur ad cap. 117 ubi corpora sua et animas addicunt Eumolpo et secretum iure iurando promittunt' Burmannus* 1 ora *schedae Scaligeri teste Burmanno secundo anthol. III 125* 2 demittis in aurem *Francius, Burmannus secundus, Iacobsius, Haasius p. 22: at enim illos poetam, non librarium correxisse arbitror. nempe poeta* dimittere uocem — uocem *autem aut* uerbum *unus quisque intellegit — sic dixit ut uulgus* emittere uocem, *Graeci* ἀφιέναι φωνήν, *Seneca 'in populos nominis* dimissa *notitia'. deinde* aulicos *perstringere eum uoluisse non* oppidorum *solum oppositio in u. 3 sed etiam regis Midae exemplum persuadet. quin igitur uertamus 'was immer dir bei Hof entfährt', ut ne* aulam *quidem opus sit scribi* 4 cumulatius *Iacobsius* 6 si *Montepessulanus Fulgentii* ueres *Montepessulanus prima manu,* ferens *edebatur apud Fulgentium ante Munckerum* auris reserare *Iacobsius. non magis hic uersus inconditus est quam reliqui fere omnes. 'cum nec prodere uisum dedecus auderet, cupiens efferre sub auras, nec posset reticere tamen' Ouidius metam. XI 183* seruare *schedae Scaligeri 'uetus codex pro* ferens *habet* uerens *et pro* minister magister' *Daniel, apud Fulgentium scilicet* 7 prodedit *Palatinus et Vaticanus Fulgentii* 8 concepit nam terra sonum *Fulgentius* 9 inuenera *primo Montepessulanus,* iuuere *Parisinus Fulgentii.* incinuere *Salmasius et Palmerius,* insonuere *Wernsdorfius* inuenerem idem *schedae Scaligeri qui inde* inuenere fidem *effecit* conceperat *Fulgentius.* conspexerat *coni. Munckerus* iudex *Parisinus Fulgentii*

XXVIIII

fallunt nos oculi, vagique sensus
oppressa ratione mentiuntur.
nam turris, prope quae quadrata surgit,
detritis procul angulis rotatur.
Hyblaeum refugit satur liquorem,
et naris casiam frequenter odit.
hoc illo magis aut minus placere
non posset, nisi lite destinata
pugnarent dubio tenore sensus

legitur in codice Vossiano CXI post carmen Petronii, quod extat in p. 99, *sic inscriptum* item eiusdem *et* metro falecio endecasillabo. *hinc transtulit illud Scaliger in Petronianum suum librum L post notas iuri-*

dicas cum hoc titulo Petronii Arbitri. *uide Burmannum secundum anthol. III 131* 3 *cf. Lucretius IIII 351* 4 attritis *L, uulgo. cf. Frontinus de aquis I 24* rotatur *rotundatur* 5 hibleum *et* licorem *libri* 6 naris *Pithoeus:* maris *libri.* marcens *Scaliger* 8 posset *Pithoeus:* possūt *ita ut* ū *recentior manus uideatur addidisse Vossianus,* possunt *L*

XXX

somnia, quae mentes ludunt volitantibus umbris,
non delubra deum nec ab aethere numina mittunt,
sed sibi quisque facit. nam cum prostrata sopore
urguet membra quies et mens sine pondere ludit,
quidquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
qui quatit et flammis miserandas eruit urbes,
tela videt versasque acies et funera regum
atque exundantes profuso sanguine campos.
qui causas orare solent, legesque forumque
et pavidi cernunt inclusum corte tribunal.
condit avarus opes defossumque invenit aurum.
venator saltus canibus quatit. eripit undis
aut premit eversam periturus navita puppem.
scribit amatori meretrix. dat adultera munus.
[et canis in somnis leporis vestigia latrat]
in noctis spatium miserorum vulnera durant

legitur in Vossiano CXI post superius carmen (fr. XXVIIII) item eiusdem de somniis *inscriptum. subsequitur autem* item Claudiani de eadem re 'omnia quae sensu uoluuntur uota diurno' *et cetera, uide Burmannum secundum anthol. VI 90. argumentum horum uersuum quos auctore Bourdeloto in satiram p.* 126, 14 *imponebant Lucretius dedit IIII 959, consimiles praeterea sunt illi de somniis carmini quod in pag.* 178 *extat, uide Wehlium p. 56* 1 mendes *Vossianus* 2 delubra deum nec h ab ethere *Vossianus:* delubra *ualde ineptum, cogitauit autem poeta morem dis incubandi* 3 quum *libri* 4 languent membra, quies *edidit Scaliger.* mulcet *Francius* 5 facit *Barthius* quatit oppida bello *Vergiliana* 6 saeuit in urbes *edebatur auctore Scaligero* 3 perfuso *Pithoeus* 10 pauido *et* corde *Scaliger,* pauida *Mommsenus cum descripsit haec e Vossiano* chorte *Mommsenus:* corde *libri. coronam intellegas* 11 condit opes alius defossoque incubat auro *Vergilius georg. II 507* 13 *edebatur* puppim *uersum* 15 *alius uersifex intrusit, fortasse etiam ut Barthio placuit uersum* 16 *utpote nimis inscitum. priori sententiae non dissimile illud in Piscatoribus idyllio non Theocriteo* ἐν ὕπνοις πᾶσα κύων ἄρκτον μαντεύεται lustrat *Burmannus secundus conl. Verg. ecl. II 12,* tranat *Daniel* 16 spatio *edidit Scaliger*

XXXI*

non est forma satis, nec quae vult bella videri,
  debet vulgari more placere sibi.
dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus
  vincunt naturae candidioris opus.
condit enim formam, quicquid consumitur artis,
  et nisi velle subest, gratia tota perit

tamquam Petronianum edidit Scaliger: in anthologia Burmanni III 224 inscribitur C. Petronii de uenustate et gratia formae. *Pentadii esse Barthius credidit* 4 languidioris *Burmannus patruus* 6 quod nisi et illa *Heinsius,* et nisi si illa *Meyerus anthol. 182,* et nisi sal suberit *Antonius* gratia nuda *Vossianus codex conlatus ab Heinsio*

XXXII*

non satis est quod nos mergis, furiosa iuventus,
  transversosque rapit fama sepulta probris?
anne etiam famuli cognata faece sepulti
  in testa mersas luxuriantur opes?
vilis servus habet regni bona, cellaque capti
  deridet Vestam Romuleamque casam.
iccirco virtus medio iacet obruta caeno,
  nequitiae classes candida vela ferunt

tamquam Petronianum edidit Scaliger: inscribitur in luxum. *satirae Petronii p.* 105, 5 *inter* fecerunt *et* sed *inseruit hoc carmen Bourdelotus, Trimalchionis similes seruos et libertos reprehendi Burmannus putauit, fragmentum XII aduocauit Brouckhusius. uide Burmannum secundum anthol. III 133* 1 *corrige* mergit 2 transuersisque *Barthius* forma *Oudendorpius,* Roma *Iacobsius* 3 iamne *Oudendorpius* cognatam *seruis* faecem *peregrinum uinum interpretor* 4 mersae *Clauerius et Hadrianides. certe illa structura inaudita est nam in Cornelii Seueri uersu (Diomedes p. 378 K.)* luxuriantur opes atque otia longa grauantur *significari puto robur corporis* luxurientur *margo Tornaesianae;* mersae dilacerantur *Withofius* 6 Vestam *Barthius:* festam *traditum est,* festram *Palmerius quod placuit editoribus*

XXXIII*

nolo ego semper idem capiti suffundere costum
  nec toto stomachum conciliare mero.
taurus amat gramen mutata carpere valle,
  et fera mutatis sustinet ora cibis.

ipsa dies ideo nos grato perluit haustu,
quod permutatis hora recurrit equis

tamquam Petronianum edidit Scaliger: inscribitur de uitando fastidio. *subiunxit hos uersus Douza fragmento XXVI. uide Burmanni anthol. III 120* 2 noto *Palmerius*, solito *Burmannus secundus*, soli *Reiskius* sollicitare *Iacobsius* 5 ipse *Hadrianides* pellicit astu *uel potius* auctu *Burmannus secundus* 6 pernoctatis *Barthius* ora *schedae Scaligeri*

XXXIIII*

uxor legitimus debet quasi census amari:
nec censum vellem semper amare meum

tamquam Petronianum edidit Scaliger: inscribitur de uxore. *'fortasse iungendum est praecedenti carmini' Iacobsius* 1 legis unus *schedae Scaligeri in Burmanni anthol. III 121*

XXXV*

inveniat quod quisque velit. non omnibus unum est
quod placet. hic spinas colligit, ille rosas

eiusdem *id est Petronii rursus Scaliger: inuexit hoc distichon in satiram p.* 173, 17 *post* sedeo *Bourdelotus* 1 inueniet *sed in margine* inueniat *schedae Scaligeri secundum Burmanni anthol. III 122.* inuenias *uitium ex Goldastiana propagatum*

XXXVI*

nam nihil est quod non mortalibus adferat usum:
rebus in adversis, quae iacuere, iuvant.
sic rate demersa fulvum deponderat aurum,
remorum levitas naufraga membra vehit.
cum sonuere tubae, iugulo stat divite ferrum,
barbara contemtu proelia pannus habet

eiusdem *Scaliger: uide Burmanni anthol. III 123* 2 nocuere *Tollius et Burmannus patruus* 3 deprensa *Iacobsius sic Douza:* uulsam deponderat aurem *schedae Scaligeri;* 'deponderare καταβαρεῖν' *glossae* 6 contemtu *pro* contemptui *Douza:* contemnit *schedae quarum margini* pannus hebes *Scaliger inscripserat;* contemni *margo Tornaesianae;* raraque contemptus *eleganter Reiskius*

XXXVII*

linque tuas sedes alienaque litora quaere,
o iuvenis: maior rerum tibi nascitur ordo.

ne succumbe malis. te noverit ultimus Ister,
te Boreas gelidus securaque regna Canopi,
quique renascentem Phoebum cernuntque iacentem:
maior in externas Ithacus descendat arenas

tamquam Petronianum edidit Scaliger exhortatio *inscriptum: satirae Petronii inclusit Bourdelotus p.* 113, 4 *inter* amat *et* profuit. *uide Burmanni anthol. III 124* 4 fecundaque *Reiskius* 5 cadentem *Douza f.* 6 externas Ithacus *Palmerius:* externa sita cui *schedae Scaligeri;* externam sit qui d. arenam *margo Tornaesianae,* maior in externas ita qui descendit arenas *Francius. alter et quidem maior Vlixes significatur*

XXXVIII *

iam nunc ardentes autumnus fregerat umbras,
atque hiemem tepidis spectabat Phoebus habenis:
iam platanus iactare comas, iam coeperat uvas
adnumerare suas defecto palmite vitis:
ante oculos stabat quicquid promiserat annus

tamquam Petronianum fragmentum *hoc edidit Scaliger* 4 defecto *Pithoeus:* desecto *ceteri*

XXXVIIII *

sic et membra solent auras includere venis,
quae penitus mersae, cum rursus abire laborant,
verberibus rimantur iter. nec desinit ante
frigidus adstrictis qui regnat in ossibus horror,
quam tepidus laxo manavit corpore sudor

priori fragmento aliud *hoc subiunxit Scaliger: Encolpii aut Eumolpi de coitu uersus esse Goldastus coniecit* 2 laborent *Pithoeus* 3 4 *hoc ordine Pithoeus: inuerso Scaliger* 4 frigidus astrictis *Reiskius:* et rigidus strictis *Scaliger;* erigidus strictis *Pithoeus,* frigidus attritis *Iacobsius*

XXXX *

haec ait et tremulo deduxit vertice canos
consecuitque genas, oculis nec defuit imber.
sed qualis rapitur per valles improbus amnis,
cum gelidae periere nives et languidus auster
non patitur glaciem resoluta vivere terra,
gurgite sic pleno facies manavit, et alto
insonuit gemitu turbatum murmure pectus

priori fragmento aliud hoc subiunxit Scaliger: inferri iussit in satiram p. 197, 13 *Douza f.* 7 murmura *Beiskius*

XXXXI*

Indica purpureo genuit me littore tellus,
candidus accenso qua redit orbe dies.
hic ego divinos inter generatus honores
mutavi Latio barbara verba sono.
iam dimitte tuos, Paean o Delphice, cycnos:
dignior haec vox est quae tua templa colat

Petronii *nomine praeposito edidit Binetus post fr. XXVI: psittacum laudari Douza indicauit. Petronium Indicum aliquem deprehendere hic sibi uidebatur Goldastus. uide Burmanni anthol. V 148* 2 rubet *Burmannus secundus* 3 odores *margo Bineti sic ut in Dracontii hexahemero de elephanto* belua diuinos inter generatur odores 5 cicnos *traditum est* 6 uos *Binetus correctum in margine*

XXXXII*

naufragus eiecta nudus rate quaerit eodem
percussum telo, cui sua fata legat.
grandine qui segetes et totum perdidit annum,
in simili deflet tristia fata sinu.
funera conciliant miseros, orbique parentes
coniungunt gemitus, et facit hora pares.
nos quoque confusis feriemus sidera verbis,
et fama est iunctas fortius ire preces

Petronii *Binetus: comparabant satirae cap.* 115 1 euersa *Douza* 2 fleat *Iacobsius* 5 sortique *Binetus correctum in margine* 6 urna *Reiskius* 7 *fortasse* fas est iunctas *in margine*, constans *in uersu Binetus*

XXXXIII*

aurea mala mihi, dulcis mea Marcia, mittis,
mittis et hirsutae munera castaneae.
omnia grata putem, sed si magis ipsa venires,
ornares donum, pulchra puella, tuum.
tu licet adportes stringentia mala palatum,
tristia mandenti est melleus ore sapor.
at si dissimulas multum mihi cara venire,
oscula cum pomis mitte: vorabo lubens

Petronii *Binetus: in libris Salmasiano et Thuaneo inscriptum est* de malis aureis amatori ab amata missis, *in Vossiano* de malis aureis. *uide anthologias Burmanni III 207 et Meyeri 979. geminum prorsus est Alcimi carmen III 211. hos uersus nihil minus quam Petronium resipere ait Douza de reliquis epigrammatis non ausus addubitare* 1 Marcia *per* c *Vossianus* 3 puta: sed te magis. ipsa *uel* puta: sed tu mallem ipsa *Heinsius;* putes *Oudendorpius* 4 domum *Thuaneus* 5 exportes *Thuaneus Vossianus.* et portes *Heinsius* 6 tristicia *Salmasianus Vossianus.* tristis *Heinsius* 7 et *Salmasianus Thuaneus.* aut *Heinsius* si forte dissimulas *Thuaneus,* si forte dissimula *Salmasianus* 8 *sic margo Bineti:* os quali compremis- multe *Binetus,* osque ledis morsumitte *Salmasianus consentiens cum Vossiano.* oscula de morsu mitte *Heinsius* borauo *Salmasianus*

XXXXIIII*

si Phoebi soror es, mando tibi, Delia, causam
scilicet ut fratri, quae peto, verba feras:
'marmore sicanio struxi tibi, Delphice, templum
et levibus calamis candida verba dedi,
nunc si nos audis atque es divinus, Apollo,
dic mihi, qui nummos non habet, unde petat'

Petronii *Binetus: uide Burmanni anthol. III 213* 3 si Pario *praeeunte Heinsio Schraderus,* Synnadico *Burmannus secundus. lege* si quando

XXXXV*

omnia quae miseras possunt finire querellas,
in promptu voluit candidus esse deus.
vile olus et duris haerentia mora rubetis
pugnantis stomachi composuere famem.
flumine vicino stultus sitit, effugit euro
cum calidus tepido consonat igne rogus.
lex armata sedet circum fera limina nuptae,
nil metuit licito fusa puella toro.
quod satiare potest, dives natura ministrat,
quod docet infrenis gloria, fine caret

Petronii *Binetus* 4 pungentis *Douza f.* 5 '*forte* et riget' *Binetus* *num* erro ? 6 *immo* focus 10 infraenis *in margine,* inferius *in uersu Binetus*

XXXXVI*

militis in galea nidum fecere columbae:
adparet, Marti quam sit amica Venus

Petronii *Binetus: uide Burmanni anthol. III 236*

XXXXVII*

Iudaeus licet et porcinum numen adoret
et caeli summas advocet auriculas,
ni tamen et ferro succiderit inguinis oram,
et nisi nudatum solverit arte caput,
exemptus populo Graiam migrabit ad urbem
et non ieiuna sabbata lege premet.
una est nobilitas argumentumque coloris
ingenui, timidas non habuisse manus

Petronii *Binetus* 1 nomen *Binetus correctum in margine* 2 cilli *tamquam asini Pithoeus* auricolas *siue* auriculas *in margine,* agricolas *in uersu Binetus* 3 'oram *et forte* arram' *in margine,* aram *in uersu Binetus* 4 nudatum *Pithoeus:* nodatum *Binetus* 5 *sic Goldastiana:* Graia migrabit ab urbe *Binetus.* Graias m. ad urbes *idem in margine,* grata migrabit ab urbe *Casaubonus.* Graia urbe *pro Neapoli Douza habuit* 6 *melius dixisset* ieiuni 7 *et* 8 *separandi uidentur*

XXXXVIII*

lecto compositus vix prima silentia noctis
carpebam et somno lumina victa dabam,
cum me saevus Amor prensum sursumque capillis
excitat et lacerum pervigilare iubet.
'tu famulus meus' inquit 'ames cum mille puellas,
solus, io solus, dure, iacere potes?'
exsilio et pedibus nudis tunicaque soluta
omne iter impedio, nullum iter expedio.
nunc propero, nunc ire piget, rursumque redire
poenitet, et pudor est stare via media.
ecce tacent voces hominum strepitusque viarum
et volucrum cantus turbaque fida canum:
solus ego ex cunctis paveo somnumque torumque
et sequor imperium, magne Cupido, tuum

Petronii *Binetus: uide Burmanni anthol. III 205* 2 uincta *Heinsius* 3 prensat *uel* prendit *Oudendorpius. fortasse* uulsumque 13 careo somnoque toroque *Schraderus* torumque? en sequor *Burmannus secundus*

XXXXVIIII*

sit nox illa diu nobis dilecta, Nealce,
quae te prima meo pectore composuit:

sit torus et lecti genius secretaque longa,
queis tenera in nostrum veneris arbitrium.
ergo age duremus, quamvis adoleverit aetas,
utamurque annis quos mora parva tenet.
fas et iura sinunt veteres extendere amores;
fac cito quod coeptum est, non cito desinere

Petronii *Binetus: uide Burmanni anthol. III 203* 3 lingua *margo Bineti,* sponda *Heinsius. num* lampas ? 6 teret *Pontanus* 8 fas *Schraderus fortasse* ac

L*

parvula securo tegitur mihi culmine sedes.
dant rami cerasos, dant mala rubentia silvae,
uvaque plena mero fecunda pendet ab ulmo,
Palladiumque nemus pingui se vertice frangit.
iam qua diductos potat levis area fontes,
Corycium mihi surgit olus malvaeque supinae
et non sollicitos missura papavera somnos.
praeterea sive alitibus contexere fraudem
seu magis inbelles libuit circumdare cervos,
aut tereti lino pavidum subducere piscem,
hos tantum novere dolos mea sordida rura.
i nunc et vitae fugientis tempora vende
divitibus cenis. me si manet exitus, idem
hic, precor, inveniar consumptaque tempora poscar

'Scaliger in schedis suis ex antiquo codice descripserat et Petronii *esse notauerat' Burmannus anthol. III 61 qui hos uersus carmini* de uita tranquilla *uel* de bono uitae humilioris *facto subiecit* item *inscriptos. simul Pelleterium tradit edidisse sub nomine* Pentadii *cuius in possessionem bonorum saepius Petronium mittebant librarii. eodem ualet testimonium quod Burmannus ad anthol. III 105 dixit, hoc carmen et duo illa quae secuntur in codicibus manuscriptis Petronio etiam inscribi, a nonnullis dari Pentadio* 1 secreto legitur *malebat Heinsius* 2 3 *inuerso ordine edebantur* dant pruna et cerasos *Oudendorpius* 3 facunda *Vossianus.* foeta dependet ab ulmo *Burmannus secundus* 5 diductos *Vossianus:* deductos *ceteri* 6 *cf. Vergili georg. IIII 127* 8 siue alitibus fraudem contexere praeterea *Vossianus et schedae Scaligeri,* si uero alitibus fraudem contexere * praeterea *Scaligeri Pithoeique editiones: emendauit Oudendorpius* 9 heu *Vossianus* macula inbelles *Heinsius* libeat *Burmannus secundus* 11 *fortasse* candida 12 fugiendis *Vossianus et schedae* 13 *post* idem *distinxit Pithoeus* 14 inueniat *Vossianus et schedae* poscat *Vossianus.* ponam *Klotzius,* membra reponam *Burmannus patruus*

LI*

o litus vita mihi dulcius, o mare: felix
  cui licet ad terras ire subinde meas.
o formosa dies: hoc quondam rure solebam
  Iliadas armatas sollicitare manus.
hic fontis lacus est, illic sinus egerit algas.
  hic statio est tacitis victa cupidinibus.
illic alternis depugnat pontus et aer,
  hic rivo tenui pervia ridet humus.
illic divisas conplorat navita puppes,
  hic pastor miti perluit amne pecus.
illic inmanes mors obvia solvit hiatus,
  hic gaudet curva falce recisa Ceres.
illic inter aquas urit sitis arida fauces,
  hic dat periuro basia multa viro.
naviget et fluctus lasset mendicus Vlixes,
  in terris vivet candida Penelope.
pervixi, neque enim fortuna malignior umquam
  eripiet nobis quod prior hora dedit

'*Scaliger* Petronii *esse adscripserat*' *Burmannus anthol. III 62 ad uersum 7:* de nauigatione *inscripsere Scaliger et Pithoeus. Pentadio tribuebat Barthius, Rufo Auieno Wernsdorfius* 1 dulcior *schedae Scaligeri et Vossianus in quo bis legitur* o mare felix *iunguntur in schedis Scaligeri* 2 ire redire *Burmannus secundus* *num* suas ? 3 quies *Heinsius* hac *bis Vossianus ac schedae* luce *Scriuerius* 4 solebat Ilias *uel* solebam Phyllidis *Scaliger in margine schedarum*, Iliadum *margo Pithoei et Meyerus anthol. 143 sic interpretatus* '*hoc rure olim Homeri Iliada legere solebam*', Iliada armata sollicitare manu *Christius*, Naidas armata sollicitare manu *Lindenbrogius*, Phyllidos hamatas *Heinsius*, Penelopae iratas *Oudendorpius* 5 lacus *in uno loco, in altero* locus *Vossianus.* fontis liquor *uel* fonti locus *uel* fons hic lacus *Heinsius* 6 haec *Vossianus* dicta *Heinsius*, uota *Meyerus*, fida *Pithoeus*, placitis laeta *uel* lecta *Tollius*, iuncta *uel* tuta crepidinibus *Wernsdorfius. fortasse* tuta 7 '*in Vossiano et schedis Scaligeri nouum hic incipit carmen a priori auulsum per duo alia epigrammata interiecta quae incipiunt* haec ait et tremulo deduxit *tum illud* nam citius flammas [*uide fr. XXXX et XXVIII*]. *sed recte Pithoeus et Scaliger utrumque in unum coniunxerunt*' *Burmannus secundus* 7 depugnant *Wakefieldus* 9 dispersas *uel* depressas *aut* elisas *Heinsius*, disiectas *Francius*, diffissas *Handius*, collisas *Meyerus* 10 mitis perluit omne pecus *Vossianus et schedae Scaligeri qui in margine correxit* amne *et* nigrum *coniecit pro* mitis 11 obuia *Opitius et Heinsius:* oblita *Vossianus et schedae.* obsita *in margine schedarum Scaliger*, abdita *Wernsdorfius;* inmani mors horrida saeuit hiatu *Oudendorpius* 12 recissa *Vossianus et schedae.* resecta *Heinsius sic ut in Ouidi amor. I 15, 12*

14 da periuro bassa *Vossianus* nulla *Tollius;* dat securo basia amica *Burmannus secundus*, dat Penelope basia multa *Oudendorpius*, dat periuro (*aut* percaro) basia multa *Wernsdorfius fortasse uere*, dat perluto basia amica *Iacobsius* 16 uinit *Heinsius* 17 *et* 18 *qui in libris uersum* 6 *excipiunt cum Burmanno et Oudendorpio huc reuocaui: alius tamen esse carminis particulam existimo* peruici *Pithoeus* 18 prior ora *seu* hora *margo schedarum:* priora *Vossianus et schedae*

LII*

qui non vult properare mori nec cogere fata
mollia praecipiti rumpere fila manu,
hactenus iratum mare noverit: ecce refuso
gurgite securos adluit unda pedes.
ecce inter virides iactatur mitulus algas,
et rauco trahitur lubrica concha sinu.
ecce recurrentes qua versat fluctus arenas,
discolor adtrita calculus exit humo.
haec quisquis calcare potest, in litore tuto
ludat et hoc solum iudicet esse mare

'*Scaliger* Petronii *esse adscripserat*' *Burmannus anthol. III 63 qui hunc titulum* eodem argumento *fecit* 1 non uult *Christius:* maluit *Vossianus et schedae Scaligeri*, mauult *margo schedarum.* nolit *Oudendorpius* properare *Lindenbrogius:* pro pare *Vossianus et schedae*, pro parte *margo schedarum* facta *Vossianus et schedae* 4 alluit *Heinsius et Tollius:* obluit *Vossianus et schedae*, obruit *uel* abluit *margo schedarum* 5 myrti lusagas *schedae Scaligeri*, myrtilus algas *Scaliger:* mitylus algas *Pithoeus* 6 glauco *Pithoeus* sono *Klotzius* 9 toto *Vossianus*

LIII*

o maxima rerum
et merito pietas homini tutissima virtus

in Petronianorum numerum excerptorum ultimum hoc reposuit post carmen quod in satira p. 198 *s. legitur Vincentius Beluacensis spec. histor. XX 25, quem sequitur Iacobus Magni Zophil. IIII 10. quorum confisus auctoritate forsitan quispiam si dis placet Aetnam ignoti poetae carmen rettulerit ad Petronium; extant enim illa in Aetna u. 627 et 628*

perscripsi omnia quaecunque testis quamvis plerumque satis imbecillus, at tamen aliquis nomine Petronii nuncupavit: nisi alia forte adhuc delitescunt in libris anthologicon. ceterae reliquiae, quae sive in veteribus sive in novissimis Burmanni Antoniique exemplis comparent, partim errore partim hariolatione, certe falso omnes adscribuntur Petronio. quarum multitudo quibus auctibus creverit, paucis indicare ex fide mea reque legentium videtur. adiecit igitur Patissonus p. 118 illis epigrammatis quae e catalectis Scaligeri et Bineti libro repetierat hoc carmen candida sidereis ardescunt lumina flammis *eqs. (in Burmanni anthol. III 253, cf. uol. I p. 747). id a Bineto inscriptum est* item (*praecesserunt* Musarum elogia) amatorium, *in Salmasiano Vossianoque codicibus* incipit epistola, amans amanti. *adiecit Patissonus nisi fallor propterea quod quandam eius carminis pulcram formam membratim enarrantis putresque nervos conquerentis cum satira Petronii p.* 174 *ss. similitudinem deprehenderat. Goldasto autem placuit ad illos versus in margine adnotare* Encolpius ad Albutiam *cuius nomen didicerat ex fr. VI. plura deinde Daniel adgerebat oblitus fere semper dicere unde hausisset: sic* ineluctabile fatum *quae sunt Vergili Aen. VIII 334 et* tremebunda supervolat hasta *item Vergiliana Aen. X 522; sic* et scuta latentia condunt *item Vergiliana Aen. III 237 et* curva solum sub fronte latebat *in quibus ipse* torva *emendavit ut legitur apud Vergilium Aen. III 636 sed contra Vergilium* latebant *commendavit; sic* mille saporatam medicatis frugibus offam *quem versum habemus emendatum* melle soporatam et medicatis frugibus offam *in Vergili Aen. VI 420 et* atque ut araneoli tenuem formavimus orsum *e Culicis prooemio transcripta; sic tres hos versus* haeret detritus laevae Mavortius umbo innumerabilibus telis gravis, atque flagranti stipite dextra minax terris incendia portat *quos cum extare in poemate Petronii p.* 169 *meminisset Goldastus removeri iussit e congerie fragmentorum; sic* catillata geris vadimonia publicum prostibulum *et* dividias mentis conficit omnis amor *quorum auctorem Fulgentius in expositione sermonum antiquorum p. 563 et 564 Merc.* Propertium *facit, Daniel autem ex parte obsecundans Scaligero* Petronium; *sic hanc sententiam* qui praeesse cupit, prodesse recusat: Magnus in exemplo est cui non suffecerit orbis *quae 'sub nomine* Plauti *adducitur a Iacobo Magni in sopholog. pag. 74 ubi restituendum videtur* Petronius'; *sic denique hoc quasi monumenti elogium*

exciso defossa marmore petra
quinque pedum fabricata domus, qua nobile corpus
exigua requievit humo

quod quis scripserit non repperi, scripsisse Petronium post tot Danielis errata non credo. ceterum hanc vim quasi ruderum coacervatam a Daniele in publicum Goldastus demum proposuit. et is quidem ita conturbavit ut plana usque eo res iam fieret perplexa. primum enim Petronios postquam sibi persuasit decem fuisse in litteris versatos: Arbitrum, rhetorem, grammaticum, Afranium, Indicum, Venustianum, Antigenidem Pisaurensem, Hilarum Pisaurensem, Apollodorum, Levitam, inscita fere et temeraria opera elaborabat ut uni cuique eorum aliquam adtribueret particulam. deinde vero ad satiram Arbitri praeter cetera revocavit haec horrificoque infestant murmure tigres *quibus non Petronii sed Petrarchae nomen apposuit Ioannes Ravisius Textor in epithetis verbo* murmur, *et approbans iudicium Barthii hendecasyllabos illos* Delos iam stabili revincta terra *eqs.* (*in Burmanni anthol. III 7*). *Goldasti vestigiis insecutus Burmannus est, tantum quod non recepit nisi Arbitri et rhetoris et grammatici fragmenta: addidit autem 'suspectis' Phalaecia duo carmina* foeda est in coitu et brevis voluptas *eqs. et* accusare et amare tempore uno ipsi vix fuit Herculi ferendum (*in Burmanni anthol. III 220 et 221*) *de quibus Binetus 'sequebantur' inquit 'ista sed sine Petronii titulo, at priores illi duo Phalaecii vix alius fuerint quam Petronii'. denique quae Meyerus inter Petroniana epigrammata exhibuit anthologiae suae n. 176 et 177* (*Burmannianae III 25 et 197*), *eorum alterum Luxorius fecit, alterum Goldasti ille Petronius Afranius non minus commenticius quam Petronius Antigenides poeta: hic enim cum annos decem menses duo dies duo natus vita decessisset et sepulcro eius carmen incisum esset quo ipse loquens inducitur, alieno labore nomen poetae meruit.*

INDEX NOMINVM

INDEX CARMINVM


***praeter fragmenta p.* 212—227**


Petroni carmen divino pondere currit,
quo iuvenum mores arguit atque senum.
quare ille praesa gaudet lasciva puella,
at quoque delicias frigida sentit anus.
nam rbter diri scripsitque Neronis amictu
arbiter, arbitrio dictus et ipse suo

'*epigramma Iulii cuiusdam quod Romae in Vaticana bibliotheca cum Petronii fragmento descriptum legi*' *Binetus. Iulio Pomponio Laeto adsignat illud Niebuhrius. receptum est in anthologias Burmanni II 235 et Meyeri 1544* 3 illo prenso *Dorleansius*, indeprensa *Heinsius*, Quartillae prosa *Riuinus. fortasse* illo prae se 5 pariter *Riuinus. fortasse* rector amici *Riuinus*, amicus *Binetus*

Berolini apud Weidmannos (K. Reimer)

typis Caroli Schultzii


3 2044 011 23


DEC 31 '75 H
CANCELLED
BOOK DUE WID
APR 26 1979
MAY 23 1979
MAY 29 1979
WIDENER
MAR 07 2006
CANCELLED

